Incipit dyalogus dictus malogra
natum ↄpilatus a quodam venerabili
abbate monaſterij Aule regie in Bohe
mia ordinis cyſtercieñ. Et filius lo
quitur patri.

Verba exhortatiõis

ex tuo ore o pater ad me directa aĩme
mee multum ſalubria cordis mei aure
libens ſuſcipio. Sed rogo vt illa que
mihi breuiter ꝑſtrinxiſti latius ⁊ ma
nifeſtius ad interrogationẽ meã ꝑ in
ſtructione ⁊ edificatione mea velis ex
planare vt ꝑ hoc ſalubrem aĩe mee do
ctriná valeã aſſequi. Et illa q̃ ſupꝰ
memoratus es poſſum ꝑfectius adim
plere ⁊ a dño grãm in pñti ⁊ gloriam
in futuro obtinere Vñ primo peto me
in formari quõ ſit accedendũ ad deuꝫ
⁊ prio vtꝝ acceſſus ad deũ fiat ꝑ grãꝫ
dei aut ꝑ liberꝝ arbitriũ ſiue ꝑ volunta
tẽ hoĩs. Diſtinctio I Ca. I

Pater reſpondit filio.

Scire debes fili

ꝙ oĩs ſalus hoĩs primo hꝫ or
tum a grã dei. Vñ iaco. j. Omne datũ
optimũ ⁊ oẽ donũ ꝑfectũ deſurſum eſt
deſcendens a patre luminũ. Iſtud do
nũ ꝑfectũ eſt grã ſpũſſancti ꝑ quã d̃s
oẽs ꝑ ipm a ſeculo ꝑdeſtinatos vocat
ad ſaluté. Vñ neccẽ eſt ſpiritui rõnali
ſi debet eẽ dignus eterne beatitudinis
ꝙ fiat ꝑticeps influentie ſpũalis. Ad
bonũ eñ grẽ non ꝑt quis ꝑ ſe ꝑuenire
cũ hoc nõ ſit ſcd̃m limites nature ſed
ſcd̃m influentiaꝫ largitatis diuine qꝛ
homo ꝑ ꝓpriam induſtriã ſine grã nec
accedere ad deũ nec cogitare nec opa
ri quicquam boni valet Ergo vocatio
prima ſiue acceſſus ad deũ fit ꝑ grãm
Hoc teſtat̃ grego. in .xxxiij. libro mo.
ſuꝑ illo verbo V Et q̃s dedit mi
hi vt reddaꝫ ei ita dicẽs Nemo quip
pe vt diuina eũ grã ſubſequat̃ aliq̃d cõ
tulit deo nam ſi nos deũ bene viuendo
⁊ opando ꝑuenimus vbi eſt qđ ait ꝓ
pheta Mia eius preuenit me. Si nr̃a
dilectio deũ ꝑuenit vbi eſt qđ ait iohã
nes Non quaſi nos dilexerimus deũ
ſed qm̃ ipſe prior dilexit nos. Si ſine
eius munere noſtra v̾tute deũ ſequam̃
vbi eſt qđ veritas d̾r Sine me nihil po
teſtis facere Et illud. Nemo poteſt ad
me venire niſi pater meus traxerit euꝫ
Si ſaltem bonoꝝ opm facta v̾tute no
ſtra ꝓpria bene cogitando preuenimus
vbi eſt qđ rurſum ꝑ paulũ tam ſubtili
ter dicit̃ vt oĩs de ſe humane mentis
fiducia ab ipſa cordis radice ſuccidat̃
cũ ait. Non qꝛ ſufficientes ſumus co
gitare aliquod a nobis quaſi ex nobis
ſed ſufficientia noſtra ex deo ẽ. hec gre
gorius. Sic igitur patet ꝙ conuerſio
ſiue acceſſus ad deum fit primitus ꝑ
gratiam ipſius dei.

Filius.

Sicut audio

conuerſio ſiue ac
ceſſus ad deum fit per gratiã.
quid ergo de libero arbitrio.
agit ne aliquid aut cooperatur gratie
ad hominis ſalutem.

Capitulum .II. Pater X.

QUãuis per gra
tiam principaliter fiat acceſ
ſus ad deũ. non tñ per hoc excludit libe
rum arbitriũ. q2 ↄuerſio ſiue acceſſus
ad deũ ꝛ oẽ opus bonũ ꝛ ꝟtuoſum per
qđ acquirit ſalus ꝓcedit a grã ꝛ a libe
ro arbitrio. principalius tñ a grã. Nã
ops dñs eis quos vult ſaluos facere ꝛ
quos p̃elegit primo donũ ſue gratie in
fundit. q̃ infuſio mouet liberũ arbitriũ
ad bonũ appetendũ. Cũ vero immiſſio
nes has ſalubres liberũ arbitriũ ſuſce
pit. ꝛ ad bonũ appetendũ motũ fuerit
ſtatim grã que prius p̃uenit liberũ arbi
triũ mouẽdo ſubſequitur ſibi coopando
in hisque ptinent ad ſalutem. Hoc ꝓ
bat btũs greg. xvj. mor. cũ dicit. Sup
na pietas prius agit in nobis aliquid
ſine nobis vt ſubſeqñte quoq3 nr̃o libe
ro arbitrio bonũ qđ iã appetimus agat
nobiſcũ. qđ tñ per impenſam grãm in
extremo iudicio ita remuneret in no
bis ac ſi ſolũ ꝓceſſiſſet ex nobis Quia
em̃ diuina bonitas vt innocentes nos fa
ciat p̃uenit Paulus ait. Grã dei ſum
id qđ ſum. Et q2 eandẽ grãm noſtrũ li
berũ arbitriũ ↄſequitur adiungit. Et grã
eius in me vacua nõ fuit ſed abũdanti
us laboraui. Qđ cũ ſe nihil ↄſpiceret.
ait. non aũt ego. Et tñ q2 ſe eſſe aliqđ
cũ grã inuenit adiũxit. ſed grã dei me
cũ. ſi cũ p̃ueniente grã ſubſeqñs liberũ
arbitriũ nõ hrẽt. vt ergo ſine grã ſe ni
hil eſſe oñderet. ait. Nõ ego. vt ꝟo ſe
cũ grã eſſe oparũ per liberũ arbitriũ oñ
deret. adiungit. ſed grã dei mecũ Hec
gre. Dicit beatus aug. Nolentẽ deus
p̃uenit vt velit. ſubſeqt ne fruſtra velit.
A De hoc etiã ait ber. Deus tria hec
hoc eſt bonũ cogitare. a malo decliare
ꝛ velle ꝑficere in nobis opat. primũ ſi
ne nobis. ſcđm nobiſcũ. terciũ ꝑ nos

facit Siquidẽ immittendo bonã cogi
tatõem nos p̃uenit. mutando etiã ma
lã voluntatẽ ſibi ꝑ ↄſenſum iũgit. mini
ſtrando etiã ↄſenſui facultatẽ vel facili
tatẽ foris ꝑ apertũ opus nr̃m intra nos
opifex innoteſcit. Sane ipſi nos p̃ue
nire neq̃q3 poſſumus. Qui ãt bonũ ne
minẽ inuenit neminẽ ſaluat quẽ nõ p̃
uenit A deo g̃ ſine dubio nr̃e ſit ſalutis
exordiũ. nec ꝑ nos vtiq3 nec nobiſcũ
verũ ↄſenſus ꝛ opus ꝛſi nõ ex nobis ſit
nõ tñ ſine nobis Cũ igit deũ inuiſibilr
intra nos ac nobiſcũ actitare ſentim⁹
ſoli grẽ eius attribuamus Ipſa liberũ
excitat cũ ſeiat cogitatũ. ſanat cũ mu
tat affectũ. roborat vt ꝑducat ad actũ.
fuat vt nõ ſentiat defectũ. hec ber. Ex
g̃ ꝑ predcã quõ grã p̃ueniat liberũ arbi
triũ ꝛ etiã ſubſeqtur. nã ipia grã ſpũs
ſcĩ bonã volũtatẽ q̃ ꝓcedit ex libero ar
bitrio primo opat in hoĩe vt ſit. deinđ
coopat ne vacua ſit. B Qđ hugo
pulcris ꝟbis ꝓbat d. Spũs nãq3 ſcũs
bonã voluntatẽ primo in hoĩe opatur.
deinde bone volũtati mouenti ſe ꝛ ope
ranti coopat. prius bonã voluntatem
aſpirat vt ſit. deiñ bone volũtati mouẽ
ti ſe inſpirat vt moueatur ꝛ opet vt va
cua ñ ſit. primo opat eã. deinde opat
per eã. bona em̃ voluntas eſt inſtr̃m ſed
ſpũſſcũs eſt artifex. primo inſtr̃m opa
tur. deinde ꝑ inſtr̃m opat. primo ſol⁹
inſtr̃m opat. qđ ꝟo ꝑ inſtrumentũ nõ
ſolus ipſe opat ſed etiã inſtr̃m ipm ꝑ
qđ ipſe opat. Sic ſpũſſcũs primo bo
nã voluntatẽ in hoĩe ſolus opat. ſed q̃
poſtea per bonã voluntatẽ opat non ſo
lũ ipſe opat ſed etiã voluntas per quã
opat. tñ opus bonũ ex ſpũſctõ eſt qui
opat non ex volũtate hoĩs ꝑ quã opat
in ipſa quidẽ bonũ ſed non ex ipſa. q2
aliunde accepit. Idem g̃ opus bonũ ꝛ
ſuũ eſt inq̃ntum h3. nõ ſuũ inq̃ntũ a ſe
metipſo nõ h3 Hec hugo. De hoc eti

am habeť in glo.ſup.ix.ca. de cele.ie/
rar.vbi dꝛ Sicut in nr̄a ptāte non eſt
vt diuine illuminatōis donū nobis offe
rať ita nō niſi in nr̄a ptāte eſt vt oblatū
ſuſpiciať Nā ꝛ aliqñ ꝛ/cū nolumus of
feřť ſꝫ nūq̄ʒ ſuſcipiť niſi cū volumus ꝛ
cū volumus a deo volumus qꝛ donū dei
eſt volūtas bona cū aūt nolumus a no
bis nolumus qꝛ nolle nihil aliud ē q̄ʒ
nō velle qꝺ͛ deſertio boni eſt. Hec glo.
C. Per iſtas autoꝛitates colligere
poſſumus ꝙ opus bonū oē qꝺ͛ ꝑ hoīeʒ
agiť fit ꝑ grām inſpirantē ꝛ liberꝝ arbi
triū ſiue volūtatē ꝯſentientē ꝛ reqͥrunť
hec duo ad ſalutē vt hoīs ſalus ꝑficiať
De hoc dꝛ bern̄.in libꝛo de grā ꝛ libero
arbitrio ſup illud capituli ad roma.
ix. Nō eſt volētis neq̄ʒ currentis ſꝫ mi
ſerentis dei Qꝺ͛ igiť agit liberꝝ arbitri
um bꝛeuiter rn̄o. Tolle liberꝝ arbitriū
nō eſt qꝺ͛ ſalueť tolle grām nō ē vn̄ ſal/
ueť opus hoc ſine dubio effici nō pōt
niſi vno a quo fit ſine altero cui vel in
quo fit Deus autoꝛ ſalutis eſt cuius eſt
liberꝝ arbitriū tm̄ capax nec dare illaʒ
niſi deus nec cape valet niſi liberꝝ arbi/
triū. Qꝺ͛ g̊ a ſolo deo ꝛ ſoli dať liberū
arbitriū tā abſq̄ʒ ꝯſenſu accipiētis eē
nō pt̄ q̄ʒ abſq̄ʒ grā dantis ꝛ ita gracie
opanti ſalutē coopari dꝛ liberꝝ arbitri/
um dū ꝯſentit hoc eſt dū ſaluať. Con/
ſentire em̄ ſaluari eſt. ꝑinde petōꝛis
ſpūs ſaltē huiuſcemodi minime capit
eo ꝙ illi volūtarius deſit ꝯſenſus quo
ſaluāri viꝫ deo placide obtēpet ſiue iu
benti acq̇eſcendo ſiue pollicēti creden
do ſiue reddēti grās agendo. hec bern̄.
De hoc etiā ait q̇dā glo.ſup illo verbo
apocal.iij. Ego ſto ad hoſtiuꝫ ꝛ pulſo
Ego ſto viꝫ dn̄s ad hoſtiū viꝫ coꝛdis
hūani ꝛ pulſo ad bonum ſupnaturale
mouēdo Si q̇s audiret vocē meā mo
nicioni mee ꝯſentiēdo ꝛ aperuerit mi/
hi ianuā ꝑ conatū liberi arbitrij ad bo
num.introibo ad illū.ſ.ꝑ grām gratū
facientē habitādo in illo cenabo cum
illo ꝛ ipē mecū nā deus in tali hoīe de/
lectať ꝛ ipē in deo.hec glo. D Per
iſta igiť dicta apparet clare ꝙ opus bo
nū fit ꝑ hec duo.ſ.ꝑ grām ꝛ liberꝝ arbi/
triū. Quod greg.in.xxxiij.moꝛa.ꝯfir
mat dicens Bonū quippe qꝺ͛ agimus
ꝛ dei ꝛ nr̄m Dei ꝑ ꝑuenientē grām no
ſtrū ꝑ obſeq̄ns liberū arbitriū. ſi eī dei
nō eſt vn̄ ei ineternū gracias agimus
Rurſum ſi nr̄m nō eſt vn̄ nobis retri/
bui ꝑmia ſperam? Quia g̊ nō immeri
to grās agimus dū ſcimus ꝙ eius mu
nere ꝑuenim̄ Et rurſum qꝛ nō īmeꝛito
retributionē q̇rimus ſcimus ꝙ obſe/
q̄nte libero arbitrio bona eligimus q̄
gerimus.hec greg. Notandū tn̄ ꝙ li/
cet opa meritoꝛia ſalutis eterne ſint li
beri arbitrij ꝛ grē pꝛincipalius tn̄ ſunt
gracie Gracia em̄ liberꝝ arbitriū diri/
git in exercitio virtutū. ꝑ nos em̄ ma
le facere poſſumus ſed nō bonū Quiſ
quis g̊ boni aliquid in ſuis actib⁹ ꝯſi/
derat dono gratie id aſcribat ſed quid
mali in ſe perpenderit hoc ſuuꝫ dicere
poterit in bonis vitando arrogantiam
in malis ſeruando hūilitatis ꝯſtantiā
que ſepe ꝑdiť dum mens de virtutib⁹
ꝑ arrogantiam gloꝛiať. Filius.

SUfficienter mihi nunc expoſitū
eſt quomodo omne opus bonuꝫ
ꝑ gratiā ꝛ liberꝝ arbitriū ꝑficiať ꝑ gra/
tiam ꝑuenientē ꝛ mouentē liberū arbi
trium vero ꝯſentiens ꝛ ſalutis monita
ſuſcipiens ꝛ ꝙ in his duob⁹ ſalus ho/
minum ꝯſiſtat Sed mouet valde mē
tem meā cū liberꝝ arbitriū ſine grā ſpi/
ritusſancti nihil poſſit operari. C
Cur oīpotens deus qui plenus eſt oī
pietate ꝛ miſericoꝛdia ſuā grām nō in
fundat oīb⁹ ꝯmuniter hoīb⁹ per quam
cuncti poſſent ſaluari.

Ca. .III. Pater

Iſta que te mouent. ⁊ de quibꝰ queris valde ſunt occulta. ⁊ nulli intellectui rōnali Quia Judicia eī dei ſunt hec ⁊ valde inꝑſcrutabilia. de quibꝰ ꝑ pš. dr. Judicia tua abiſſus multa. Quis ꝯphendere pt q̄re deus cū poſſꝫ nō vocet oēs ad viā ſalutis. Uel q̄re magis vni pctōri munus grē largiat̄ ꝙ̃ alteri ipm eligēdo ⁊ vocando ad viā vite hic oꝫ ſilentiū imponere humāe loq̄citati ⁊ exclamare cū aplo paulo qui ꝯſiderās ꝓplm iſrahelicitū ꝓpter ꝑfidiam ꝓ maiori parte eſſe reprobatū ⁊ gentilē ad fidē xp̄i vocatū ⁊ electū ait Ro. xj. O altitudo diuitiaꝝ ſapīe ⁊ ſcīe dei ꝙ̃ incōprehēnſibilia ſunt iudicia tua ⁊ inueſtigabiles vie eius. quis eñ agnoſcit ſenſuꝫ dñi.

F Scire tñ debes fili ꝙ nihil viſibiliter ⁊ ſenſibilr ⁊ intelligibilr in iſta totius creature amplitudine quadā immēſa res q̄ publica fit vel agit̄ q̄ nō de illa impiali aula ſūmi imꝑatoris aut iubeat̄ aut ꝑmittat̄ ſꝫ ieffabilē iuſticiā ꝑmioꝝ atqꝫ penaꝝ grāꝝ atqꝫ retributionū. hinc eſt ꝙ oīa q̄ in vniuerſo fiunt agunt̄ ⁊ regunt̄ dina ꝓuidentia que ꝑ oīa eſt irreꝑhenſibilis. q̄ nihil agit niſi bñ. nihil ꝑmittit iniuſte. De hoc dt abbas paſuntius in coll. patꝝ Credere inꝯcuſſa fide nobis ꝯuenit nihil ſine deo ꝓrſus in hoc mūdo geri. aut eñ voluntate eius. aut ꝑmiſſum agi vniuerſum fatendū eſt. vt. ſ. q̄ bona ſunt voluntate diꝑfici auxilioqꝫ eius credant̄. que autē ꝯtraria ſunt ꝑmiſſum. cū ꝓ nequicia aut duricia cordis nr̄i deſerēs nos dina ꝓtectio diabolo maloꝝ oīm inuētori tradi patit̄ vel ignomīioſas corꝑis paſſiones patit̄ dñari. hec paſuntius G

Per hoc igit̄ colligit̄ ꝙ nullo mō pōt aliq̄s boni aliquid efficere niſi deo cooꝑante ⁊ coefficiēte. nullus deficere pt vel peccare niſi ipſo iuſte deſerēte. iuſte aūt deſerit. q2 iuſtuꝫ eſt vt ſic admīſtret res q̄s ꝯdidit ⁊ ſic cooꝑet̄ rebꝰ q̄s creauit vt eos agere ꝓprios motus ſinat. ⁊ iō ſi liberꝝ arbitriū ad vtrūqꝫ vertibile de lege nature dīrtat in maluꝫ cadere. hoc nō ꝑmittit niſi iuſte. Rurſus ſi per grām ꝑueniat ⁊ ſuſtentet nulli fac̄ iniuriā iō nō iniuſte. nec oīno iuſte ſm exigentiā meritoꝝ. q2 merita ad hoc non ſufficiūt. ſed gratis ⁊ miſcditer illō facit ⁊ quodāmō iuſte quantū eſt ex ꝯdecentia bonitatis ſue. Cū ḡ dānat ⁊ reꝓbat opat̄ ſm iuſticiā. qñ vo ꝑdeſtiat opat̄ ſm grām ⁊ miam q̄ nō excludit iuſticiā. Quia vo oēs ſm ꝙ de maſſa erant ꝑditōis dānari debant. iō plures reprobant̄ ꝙ̃ eligant̄ ut oñdatur ꝙ ſaluatio eſt ſm ſpālem grām. dānatio āt ſm iuſticiā ꝯēm. Nullus pt ꝯqueri de dina voluntate q̄ reprobat ſm iuſticiā ⁊ ꝑdeſtiatos vocat ꝑ grām ⁊ miam ad ſalutē. q2 oīa agit rectiſſime. H

Que tñ ꝑdeſtinatio ñ infert rebꝰ neccītatē. qm̄ ſi ꝑdeſtinatio rebꝰ neccītatem imponeret mlta ſeq̄rent̄ incōueniētia nā fruſtra preponerent̄ bonis ꝑmia. ⁊ malis ſupplicia. Itē iniuſte remunerarent̄ boni ⁊ punirent̄ mali. Itē nec ſperandi aliquid nec ſupplicandi vlla eēt rō. Itē euacuaret̄ libertas arbitrij q̄ ſe hꝫ ad vtrūqꝫ. Itē nec bona facientes eſſent laudabiles. nec mala vituꝑabiles. Uñ deus cū reformat hoīem infundendo grām ꝑ hoc leges nature inditas nō infirmat. q2 liberꝝ arbitriū ſic ꝑ grām mouet ad viā ſalutis. vt tñ ipſum nō cogat. ſꝫ eius ꝯſenſus liber maneat. Et iō ad hoc ꝙ culpa expellat̄ nō ſolū neccē eſt ꝙ grā introducat̄. vꝫ ꝑ etiam liberꝝ arbitriū ſe ꝯformet expulſioni culpe ꝑ deteſtatōꝫ oīm pctōꝝ. Hinc eſt ꝙ in noſtra productione iuſtificationis concurrit actus liberi arbitrij ⁊

gratie cõſone ⁊ ordinate ita ꝙ grẽ gra
tis date eſt excitare liberꝝ arbitriũ Libe
ri aũt arbitrij eſt hmõi excicatõi ꝯſen
tire vel diſſentire I Et ita in iuſti
ficatõe ꝯſenciẽtis eſt ad grãm gratũ fa
cientẽ ſe ꝑparare q2 hoc eſt facere qđ in
ſe eſt ⁊ diſpoſito grã gratũ faciẽs hꝫ in
fundi cũ liberũ arbitriũ poſſit coopari
ſi vult ⁊ tũc mereꝑ vel ꝯtrariari ꝑ pctm̃ ⁊
tũc demereꝑ Si ĝ cooperꝑ ⁊ vſqꝫ in fi
nẽ pſeueret mereꝑ venire ad eternã ſa
lutẽ K Ex hoc colligere poſſumus
verꝝ eſſe qđ Aug. ait. ꝙ qui creauit te ſi
ne te. nõ iuſtificabit te ſine te. Uerum
etiã eſt ꝙ nõ eſt volẽtis neqꝫ currẽtis
ſꝫ dei miſerẽtis. verꝝ etiã eſt ꝙ nullus
ꝑt ſupbire de merito q2 nil deus in no
bis ꝑter ſua dona coronat. reſeruauit
eñ deus ſibi munera grẽ ſue liberaliter
largiendo vt diſcat hõ nõ eẽ ingratus
nec in ſe q̃ſi nõ accepit ſꝫ in dño glari.
Uerꝝ etiã eſt ꝙ liberꝝ arbitriũ ꝑ ſe legẽ
implere non poſſet nec grãm in ſe effi
cere I nexcuſabile tñ ẽ ſi nõ facit legẽ
implẽs q2 grã gratis data ſemꝑ ẽ pre
ſto ad ꝯſecratõem liberi arbitrij cuius
amminiculo ꝑt facere qđ in ſe eſt quo
facto habeat grãm gratũ facientẽ qua
obtenta diuinã ĩpleat legẽ ⁊ faciat volũ
tatẽ qua facta tandẽ ad btitudinẽ per
ueniat ſempiternã ꝓpter qđ opa meri
toria totaliter ſunt a gratia totalr etiã
a libero arbitrio lꝫ principalius a grã
L Et nota ꝙ licet nẽo ſibi mereaꝑ ꝑ
primã grãm. hoc eſt ꝑ grãm ꝑuenientẽ
ꝑt tñ preparare ⁊ habilitare ſe ad illã fa
ciendo qđ in ſe eſt q2 nulli grã denega
tur. Hec ꝯgruitas tñ multomagis ex
pte bonitatis dei grãm ꝯferẽtis eſt q̃
ex pte hoĩs ſe ad grãm habilitantis q2
ip̃a habilitatio ex pte hoĩs ſolũ dat di
uine mĩe ꝙ ſalua iuſticia poſſit alicui
grã ꝯferri q2 iniuria fieret diuine iuſticie
ſi ei dareꝑ grã in quo eſſet adhuc oberꝝ

gratie M Qui obex triplex ẽ ⁊ dr
ꝑ eũ cor obdurari tripliciter Uno mõ
ꝑ inhabilitatẽ ad ſuſcipiendã grãm ⁊
fit ꝑ malã volũtatẽ q2 ĩ maliuolã aĩaꝫ
q̃ vult malũ ⁊ nõ vult flecti ad bonũ ꝓ
ut dr ſapiẽs non introibit ſapientia. i.
grã dei. Scđo ꝑ firmã inheſionem ad
pctm̃ ⁊ hoc fit qñ hõ ẽ in actu pctĩ ⁊ tm̃
ſibi placet iniquitas ⁊ adheret volup
tati carnis ⁊ mũdi ꝙ non ꝑt nec vult
ſuſcipe monita ſalutis. Tercio mõ ꝑ
rebellionẽ diuinaꝝ inſpirationũ ⁊ man
datoꝝ qđ fit ꝑ malũ vſum ⁊ ꝯſuetudi
nẽ pctõꝝ q2 talis ꝯſuetudo q̃ ꝯtrahiꝑ
ꝑ deſideria carnaliũ voluptatũ ⁊ etiaꝫ
mũdi excecãt mentẽ hoĩs intm̃ ꝙ di
uinas inſpiratiões ⁊ ſalubria monita
ad cor ꝑuenire nõ patianꝑ vñ necẽ eſt
qui ſe ſenſerit in hmõi laq̃is irretitũ
⁊ voluerit ſaluari vt mortẽ ſuã ⁊ dãna
tiõꝫ ꝑpetuã pre oculis hẽat ꝯtra vitia
ꝯtra ⁊ ꝑ ꝯſuetudinẽ ꝑuerſam vim ſibi
faciat ⁊ cor ſuũ toto conamine ad grãꝫ
ſuſcipiendaꝫ abiliter vt a deo grãm ⁊
mĩam ꝯſequi mereaꝑ N Suffici
ens aũt habilitatio ad grãm eſt ſi hõ
facit qđ in ſe ẽ. O Facere aũt qđ
in ſe eſt tria ꝯplectiꝑ. ſ. vt hõ actũ pctĩ
⁊ voluntatẽ peccãdi deſerat ⁊ coneꝑ ad
bonũ ꝓut ſibi poſſibile ẽ igiꝑ ſi hõ fece
rit qđ in ſe ẽ ds vtiqꝫ faciet qđ in ſe ẽ
grã gratũ facientẽ infundẽdo ⁊ tũc po
terit hõ facere opa meritoria vite eter
ne p voluntatẽ liberi arbitrij ⁊ grãꝫ ſpũſ
ſancti. hec eñ duo exiguꝑ ad ſaluteꝫ
P Quid aũt ſit vel poſſit eẽ in hoĩe
ꝑparatoriũ ad grãꝫ ⁊ vñ ſit illud in hoĩe
difficile eſt videre q2 videꝑ ꝙ nec illud
poſſit eſſe niſi a grã. q2 aug. in libro de
grã ⁊ libero arbitrio dr ꝙ gratia preue
nit non ſolũ voluntatẽ ſꝫ etiã cogitatõ
nem hoĩs vt velit bonuꝫ. i. vt de nolen
te fiat volens ⁊ vt de voluntate parua
fiat magna ⁊ de magna fiat tanta que

poſſit implere dīna mandata. Ex quo
dicto videt ꝙ non ſolū voluntas tanta
q̄ſta ſufficit ad implenda mandata ſit
a gr̄a. ſed etiā prima cogitatio ⁊ volun
tas boni ꝓpoſiti nō ſit niſi a gr̄a. Unde
dr̄ ibidem ꝙ deſideriū gr̄e initium eſt
gr̄e. vnde ſi prima cogitatio ⁊ volūtas
boni ꝓpoſiti eſt a gr̄a. non bene videtur
quid ſit vel poſſit eſſe abſq̃ prima cogi
tatōe ⁊ volūtate preparatoriū ad grām.
ꝓpterea dr̄ ꝙ in iuſtificatōe gr̄a ſit pri
mū mouens ⁊ liber arbitriū ↄſentiēs
mouēti .ſ. gratie. ergo videt ꝙ gr̄a pre
cedet oēm ↄſenſum liberi arbitrij. Pꝫ
ergo manifeſte ꝑ predicta quare oꝑs
deus non ſaluat oēs hoīes eis gratiaꝫ
infundendo. qꝛ res q̄s ↄdidit ſiue ſint
ratōnales ſiue irratōnales ꝓprios mo
tus agere ſinit. Et creature ratōnali .i.
hoī liber arbitriuꝫ habere ↄceſſit ꝑ qđ
bonas inſpiratōes ⁊ ſalubres aut ad
mittere aut reſpuere poſſet. ⁊ ꝑ ōñs re
cipiēdo monita ſalutis ſaluaret. reſpu
endo v° damnaret. Q Uñ ꝙ d's
multos ꝑmittit dānari ⁊ aliquos ſal
uat occultiſſimo ſuo iudicio hoc ſit. ⁊
nobis valde incognitū eſt. Nullus q̄p
pe cauſari vel ↄqueri p̄t ſi non vocet vel
trahat ad viā ſalutis. qꝛ nulla merita
hoīm p̄ceſſerunt per q̄ deū poſſent hr̄e
debitorē. ſed quos ſaluat ſua liberaliſſi
ma pietate hoc facit. quos v° ꝑmittit
dānari ſua iuſticia hoc fac̄ ſibi ſoli no
ta. De hoc dr̄ greg. xxxiij. mor. Nemo
eñī deū meritis p̄uenit vt eū tenere q̄ſi
debitorē poſſit. ſꝫ miro mō equus oīm
ↄditor ⁊ quoſdā p̄elegit. ⁊ quoſdā in
ſuis prauis actib⁹ derelinq̄t. nec tñ ele
ctis ſuis pietateꝫ ſine iuſticia exhibet.
qꝛ hic eos duris afflictionib⁹ premit.
nec rurſum reprobis iuſticiā ſine mīa
exercet. qꝛ hic eq̄nimiter tolerat quos
q̄ñq̄ in ꝑpetuū dānat. Sic ig̃ ⁊ electi p̄
uenīēte ſe gr̄a ſequunt ⁊ reprobi iuxta
qđ merent accipiunt. ⁊ electi de mīa
inueniūt qđ laudant. ⁊ de iuſticia non
hēant reprobi qđ accuſent. idcirco eī
mali neq̄q̄ celeſtis patrie premia eter
na ꝑcipiunt. qꝛ ea dū mereri poterant
ex libero arbitrio ↄtempſerūt. Qđ viꝫ
liberꝫ arbitriū in bono firmat electis.
cū coꝝ mens a terrenis deſiderijs gr̄a
ſuſpirante ſuſpendit. hec greg. Et ſic
habes per dicta ſanctoꝝ patꝝ claꝝ rñ
ſum ad tua obiecta interrogata

SUfficienter informa. Filius
tus ſum de his q̄ mouebā ⁊ ꝓpo
ſui. ſed nunc valde terrent me iudicia
dei occulta ſuꝑ filios hoīm ⁊ ꝑturbant
cor meuꝫ. Quis igit ſecurus eſſe p̄t de
ſalute ſua. neſcit eī homo vt dr̄ ſapiēs
vtꝝ amore dignus ſit aut odio. Cerno
quippe multa q̄ ſiunt ſub ſole ⁊ ꝑtime
ſco. vicꝫ ꝙ multi moriunt qui ꝓdeſſe
plurimis poterāt verbo vel facto. ⁊ vi
uit alius inſidians ⁊ offendens pluri
mos. Itē alius vellet libenter vacare
deo ⁊ negocijs multis occupat. Alius
male viuens diu ꝑ bonitatē reſeruat.
vt corrigat. Alius vero videt bene viue
re ⁊ circa finē ad ꝑuerſa ꝓrumpit ⁊ a
lia innumera mala que in ſcl'o gerunt
circa filios hoīm. q̄ ↄſiderans ⁊ pene
trare nō valeo cur ſiant. iō obſtupeſco.

Ca. IIII. Pater R

DIuina iudicia

vt ait beatus gre. cū neſciunt
non audaci ſermone diſcutienda ſunt
ſꝫ formidoloſo ſilentio veneranda. qꝛ
deus q̄ facit ſuo occulto iudicio vel ꝑ
mittit ſieri circa genus hūanū in ter
ris nll's ea in hac vita vꝫ inueſtigare.
Hoc idē gre. xxix. mor. intēdit dicēs
⁊ exponens q̄dā iudicia dei ſuꝑ illo v
bo iob a dño ꝓpoſito. videlicet. Nun
quid noſti ordinem celi. ⁊ pones rati
ones eius in terra. Ordinē celi noſſe

eſt ſupnaꝝ diſpoſitionū occultas ꝑdi-
cationes videre. rōnem ꝙo eius in ter
ra ponere ē ſupnoꝝ iudicioꝝ miſteria
vel ꝯſiderādo diſcutere vel loqn̄do ma
nifeſtare qđ vtiqꝫ facere in hac vita po
ſitus nullus pōt. vt em̄ a ꝑuis vſqꝫ ad
maiora veniamus ⁊ q̇s intelligat q̄ eē̄
ratio ſecretoꝝ ꝑt ꝙ ſemꝑ vir iuſtus a
iudicio nō ſolū nō iudicatus ſꝫ etiam
punitus recedat ⁊ iniquus eius aduerſa
rius nō ſolū nō punit̄ ſꝫ etiā victor abſ
cedat. Quis intelligit cur viuat alius
inſidiās mortibꝫ ꝓximoꝝ ⁊ morit̄ aliꝰ
qui ꝓfuturus eſſet vite multoꝝ. Alius
culmē ꝑtātis aſſequit̄ q̄ nō niſi ledere
ſtudet. Alius tm̄modo leſos defendere
ꝯcupiſcit ⁊ tn̄ oppreſſus iacet. Alius fa
cere hec appetit ⁊ innumeris negocijs
implicat̄. Alius negocijs īplicari deſi-
derat ⁊ coactus vacat̄. Alius male in-
choans ad vite ſue terminū. ad peiora
ꝑtrahit̄. Alius bene inchoans vel inci-
piens ꝑ longitudinē tp̄m ꝓficit ad au
gmēta meritoꝝ. atqꝫ ecōtra. Alius ma
le viuēs diu reſeruat̄ vt corrigat̄. Aliꝰ
ꝙo bene quidē videt̄ viuere ſꝫ ī hac vi
ta eo vſꝫ durat quo ad ꝑuerſa ꝓrūpat
Alius celſitudinē bn̄ viuendi appetere
⁊ vult ⁊ valet. Alius nec vult nec valet
Alius vult ⁊ nō valet. Alius valet ⁊ nō
vult. Quiſꝫ̄ iſta iudicioꝝ ſecreta diſ-
cutiat ad cognoſcendū quippe iſtos ſe
cretoꝝ ſi nullus aſcēdit dicat ḡ hō vt ſe
neſcire cognoſcat neſcientē ꝙo ſe cog
noſcat vt timeat. timeat vt hūliet̄. hu
miliet̄ vt nō ꝓ̄ſumat in ſe. non ꝓ̄ſumat
in ſe vt ꝯditoris ſui auxiliū requirat ⁊
qꝛ in ſe ꝯfidens mortuus eſt auxilium
ſui ꝯditoris appetēs viuat. Cuncta ḡ q̄
patim̄ tanto tolerare patientius debe-
mus q̄nto ſecretoꝝ celeſtiū ignari cur
hec patiam̄ noſcimus. hec grego. Per
hec ḡ dicta hēs ſufficientē informatio
nē ꝙ nō debeamus ꝯſilia ⁊ ſecreta dei
diſcutere ſed timere ⁊ te ad tantā rem
humiliare Filius. S
Atis ꝑime ſco hec audiens ⁊ ꝯſi
dero terribilē eē̄ deū ī ſuis occul
tis conſilijs ⁊ iudicijs ſuꝑ filios hoīm
Sꝫ pero de hoc informari q̄liter agere
debeat pctōr qui multis vicijs ⁊ pctīs
mortalibꝫ ē inuolutus ⁊ irretitus ⁊ ſe
ob culpā ſentiens infrigidatum ab oī
affectu ſpūali ⁊ priuatū gr̄a dei ⁊ ꝓpter
ſcelera ita infectū ꝙ nō ꝑt excutere ſe
de tanto iugo vicioꝝ paſſionū ⁊ carna
litatū hꝫ quidē timorē de ꝑpetua dam
natione ⁊ ob hoc velle deo approxima-
re ꝑ ꝑniām ſed nō valet ꝓpter pondus
criminū ip̄m deprimentiū ac in volup
tatibꝫ illicitis detinentiū. q̇d inqꝫ tal̄
facere debet vt ſaluet̄ Ca.V Pater

Scire debes fili

ꝙ hoīes corruētes ī pctā mor
talia ſeꝑant̄ a deo ⁊ efficiūt̄ mēbra dy
aboli ⁊ poſt perpetrata facinora ⁊ ma-
xime ꝓpter vſū ⁊ malā ꝯſuetudinē que
ꝯtrahit̄ in vicijs ⁊ pctīs nō valet hō ꝑ
ſe reſurgere ab hmōi laq̇is diaboli m̄
ſi valida manu dei adiuuet̄ qꝛ talis pec
cator quodāmodo ꝯtinet̄ ſub dominio
maligni ſp̄us q̄ ducit ip̄m ad ſcelera ꝑ
volūtate ſua. hoc ꝓbat iohānes criſo.
in q̇dam ome. dicēs. Oēs hoīes ante
q̄ꝫ peccemus liberꝝ habemus q̇dē arbi
triū ſi velimus ſequi volūtatē diaboli
an non ꝙ ſi obligauerimus nos opibꝫ
eius iam nr̄a voluntate euadere nō poſ
ſumus ſicut nauis fracto gubernaculo
ducitur vbi tempeſtas voluerit. Sic ⁊
homo diuino auxilio ꝑdito per pctm̄
nō qđ vult agit ſed qđ diabolus vult.
Et niſi dēs valida manu miſericordie
ſue ſoluerit eū vſqꝫ ad mortē in pctīs
permanebit Ergo quidē noſtra volun
tate ⁊ negligentia obligam̄ diuina aūt
mīa abſoluimur nam liberuꝫ arbitriū

licet per ſe potens ſit ad malū nō eſt po
tens ad bonū ſine redēptoris grā ad/
iutrice. hec criſ. Patz igit̄ ꝑ predcā quō
mīa dei ſola liberare pt̄ eos qui in laq̄/
os dyaboli ꝓpter pctā corruerūt. ⁊ in
ipſius retibꝫ detinent̄. ¶ Sed ⁊
hoc ſciendū ꝙ liberꝝ arbitriū valde ū̄ti
bile eſt magis ꝓnū ad malū ꝗ̄ ad bo/
nū ꝓpter diuerſa q̄ impellūt illud ad il
licita. ꝙ vīz liberꝝ arbitriū ſola dei grā
liberari pt̄. De hoc hr̄ in glo. ſup li. de
diuis noībus vbi dr̄ ꝙ hoīs arbitriuꝫ
vertibile factuꝫ magis liberꝝ eſt ad ma
lum ꝗ̄ ad bonū qꝛ plura ſunt q̄ impel
lunt ad malū ꝗ̄ ad bonū. Infirmitas
eīm corꝑis ⁊ aīe. dyabolice ſuggeſtio/
nes. mundane delectatōes ad malum
incitant. ſed ſola grā dei inuitat ad bo
nū. nihilominus penes liberꝝ arbitriū
ē velle ⁊ nolle. qꝛ libertas liberi arbitrij
occaſio eſt meriti ⁊ demeriti. ¶
Vñ ꝓprie circa motū liberi arbitrij ꝯſi/
ſtit meritū. Gratia autē efficit ꝙ ipſe
motus eſt meritū. ſine grā eīm nullum
opus vel motus eſt meritū. ⁊ ita penes
grām ꝯſiſtit meritū efficaciter. ⁊ ideo
velle nature ꝑ ſe impotens eſt ⁊ vincit̄
⁊ trahit̄ ad velle vitij niſi velle grē ſub
ueniat. hec gloſ. Appet igit̄ manifeſte
ꝙ ds̄ potens ſit liberare tam a ptāte di
aboli quā hꝫ ſuper hoīnem ꝓpter pctm̄
ꝯtractū ꝗ̄ etiam liberꝝ arbitriū a ſuis
defectibꝫ per grām ⁊ ſuā mīam X
Unde oīs pctōr quibuſcunqꝫ pctīs ſit
inuolutus attendat ad tantā oīpoten/
tiam ⁊ mīam dei ⁊ non reſpiciat faci/
nora ſua ſicut deſpet. nec dꝫ etiam at/
tendere aut diſcutere ꝙ multi in ſuis
flagicijs ac ꝑuerſitatibꝫ derelinquunt̄
⁊ ꝙ pauci reſpectu multoꝝ ſunt in ter
ris ad verā pn̄iam inclinati. ⁊ ad viaꝫ
ſalutis eterne vocant̄ vel etiā trahunt̄
Sed toto conamine ⁊ oī ſuſpirio quo
valet de mīam clementiā ⁊ grām im/
ploret. ⁊ pius dn̄s cui ꝓprium eſt miſe
reri ſp̄ ⁊ pcere. dignet̄ ipm̄ a vinculis
pctōꝝ quibꝫ irretitus eſt abſoluere. ⁊
per verā pn̄iam ad ſe trahere ſeu vocare
Ad hoc hortat̄ nos ſcūs aug. ſup illo v̄
bo dn̄i. Nemo venit ad me niſi pater q̄
miſit me traxerit eū. dicens. Magna
grē ꝯmendatio. nemo venit niſi tractꝰ.
quē trahat ⁊ quē non trahat. quare il/
lum trahat ⁊ illū non trahat noli velle
iudicare ſi non vis errare. ſi non trahe
ris ora vt traharis. nā trahi ad pn̄iam
⁊ vincere pctm̄ dei eſt donum De quo
idē aug. in li. de libero arbitrio dī. Vi
ctoria qua pctm̄ vincit̄ nihil aliud ē ꝗ̄
dei donū in iſto certamine adiuuās li/
berꝝ arbitriū ¶ Liberꝝ aūt arbitriū
eſt facultas rōnis ⁊ voluntatis qua eli/
git̄ bonuꝫ grā aſſiſtente. malū vero grā
deſiſtente. vnde qn̄ hō cepit habere me
rita. ſibi non dꝫ tribuere illa ſed deo.
ḡ vnuſquiſqꝫ ꝯ̄ ſuam ꝯſciam dimicās
oret ne intret in temptatōem. ne impi
etatē ⁊ mala opa faciens grā dei nō co
adiuuāte poſt hanc vitā eternis ſuppli/
cijs deputet̄. hec aug. In hac exhorta/
tione ſciſſimi viri aug. habet̄ ſana do/
ctrina vīz ꝙ hō non debeat diſcutere
occulta iudicia dei. nec attendere inſi
pīam illoꝝ qui incaute occupant men
tem ſuā tractantes de predeſtinatōe q̄
predeſtinant̄ hoīes ad vitam eternam
dicentes. ſi p̄deſtinati ſumus ad vitaꝫ
vtiqꝫ ſaluabimur. nec tn̄ volunt tales
talia dicentes opari ea que ptinēt ad
ſaluteꝫ. ſed tepeſcunt in ſua ignauia ⁊
negligentia. quoꝝ dānatio niſi reſipiſ
cant iuſta eſt. ¶ Vult eīm oīps deus
vt illi qui predeſtinati ſunt ab ipſo la/
borē hēant ⁊ ꝑ ſollicitudineꝫ ⁊ humi/
les orōes ab eo obtineant mīam ⁊ gra
tiā ⁊ dona ſpūalia q̄ eis dare diſpoſuit
ab eterno ꝑ q̄ ꝑuenire valeant ad glaꝫ
ſempiternā. De hoc dr̄ beatus gre. in

libro. dyal. Sancti viri ea que orãdo
efficiũt ita p̃deſtinata ſunt vt p̃cibꝫ ob
tineantᷣ. nã ip̃a quoq̈ꝫ ꝑhennis regis p̃
deſtinatio ita diſpoſita eſt ab oĩpoten-
ti deo vt ad hoc electi ꝑueniãt ex labo
re q̃tenus poſtulando mereantᷣ accipe
q̄ꝺ eis oĩpotens deus añ ſecula diſpo
ſuit donare. hec gre. D Per hãc
igitᷣ autoritatẽ colligere poſſumus ꝙ
ad vitã eternã p̃deſtinati ſumus ꝑ la-
borẽ ⁊ poſtulationẽ oꝫ ꝑueniamus. Q̈ꝫ
uis eñ deus ſit largitor oĩm bonorũ
vult tñ vt hõ ſeip̃m in bono ope quã-
tum valet exerceat. nõ eñ torpeſcẽtes
ſed in via dñi laborãtes ꝑueniant ad
regnũ dei. q̄ꝺ ꝓbat Leo papa ĩ quodã
ſmone ſic dicens Quãuis eñ bonoꝝ
ſit ip̃e deus largitor etiã tñ nr̃e fructũ
querit induſtrie. nõ eñ dormiẽtibꝫ ꝑ
uenit regnũ celoꝝ ſꝫ in mandatis dei
laborantibꝫ atq̈ꝫ vigilãtibꝫ. hec leo pa
pa. Habemus igitᷣ manifeſte ꝑ p̃dicta
q̃uo homo ꝑ induſtriã laborẽ ⁊ orõem
dño tñ auxiliante ꝑuenire debeat ad ſa
lutẽ. Vñ quilibet peccator qui vult ſal
uari ⁊ deſiderat a ſuis ſceleribꝫ abſol-
ui debet ſe prouoluere coram viſceribꝫ
mĩe dei noſtri quibꝫ viſitauit nos ori-
ens ex alto ⁊ tam diu eius pietatẽ per
humiles p̃ces ac gemitus pulſare do-
nec mĩam ⁊ gratiam ab ip̃o ꝯſequatᷣ ⁊
ſi in tali humiliatione orans ꝑſeuera-
uerit ꝓculdubio ſaluus erit nam talis
humiliatio q̄ ſic geritᷣ in hoĩe ſit a deo
opante ⁊ coopante a quo cuncta bona
ꝓcedunt ⁊ eſt ſignũ in hoĩe p̃deſtinati
omis eterne. Filius.
Inquiſitioni mee de quibꝫ interrogaui
ſufficienter video mihi eſſe ſatiſfactũ
nec eſt opus vt de his vltra requiram.
Sꝫ flagito inſtanter vt de mĩa dei ali
qua mihi ediſſeras vt peccatores qui
in multa flagitia inciderũt audientes
tantã pietatem ⁊ mĩam dñi faciliores
ſint ad recedendum a via ſua mala ⁊
ad penitendũ. Ca. VI. Pr. E

Ante omnia ſci

re debes ꝙ homo ꝓpter peccata
ꝑpetrata meruit damnatõem ꝑpetuã
nec poteſt dei iuſticie ſatiſfacere ꝑ peni
tentiã ꝓpriam ſed dei mĩam ſupat om
nem nequiciã. hoc ꝓbat beatus Ihero
nimus cũ dĩc. Heu quidem dñe ꝙ ꝯſci
entia mea meruit dãnatiõẽ pnĩa mea
non ſufficit ad ſatiſfactionẽ ſꝫ tñ certũ
eſt ꝙ tua mĩa ſupat offenſionẽ. Et bea
tus bern̄. Sicut nullius merita ſuffici
unt ſi ſine mĩa iudicantᷣ ſic nullius pec
cata impediũt ſi cum mĩa ſuſcipiantᷣ.
hec bern̄. Et q2 dei mĩa oẽm ſupat offẽ
ſionem nemo de eius pietate diffidat
dũmodo cũ ꝓpoſito cauendi a vicijs
ip̃ius mĩam imploret. De hoc dĩc am-
bro. Bonus dñs ⁊ facilis ad indulgẽ
dum peccata. nemo ḡ diffidat. nemo
veterũ ꝯſcius delictoꝝ p̃mia diuina de
deſperet nouit dñs mutare ſñiam ſi tu
noueris emendare delictũ. hec ambro.
Beatus etiã aug. hoc ꝯfirmat dicens
Nemo de dei pietate diffidat quoniã
maior eſt miſericordia eius q̈ꝫ noſtra
miſeria. quiſquis ḡ ad eum toto corde
clamauerit exaudiet illũ quia miſeri
cors eſt. hec augu. F Sed mouet
forraſſis aliquẽ ꝙ poſt multa facinora
ꝯmiſſa non poſſit veniã tantoꝝ ꝯſequi
delictoꝝ. non debet aũt talis deſperare
de venia q2 mĩa dñi omnem multitudi
nem precellit peccatorum Unde dicit
richar. de ſancto victore. nulla noſtra
malicia diuinam miſericordiam vin-
cere poteſt. Et q2 beatus aug. idem ſen
tit dicens Multum ꝯmendat bonita-
tem dei in nobis non ſolum largitas
ſua ſed etiam iniquitas noſtra. O qua
lis dei pietas quã nulla ſupare poteſt
iniquitas ſiue impietas Alia ſunt que

deus miſericorditer ignoſcit. alia que
affluenter tribuit. ignoſcit mala nr̃a.
largit̃ bona ſua. ſemꝑ preſto eſt ad ig/
noſcendũ. paratus ſꝑ ad largiendũ. hic
pius. hic largus. vtroqꝫ benignus. v/
biqꝫ bonus. Cõfiteamur ergo illi ma
la noſtra. ꝯfiteamur a nobis eſſe mala
noſtra vt pie ignoſcat ꝯfiteamur ab ip
ſo eſſe bona noſtra vt ꝯſeruet ⁊ augeat
Hec igit̃ inceſſanter agam⁹ ne ingra/
ti appeam⁹ vel de nobis data venia vel
de ꝯceſſa gratia. verus eñi amor ꝯfitet̃
ſemper. hec aug. In quibꝫ verbis dat̃
intelligi non debere pctõrem deſpera/
re etiam in multis criminibꝫ ꝯſtitutũ.
¶ Sed ſunt nõnulli qui poſt mul
ta ⁊ enormia pctã de dei miſericordia
deſperantes ſe tradũt ad ampliora fla
gicia perpetranda. vt ſaltem hic viuãt
guloſe ⁊ voluptuoſe qui futura aſſequi
bona ſe deſperant. Quoꝝ periculoſaꝫ
excecatõnem beatus aug. in quadã au
toritate tangit ſic dicens. Sunt non/
nulli homines qui cum cogitare cepe/
rint mala que fecerunt. non ſibi putãt
ignoſci poſſe. ⁊ hoc dũ putant dant aĩ
mum iam perire. ⁊ deſperatõe peu nt
dicentes in cogitationibꝫ ſuis. iã nul
la nobis ſpes eſt neqꝫ enim tanta illa q̃
cõmiſimus donari nobis aut ignoſci
poſſunt. quare ergo non ſatiſfacimus
cupiditatibꝫ noſtris. impleamus ſal/
tem pñtis tpis voluptatem. qꝛ nullaꝫ
habemus in futuro mercedẽ. faciam⁹
quicquid libet ⁊ ſi non licet vt habea/
mus ſuauitateꝫ tempalem. qꝛ percipe
non meremur eternã. Talia dicentes
deſpando peunt. ¶ Sed ꝓcedit
ad eos dñs dicens per Ezech. In qua
cunqꝫ die cõuerſus fuerit homo a via
ſua mala omnes iniquitates eius obli
uiſcar. Hac voce audita ⁊ credita a de
ſperatione recreant̃ ⁊ ab illa altiſſima
ac ꝓfunda voragine qua ſubmerſi fue/
rant emergunt. Hec auguſti. Ecce ad
deſperatiõem homines ſtulti ꝓpter pec
cata deueniunt. quoꝝ ſtulticiam Ful/
gentius commemorat ſic dicẽs Stul
tiſſima res eſt deſperatio cum nimiruꝫ
omnia opera ſua diuina excellat miſe/
ratio. De hoc etiam dicit Hilarius.
Stultus reuera eſt qui de dei pietate
miſericordiaqꝫ deſperat. Damnatiõe
autem dignus eſt qui ſuper miſerico/
dia dei fronte imperterrita peccat. hec
hilarius. Unde etiam dicit Ieronĩ⁹.
Hoc ipſum non lateat deſperantes ꝙ
cuncta excellat dei opera ipſa ſua miſe
ricordia. miſericordiaqꝫ ſaluatoris ſu
is preferſ operibus vniuerſis. hec hie/
ronimus Ecce habemus ꝙ vere penitẽ
tes nullo modo debeant deſpare de dei
miſericordia. Quia vt dicit Haymo.
deus eſt ſemꝑ paratus miſereri homi/
nis tam in morte q̃ꝫ in vita. ſed non ſꝑ
eqꝫ ydoneus atqꝫ dignus eſt ſuſcipere
dei miſericordiam tam in morte q̃ꝫ in
vita ſed hoc faciunt peccata ſiue negli
gentie hominum. Nam ſcḋm richar/
dum. Summa dei delectatio eſt effun
dere ex ſe imbrem ſue pietatis ⁊ miſe
ricordie. Iuſto autem dei iudicio ille
damnat̃ qui hunc feliceꝫ impediuerit
atqꝫ reſtrinxerit effluxũ. qui effluxus
pietatis ⁊ miſericordie impedit̃ in ho
mine ꝓpter malam voluntatem ⁊ vitio
rum perpetratõem. Unde quilibet pec
cator q̃uis multis ⁊ magnis crimini/
bus ſit obrutus ſi ex toto corde conuer
ſus fuerit ad dominũ nequaq̃ꝫ debet de
dei miſericordia deſperare.

Filius I

Est ne aliquod peccatum tam
graue quod non poſſit nec va
leat indulgẽtiam a deo ꝓmere
ri ⁊ miſericordiam.

Capitulum VII.

Non eſt aliquod flagiciū ſiue peccatū tã graue ⁊ enorme ſi ꝓ eo homo ↄtritus fuerit ⁊ pn̄iam egerit veniam indubitanter ⁊ m̄iam a deo ↄſequet̃ excepta deſperatione que venia caret De hoc primo di. tern̄. Nec criminis quantitas nec vite enormitas tempoꝝ diuturnitas excludit aĩam a m̄ia dei ſi mutatio fuerit volūtatis Et beatus aug. R Peccantes quoq; ad ſpem venie ne deſperent hortat̃ p exempla in tractatu de conflictu vicioꝝ ſic dicēs Si de criminib; agit̃ de delictis ecce dauid adulterio ſimul ⁊ homicidio reus de inferni faucib; m̄ia dn̄i ſcribitur liberatus Ecce manaſſes oĩm peccatoꝝ nephandiſſimus ĩpuriſſimus ſordidiſſimus ⁊ ſceleratiſſimus pn̄ia de morte ad vitā redijt Ecce maria magdalene ĩnumeris facinoꝝ ſordib; inquinata ad fontem pietatis anxia currens dn̄i veſtigia lacrimis rigans capillis detergens oſculans vngento pungens ablui meruit. Ecce petrus negatōis ſue vinculis aſtrictus amariſſimis lacrimis infidelitatis nodos reſoluit. Ecce ſeditiōis ſimul ⁊ effuſionis fraterni ſanguinis latro obnoxius. vnius hore momēto vna ↄfeſſionis voce de cruce ad paradiſum tranſijt. Ecce Paulus eccl'iam dei pſequens multos ꝓ nomine xp̄i perimens ⁊ vt dicam martirū ſe toto cruore inficiens ap̄ls factus in vas electionis mutatus eſt. vbi g̃ tot tantaq; ꝓcedunt exempla non dent locū deſperari om̄i colloquia mala. Cū etiam ſcriptū ſit in quacūq; peccator ingemuerit ſaluus erit. Et rurſum nolo mortem peccatoris ſed vt ↄuertat̃ ⁊ viuat. L De ↄuerſiōe vo ĩ melius nequaq; mutari quid aliud reſpondeam niſi vt qđ lxxi quiſq; nō egit hodie dū adhuc viuere liceat agat ne differat de die in diē dum neſcit ſi vel vnā correctionis habeat diem. hec aug. Hanc tantam pietatem dei Amb. admirat̃ dicens. De benignitate dei non ſufficio ammirari eo q tm̄ parcere poteſt hoĩ peccatori ſed non eſt mirandū quia tanta eſt pietas ⁊ m̄ia in viſcerib; dĩ noſtri qui cū omnipotēs ſit ⁊ oĩa facere poſſit hoc tamē facere non poteſt vt non miſereat̃ humilib; ⁊ ↄtritis corde ad ſeipſum conuertentib;. Et ne hoc abſurdū eſſe dicat̃ beatus aug in libro. lxxxiij. queſtionū ꝓbat ſic dicens. Deus omnia pt preter hoc q non poteſt non miſereri gemitib; peccatoris qui ad ſe reuertit̃. Hoc idē ſentit beatus ambro. in libro de officijs cū dr̄ Deus namq; oĩs impotentie expers ſola tamen ſue m̄ie ligatur ⁊ vincit̃ pietate. Ecce quāta dei pietas q̄m nulla ſupare poteſt nr̄a iniquitas. Precellit enim eius pietas ⁊ m̄ia oēm iniquitatem ⁊ maliciã. De tanta eius m̄ia dr̄ in quodam tractatu Mirandū eſt ⁊ valde mirandū qđ dr̄ certiſſima tm̄ ⁊ indubitata fide tenendum. Ecce ſi totus mundus eſſet globus igneus ⁊ in medio eius de ſtipula lini pugillus hic ex ſua naturali inclinatione non tam cito flammaꝝ incendia reciperet ſicut abiſſus miſerationū dei pctōrem penitentẽ ⁊ ↄuerti volentem q2 in illa actione naturali aliqualis. licet minima ⁊ impceptibilis requirat̃ morula ſed nulla penitus mora inter peccantem ⁊ remittentē gementem ⁊ gemitus exaudientē Et beatus grego. Verā magna dei m̄ia videtur quaſi ſimile ſentire cum dr̄ in regiſtro maior eſt dei m̄ia q̄ cuiuis malicia ⁊ ſicut ſcintilla in medio maris ſic omnis malicia ad dei miſericordiam. hec gregorius. Nec mirum q2 omnia peccata q̄uis multa ⁊ enormia ſint tamē

ſub numero ⁊ mēſura ſunt. miſcdia ve
ro dei ſine numero ⁊ menſura eſt. ergo
vincere eam peccata non poſſunt.
M Qđ ꝓbat beatus aug. in quadaꝫ
pulcra autoritate ſic dicens. Reuerte
re ad deū o peccator cum fiducia. non
enim vincent omnia pctā tua magnitu
dinem mīe dei. Quantacunqꝫ em̄ ſint
ſub numero ⁊ mēſura ſunt. miſcdia ve
ro dei ſine numero eſt ⁊ ſine menſura.
non ergo vincere pt quod cū menſura
eſt illud qđ abſqꝫ menſura ē. hec aug.
Ecce quō aperte claret per dicta ſanc-
toꝝ patrum ineffabilem ⁊ immenſura
bilem eſſe miſcdiam dei. Tollat̄ ergo
ab homīe omnis deſperatio ⁊ maxime
ab illo qui in toto corde ſuo per veram
penitentiam ſequat̄ dominū. ⁊ tantaꝫ
ſpem habere debet ad deum ꝙ ſi etiam
vnus tm̄ homo ex omnibꝫ hominibus
de toto mundo ſaluaret̄. eundem ſeip-
ſum debet eſtimare eſſe ⁊ ſpare. Ad tā
ꝯſolatoriam ſpem beatus aug. in libro
eccleſie inuitat vnūquemqꝫ fideleꝫ ſic
dicens. Omnis aūt ab homine xpia-
no tollat̄ deſperatio. nam ſi inter oēs
mundi hoīes ſolus vnus homo ſalua-
ri deberet. vnuſquiſqꝫ ſperare tenet̄ ſe
eſſe illū qui ſaluaret̄. hec auguſt.

Filius

Audiens tāta mirabilia de dei mi
ſericordia pre gaudio ⁊ ammira
tione penitus deficio. o oīps deus pater
noꝝ viſceꝝ pietas inaudita. o gr̄a ſin-
gularis. o diuine miſcdie pelagus in-
finitū cunctis mortalibꝫ incomprehen
ſum. excedens ingenia. ſupans vota.
deniqꝫ ſupgrediens merita vniuerſa.
quis enim tam flagicioſus qui aure p
cipiens ⁊ intelligēs tantam tuam pie
tatem ad ſpem venie ſuoꝝ delictoꝝ poſt
poſita ſua iniquitate quā geſſit vt non
reſurgat.

Ca. VIII. Pater.

Bene ſapiſ fili et
optime dixiſti de tam incōpre
henſibi:i miſcdia dei. Erubeſcat ergo
humana malicia ⁊ ſupbia. ⁊ ꝯſiderās
tantam benignitatē dei currat quanto-
tius non deſpando ad fontē eius pie-
tatis ad veram pn̄iam ⁊ ꝯuerſionem. ⁊
tanto humilius ⁊ feruētius ipſius mi
ſericordiā poſtulet quāto ad indulgen
dū ꝓmptiorem cernit ipſum exiſtere.
N De hoc dicit richardus đ ſan
ctore. In nulla viciorūꝫ enormitate de
dei miſeratōe eſt deſperandū qui tam
multus eſt ad ignoſcendū. Sed nun-
quid idcirco ipſum impudenter ⁊ ir-
reuerenter implorare debemus quē ad
indulgendū tam ꝓnum agnouimus.
imo tāto magis debemus in eius ꝯſpe
ctu erubeſcere. tanto humilius veniam
poſtulare quanto benigniorē ⁊ dulcio-
rem agnouimus quem ꝯtum aciter of-
fendimus. hec richardus. Conſiderā
tes igit̄ tantam pietatem in viſceribꝫ
dei noſtri curramus ſinguli ad ſinū pi
etatis ⁊ ad gremium mīe eius dum li
cet ⁊ hoc corpuſculo ſumus. ne preoc
cupati die mortis queramus ſpacium
pn̄ie ⁊ inuenire non poſſimus O
Accedemus ergo cum fiducia ad thro
nū gratie eius ⁊ ſi ſentimus in nobis
duriciam cordis flagitemus clementi
am ipſius vt emolliat illud grām com
punctionis infundendo per quā poſſi-
mus ſaluari ⁊ mīam eius inuenire. ne
forte tardantes incurramus indigna-
tionem ipſius ⁊ perpetuam duriciam
cordis noſtri. ipſe enim corda praua ⁊
dura poteſt emollire cum ſibi placet ⁊
quando ſibi placet. ⁊ diuerſo mō quo
ſibi placet. De hoc dicit beatus augu.
ſic. Quis tam impie deſipiat vt dicat
deum malas hominū voluntates quas
voluerit. quando voluerit. vbi voluerit

in bonum non poſſe ꝯuertere ſed cum
facit miſam facit. cū aūt non facit ꝑiu
dicium non facit. qm̄ cui vult miſeret
⁊ quem vult indurat. hec aug. De hac
dei miſa dr̄ ⁊ beatus grego. xxxix. mor.
Miſericors deus diu peccata hoīm to
lerat ⁊ cū iam vitium reſpicit plerūq̧
mentes peccantium immutat recte de
ſe vincante pietas inſinuans ait illud
iob. Nunquid tenuiſti ꝯcutiens extre-
ma terre ⁊ excuſſiſti īpios ex ea. Per
terram quippe homo infirma ſapiens
deſignat cui peccanti dictū eſt. Terra
es ⁊ in terram ibis Sed q2 pius ꝯdi
tor facturā ſuā nō deſerit. mala hoīm
⁊ ꝑ ſuam ſapientiā tolerat ⁊ per eorū
qnq̧ ꝯuerſionē relaxat. P Cum
duras atq̧ inſenſibiles mentes reſpi
cit modo eas minis modo verberibꝰ mō
reuelationibꝰ terret vt qui pꝰſſima ſe-
curitate durauerāt ſalubri timore mol
leſiant quatenus vel ſero redeāt ⁊ hoc
ipſum ſaltim q2 diu expectati ſunt eru
beſcant. Scit enī dn̄s q2 extrema vite
noſtre plus iudicat ⁊ idcirco electos
ſuos in fine ſollicitos purgat. Scrip-
tum quippe eſt. dn̄s iudicabit fines ter
re Tanto ergo intenſius vltimis nr̄is
inuigilat. quanto in ipſis penderes
initia ſequentis vite penſat. hec greg.
Q Item de eadē miā dei quomodo
corda etiā deſperata ad pn̄iam trahat.
Idem grego. ſuꝑ illo verbo. iob. Nun
quid ingreſſus es in ꝓfundum maris
dr. Mare quippe eſt mens humana cu
ius ꝓfunda deus ingreditur qn̄ ꝑ con
gnitionem ſuam ad lamenta peniten-
tie ab intimis cogitationibus pertur-
batur quando prioris vite nequicias
ad memoriam reducit ⁊ fluctuantē in
ꝯfuſione ſua animum conuertit. Pro
funda maris deus penetrat quando e-
tiam deſperata corda ꝑmutat. Tūc enī
corda ꝑmutat quando cor ſeculare hu

miliat. tūc ꝓfundum maris ingredit
quando viſitare mentes etiā preſſas
ſceleribꝰ non dedignat vnde ⁊ recte
percunctando ſubiungitur ⁊ in nouiſſi
mis abiſſi deambulaſti. quid enim ab
iſſus niſi mens humana que dum ſeip
ſam ꝯprehendere non valet ſeſe in om
ne quod eſt velut obſcura abiſſus latet
in nouiſſimis ergo abiſſi debent deam
bulare. eſt etiam nouiſſimorum homi
num corda conuertere ⁊ deſꝑatas mē
tes viſitatōis ſue veſtigiꝫs tangēdo mi
rabiliter reformare. Cum enī poſt im-
menſa ſcelera quiſquis ꝯpungit quid
aliud q̧ in nouiſſimis abiſſi deus de-
ambulaſſe videtur. quaſi in abiſſo nā-
q̧ deus deambulabat cum obſcurum
cor penetrans fluctus inuiſibiles vici
orum calcat Plerūq̧ enim preterita.
alia plangimus, aliꝫs preſentibꝰ vrge
mur. ⁊ modo ſuꝑbia modo ira modo
luxuria modo auaricia temptante fati
gemur. Sec cum cuncta hec in corde
noſtro dn̄s occulte viſitationis ſue ti-
more reprimit quid aliud q̧ in abiſſo
greſſū ponit. Quos greſſus mente con
ſpicimus qn̄ contra inſurgentia vitia
quomodo timoris eius obuient dona
penſemus. hec greg. Ecce habemus ꝑ
hec dicta quomō miſericors deus etiā
corda nequiſſima ⁊ deſperata ad peni-
tentiam conuertit Conſiderantes aūt
tantam pietatem dei cauendum ſum-
mopere eſt ne quis in peccati crimē la
batur ꝙ ſi lapſus fuerit nō deſperet ſꝫ
ꝑ lamenta penitentie ſurgat. Relaxat
enim deus peccatū qꝺ deflet attamē
qui ſtat timeat ne in peccatum cadat.
quia ſi deflere poſſit peccata que com-
miſit ignorat Hanc ſcientiā beatus
gregori. xxxiij. moral. ſuper illo iob.
Nunquid armilla ꝑforabis maxillā
eius videlicet vehemoth pulchre tan-
git cum dicit Cauendum ſummopere

eſt ne quis delectatione peccati leuia-
than iſtius ore rapiatur ⁊ tñ ſi raptꝰ fue
rit non deſperet. qui ſi peccatum perfecte
lugeat. adhuc foramen in maxilla eiꝰ
inuenit per qđ euadat. iam dentibꝰ te-
ritur ſed adhuc ſi euadendi via queritur
in maxilla foramen inuenitur. habet eti
am captus qua exeat qui preuidere no
luit ne caperetur. Quiſquis ergo q̄ non
dum captus eſt maxillam eius fugiat.
quiſquis vero iam captus eſt in maxil
la eius foramē querat. pius quippe ac
iuſtus eſt conditor noſter. R Sed
nemo dicat. qꝛ pius ē venialiter pecco
⁊ nemo qui peccauit dicat. qꝛ iuſtus ē
de peccati remiſſione deſpero. relaxat
enim deus facinus qđ deflet. ſed perpe
trare quiſqꝫ timeat. qꝛ ſi digne deflere
poſſit ignorat. Ante culpā ergo iuſtici
am metuat. poſt culpam tñ de pietate
preſumat. necqꝫ ita iuſticiam timeat vt
nulla ſpei ꝯſolatōe ꝯualeſcat. necqꝫ ita
ꝯfidat de mīa vt adhibere vulneribus
ſuis digne pn̄ie negligat medicinam.
Sed quē videt ſibi pcere ſp etiam co
gitet diſcrete de ſe iudicare. ſub pieta
te itaqꝫ eius ſpes pctōris gaudeat. ſed
diſcretōe illius penitētis correctio cō
tremiſcat. Spes igitur noſtre preſump-
tionis habeat etiā morſum timoris vt
ad corrigenda pctā iuſticia iudicātis
terreat quem ad fiduciā venie grā pie-
tatis inuitat. Hinc enim ꝑ quendā ſa-
pientem dr̄. Ne dixeris miſeratōnes
dn̄i multe. peccatoꝝ meoꝝ nō recorda
bitur. pietatē namqꝫ eius ꝓtinus ⁊ iu-
ſticiā ſubdidit dicēs. mīa enim ⁊ ira
ab illo. Diuina itaqꝫ clementia maxil
lam behemoth iſtius perforans vbiqꝫ
humano generi ⁊ miſcđiter ⁊ potēter
occurrit. qꝛ nec libero ammonitōnem
peccandi tacuit. nec capto remedium
fugiendi ſubtraxit. Ad hoc quippe in
ſacra ſcriptura viroꝝ talium. ſcꝫ Da-
uid ⁊ Petri peccata ſunt indita vt cau
tela minoꝝ ruina fit maioꝝ. Ad hoc ve
ro vtrorumqꝫ illic ⁊ penitentia inſinu
atur ⁊ venia vt ſpes pereuntium ſit recu
peratio deperditoꝝ. Statu ergo ſuo da
uid cadente nemo ſuperbiat. de lapſu
etiā ſuo dauid reſurgente nemo deſpe
ret. Ecce qꝫ mirabiliter ſcriptura diui
na eodem verbo ſuperbos premit quo
humiles leuat. vnam rem geſtā ꝯtulit
⁊ diuerſo modo ſupbos quidē humi
litatis formidine. hūiles vero ad ſpei
fiduciā reuocauit. O ineſtimabile no
ui generis medicamentum qđ vno eo
demqꝫ ordine poſitum ⁊ premendo tu
mentia exiccat ⁊ ſubleuando arētia in
fundit. de maioꝝ nos lapſu terruit. ſꝫ
de reparatione roborauit. Sic quippe
ſemꝑ nos diuine diſpenſationis miſe
ricordia ⁊ ſupbientes reprimit. ⁊ ne
ad deſperatōem corruamus fulcit. hec
grego. G Per iſta dicta ſanctiſ-
ſimi viri docetur homo ſꝑ habere ſpem ⁊
timorem. ſpem de miſcđia. timorē de
iuſticia. Spē vt ſi lapſus fuerit ſurgat
per penitentiā. timorem ne iterum in-
cidat in peccati ruinā. qꝛ valde diſpli
cet omnipotenti deo recidiuatio ſeu re
iteratio peccati. Vnđ omnis penitens
ſemꝑ miſcđiam dei ⁊ iuſticiam coram
oculis habeat. miſcđiam vt ꝑ ſpem eri
gatur. iuſticiam vt per timorem humili
etur. Ad hoc faciendum hortatur beatus
aug. ſic dicens. Nunqꝫ peccatoꝝ enor
mitas ſine intuitu diuine clementie ē
penſanda. nec diuīa bonitas ſine rigo
re iuſticie cogitanda. nam hec ſine illa
facit inſoleſcere. illa vero ſine iſta deſpe
rando facit nimis ꝓtimeſcere. hec Au-
gu. Sꝫ fortaſſe eſt aliqs qui tot crimi
na ſe ꝯſpicit ꝯmiſiſſe qꝛ ꝓpter illa time
at dei amiciciā ⁊ dilectōem qꝫuis dole
at nequaqꝫ aſſequi poſſe. Sꝫ abſit hoc
a cordibꝰ oīm pctōꝝ. ſua tñ pctā plan

gentiū ꝛ volentiū. nam ꝑ lamēta pſſīe
peccatoꝛ q̄ꝫuis ſoꝛdidiſſimus dei effi-
cit̃ amicus ꝛ dilectus De hac magna
pietate ꝛ mīa dei dı̄r btūs bern̄. Quid
de tua mīa dicam bone iheſu qui non
minus pctōꝛem ↄuerſum diligis q̄ꝫ eū
qui nunq̄ꝫ pctī maculam ↄtraxit. hec
bern̄. Non em̄ qui peccauerūt ſed qui
in peccatis pſeuerant ſunt odibiles ꝛ
abhominabiles deo Conuerſos eos ꝛ
penitentes peccatoꝛes ad gremiuꝫ ſue
pietatis ꝛ dilectionis paratus eſt ſuſ-
cipere xp̄us De hoc ait beatus aug. in
quodam ſermone Non em̄ qui pecca-
uerit ſꝫ qui in pctīs ſuis pſeuerauerit
odibilis erit deo ꝛ abhominabilis Nā
vt de indulgē̄tia diuina diffidat dn̄s
nos ꝑ ↄplexī velut pater pijſſimus ↄſo
latur dicens Nolo morteꝫ peccatoꝛis
ſed vt ↄuertat̃ ꝛ viuat Et illud Impie
tas impij nō nocebit ei. in qua cū q̄ꝫ die
ↄuerſus fuerit ab iniquitate Sed iſta
tam magna mīa tunc nobis pꝛodeſt ſi
non tardemus ↄuerti ad dominū nec
crimina criminibꝰ ſupaddimus Sed
foꝛte cogitat aliquis ſe tam grauia ad
miſiſſe peccata vt iam mīam pꝛomere
ri non poſſit. Abſit hoc a ſenſibꝰ oīm
peccatoꝝ. O homo quicū q̄ꝫ illaꝫ mul
titudinem peccatoꝛū attendis cur om
nipotentiam celeſtis medici non atten
dis. Cum em̄ velit deus miſereri quia
bonus eſt ꝛ poſſit q꞉ omnipotens eſt ip
ſe contra ſe diuine pietatis ianuā clau
dit qui deum ſibi miſereri aut nō velle
aut non poſſe credit. eum q̄ꝫ aut bonuꝫ
aut omnipotentē eſſe diffidit. Nemo
ergo poſt centū peccata aut poſt mille
crimina de miſericoꝛdia diuina deſpe
ret. Sic tamen non deſperet vt ſine vl
la moꝛa deū ſibi repꝛopiciare feſtinet.
ne foꝛte ſi conſuetudinem peccandi fe
cerit etiam ſi velit a diaboli laqueis li
berari poſſit. Hec augu. ¶ Ecce
quomodo beatiſſimus vir auguſtinus
oēs peccatoꝛes etiam in peccatis mul
tis et maximis iacentes hoꝛtatur ad
ſpem venie ꝛ neminē debere deſꝑare de
dei mīa ꝛ pietate. ſic tamen vt ſine vlla
moꝛa ꝑ penitentiam ꝛ ↄuerſionem ac
bonam ↄuerſationem feſtinet facere ſi
bi deum ꝓpicium. ne tardando ꝑ negli
gentiam ꝛ incuriā detur in repꝛobum
ſenſum ꝛ incidat in laqueos dyaboli
ex quibꝰ etiam ſi voluerit excutere ſe
non poſſit. ¶ Sciendum etiā ꝙ
diuine mīe multi ſunt effectus. Ipſa
enim dei mīa pꝛeuenit neſcientes. tra
hit nolentes. ſequit̃ nō querentes. pꝛe
currit fugientes. reuocat recedentes.
expectat tardantes. ſuſcipit reuerten-
tes. remittit debitum. ↄfert meritum.
pꝛemiat vltra ↄdignum Pꝛimum pꝛe
uenit neſciē̄tes Pſalmiſta. Deus me
us miſericoꝛdia eius pꝛeueniat me. ꝛ
hoc per occultam inſpirationem. Io.
iij. Spiritus vbi vult ſpirat ꝛ vocem
eius audis ꝛ neſcis vn̄ veniat aut quo
vadat quia vox diuine inſpirationis
auditur intus in coꝛde penitentis ꝑ re-
cognitionem. ꝛ neſcitur vnde veniat.
quia ab homine ignoꝛat̃ diuine vocati
onis cauſa cū ſit pure gratuita. aut quo
vadat. quia ſimiliter ignoꝛat̃ de fina-
li pſeuerantia. Secundo trahit nolen
tes. Io. vj. Nemo poteſt venire ad me
niſi pater traxerit eum. Tercio ſequit̃
non querentes. Ezechel. xxxiiij. Qđ
perierat requiram ꝛ quod abiectū fue-
rat reducam. Quarto pꝛecurrit fugi-
entes. Exodi. xxiij. Ecce ego mitto
angelum meū qui pꝛecedat te. Quin-
to reuocat recedentes. Iſa. xxxj. Con
uertimī filij iſrl̃ ſicut in ꝓfundū receſ
ſeratis Sexto expectat retardātes Iſa.
xxx. Expectat dn̄s vt miſereat̃ ꝛ iō ex
altabit̃ pcens vobis. Septimo ſuſci-
pit reuertentes. p̄s. Suſcipit eos de

via iniquitatis eoꝝ. Et illud ibꝫ. vbi
dñs ad peccatricē aĩam dr̃. Tu fornica
ta es cũ amatoribꝫ multis. tñ reuerte/
re ad me ⁊ ego ſuſcipiã te. Octauo re
mittit debitũ. Math. xviij. Oē debitũ
dimiſi tibi qm̃ rogaſti me. Nono ꝯfert
meritũ. Vñ paulus. Quid hēs qđ nõ
accepiſti. Decimo ꝑmiat ſupra ꝯdig/
nũ. ad Ro. viij. Nõ ſunt ꝯdigne paſſi
ones huius tp̃is ad futurã glãꝫ que re
uelabit̃ in nobis. Hec igit̃ oĩa que pre
miſſa ſunt de dei pietate ⁊ mĩa debent
vnũquemqꝫ pctõrem ſua facinora tre
pidantē ad ſpem fiducie aĩare ⁊ ad ci
tam ꝯuerſionē ad deũ ſeu pñiam agen
dã mouere vt ſaluus eē poſſit in extre
mis ſuis ⁊ in die iudicij. Filius

Gaudens gaudeo audiens tantaꝫ
mĩam ⁊ pietatē eſſe in viſceribꝫ
dei nr̃i. ⁊ qꝛ aptum eſt gremiũ benigni
tatis eius ad ſuſcipiendũ oēs pctõres
in ſordibꝫ facinoꝝ ꝯſtitutos. neceē eſt
vt currant ſinguli qui ſe ſentiũt onere
criminũ grauatos nihil heſitantes ad
fontē tante pietatis. vt abluti a fetore
ſuoꝝ ſceleꝝ veniã ⁊ grãm ab ipſo mĩa
rum dño valeant impetrare. Sꝫ rogo
pr̃ vt me de hoc informes. Cũ igit̃ ds
ſit ita miſericors quare omēs pctõres
non attedũt eius pietatē vt ſe ꝑ pñaꝫ
ꝯuertant ad ſeipm̃. vel quid eſt qđ im
pedit tantam eoꝝ ſalutem.

Ca. IX. Pater. X

Quod homines

quãꝫ plurimi ⁊ heu ꝓ maiori pre
vt cernimus tardi ſunt ⁊ negligentes
ad ꝯuerſionē ad deuꝫ ſiue ad pñiam a/
gendã facit amor pñtis vite ⁊ delecta
tio in rebꝫ trãſitorijs. Qui vero ꝯuerti
volunt neceē eſt vt pñtia deſpiciãt ⁊ fu/
tura diligant. vt teſtat̃ greg. j. mor. di
cens. Sunt nõnulli qui vitã ſuã negli/
gunt. ⁊ dum tranſitoria appetunt tunc
eterna negligunt ⁊ neglecta ꝯtemnũt.
cũqꝫ eterna q̃ amiſerunt nõ ꝯſiderant
eſſe ſe heu miſeri in bonis non putant.
nequaqꝫ enĩ ad veritatis lucē ad quam
tñ ꝯditi fuerãt mentis oculos erigũt.
nequaqꝫ ad ꝯtemplatõem pr̃íe eterne
deſiderij aciē tendũt. ſed ſemetipſos
in his ad q̃ ꝓiecti ſunt deſerentes vice
pr̃íe diligunt exiliũ qđ patiunt̃. in ce/
citate quã tolerãt quaſi in claritate lu
minis exultant. cõtra ele:toꝝ mentes
dũ cuncta trãſitoria nulla eſſe ꝯſpici/
unt ad q̃ ſint ꝯdite exquirunt. Cumqꝫ
ad eoꝝ ſatiſfactõꝫ nil extra deũ ſufficit
ipſa inq̃ſitionis exercitatõe fatigata il
loꝝ cogitatio in ꝯditoris ſui ſpe ⁊ ꝯtē
platõe requieſcit. ſupnis interſeri ciui
bus appetit. ⁊ vnuſquiſqꝫ eoꝝ adhuc ĩ
mundo corpe poſitus. mente iaꝫ extra
mundũ. ſurgit enĩ. nã exilij ſolicitudi
nē quã tolerat deplorat ⁊ ad ſublimē
patriam inceſſantibꝫ ſe amoris ſtimu
lis excitat. cũ enĩ dolens videt quantũ
ſit eternũ qđ perdidit. inuenit ſalubre
ꝯſilium tp̃ale hoc deſpicere qđ precur
rit. ⁊ quo magis creſcit ꝯſilij ſciētia vt
non peritura deſideret. eo auget̃ dolor
ꝙ nondũ ad menſurã pertingat. Vñ
bene per ſalomonem dr̃. Qui addit ſci
entiam addit ⁊ dolorē. Qui enĩ al's ſi
tit iã ſumma que adhuc nõ hꝫ magis
de infimis in quibꝫ retinet̃ dolet. Hec
greg. Item de eiſdem carnalibꝫ homi
nibꝫ dicit idem. viij. mora. ſuper illud
iob. Cutis mea aruit ⁊ ꝯtracta eſt. In
ſancte quippe eccleſie corpe his qui ſo
lis exterioribꝫ curis inſeruiunt ꝯgrue
cutis vocant̃. que nimiꝝ curis areſcen
do attrahit̃. qꝛ mentes carnaliũ dũ pñ
tia diligũt ⁊ q̃ſi iuxta poſita ꝯcupiſcũt
ad futuram tendi ꝑ longanimitatē vo
lunt. Hanc nãqꝫ attractatõem ꝑs for
midauerat cuꝫ dicebat. Sicut adipe ⁊
pinguedine repleat̃ aĩa mea. Adeps

quippe pinguedis aĩam replet cũ hãc ꝯtra pñtiũ deſiderioꝝ eſtũ ſupne ſpei infuſio refouet Cũctiſꝗ areſcẽs attra hiꝰ cũ cor reb⁹ exterioꝛib⁹ deditũ atq₃ ex deſperatõne ſiccatũ in autoꝛis ſui a moꝛẽ nõ tendiꝰ ſed in ſemetipo vt ita dixerim rugoſa rogitatiõe triplicatur Penſandũ v̾o eſt ꝙ carnales mentes idcirco pñtia diligũt qꝛ vita carnis q̃₃ fugitiua ſit minime attendũt Nã ſi ve locitatẽ trãſitus eius aſpicerẽt hãc eti am ꝓſperitatẽ minime amarent Scti aũt qꝛ pñtis vite momẽta decurrere ſub feſtinatõe ꝯſpiciũt nequaq₃ in hoc no bilitatis itinere coꝛdis itẽſionẽ figũt hec greg. A Per hec igiꝰ dicta mani feſte apparet ꝙ amoꝛ reꝝ trãſeũtiũ ſiue delectatio pñtium faciũt hoĩes tardoſ ad penitẽdũ B Et ecõuerſo ꝯtẽptus mũdi facit ꝓmptos ad deo obediendũ nã ipe amoꝛ mũdi cũ ꝑualet ad ambiẽ dũ honoꝛes terrenaſq₃ mentes hoĩm inſtigat ne deſpecti videanꝰ res facit cumulare terrenas reb⁹ in proſperis gaudere ſola q̃ aſſunt rogitare nullam memoꝛiã celeſtis p̃rie hr̃e. De talib⁹ dr̃ btũs greg. viij. moꝛal. ſup illõ iob. Tabernaculũ ĩpioꝝ nõ ſubſiſtet ſic Ta bernaculũ quippe ꝯſtruiꝰ vt ab eſtu coꝛ pus ⁊ frigoꝛe defendaꝰ Quid igiꝰ hoc loco tabernaculi noĩe niſi edificatõ ter rene felicitatis inſinuaꝰ ꝑ quã ſuper ſe repꝛobi caſura multiplicãt vt ſe a pñ tis vite neccitatib⁹ q̃ſi ab eſtu ⁊ ymbꝛi bus defendãt. honoꝛib⁹ nãq₃ excreſce re ãbiũt ne deſpecti videãꝰ terrena ex aggregant ne inopie frigoꝛe toꝛpeſcãt ꝯtẽnunt curare qđ ſequiꝰ ⁊ tota inten tiõe ſatagũt. ne q̃d in pñtib⁹ deſit. ſtu dent nomẽ dilatare ne lateãt iniunctoſ ſe in oĩb⁹ ⁊ felices putãt. vbi ꝗ mẽtis habitaculũ ꝯſtruunt ibi ꝓculdubio ta bernacula fixerũt aduerſa ĩpatiẽter fe runt remiſſe in ꝓſperis letanꝰ ſola que aſſunt cogitant nec ad affectũ celeſtis patrie vlla recoꝛdatõe reſpirãt gaudẽt ſibi bona ſuppetere q̃ cupiũt . atq₃ vbi carne requieſcũt ibi ⁊ mentẽ extiguẽ do ſepeliũt qꝛ ſecularis cure zelo teuet dati terrenaꝝ reꝝ cumulũ aggerant ⁊ quẽ foꝛis exq̃rendo multiplicãt hunc ſemꝑ interius ꝑ cogitatõem poꝛtant. Ac ꝯ iuſti nec oblata bona hic ꝓ mag no accipiũt nec allata mala valde ꝑti meſcũt ſ₃ ⁊ cũ bonis pñtib⁹ vtunꝰ ven tura mala metuũt ⁊ dũ de malis pñti bus gemũt bonoꝝ ſeq̃ntiũ amoꝛe ꝯſo lanꝰ Sicq₃ tꝑali fouẽꝰ ſubſidio ſicut viatoꝛ vtiꝰ cum pauſat ⁊ recedere feſti nat q̃eſcit coꝛꝑe ⁊ aliud tẽdit mẽte. nõ nũq₃ v̾o ⁊ aduerſa ꝑpeti appetunt ⁊ in tranſitoꝛijs ꝓſperari refugiũt ne dele ctatione itineris a p̃rie ꝑuentõe tardẽ tur ne greſſũ coꝛdis in via ꝑegrinatio nis figãt ⁊ qñq₃ ad ꝯſpectũ celeſtis pa trie ſine remuneratõe ꝑueniãt gaudẽt deſpici nec dolent ſe neceſſitatib⁹ affli gi Qui ꝗ ꝯtra pñtia ſe aduerſa nõ mu niũt q̃ſi ꝯtra eſtus ⁊ pluuias hr̃e taber naculũ nolũt Juſti itaq₃ ſe ꝯſtruere ne gligunt vbi ꝑegrinos ſe eẽ ⁊ hoſpites nouerũt . qꝛ eñi in ꝓꝓꝛijs gaudere deſi derãt eſſe in alieno felices ꝯtemnunt. Iniuſti aũt quanto longius ab eterne patrie hereditate diuiſi ſunt tãto in ter ra altius fundamenta cogitationis fi gunt Bene ergo diciꝰ tabernacula im pioꝝ non ſubſiſtent qꝛ vite fugientis amatoꝛes dum ſe ſtudioſe pñtib⁹ con ſtruunt repente ad eterna ſupplicia ra piũꝰ . hec greg. C Qđ aũt carnales hoĩes ſic inherent tꝑalib⁹ hoc facit qꝛ negligũt pẽſare eterna nec ꝑpẽdũt hr̃e oĩa trãſeũtia ⁊ iõ ſuã ꝯſolatõez totã in voluptatib⁹ carnaliũ deſideriorꝝ ponũt De hoc dr̃ idẽ beatus greg. x. moꝛal. ſup illo v̾bo iob . Oculi impioꝝ defi ciẽt ⁊ effugiũ ꝑibit ab eis Oculi ĩpioꝝ

intentões ſunt carnalium deſiderioꝝ. q̄ idcirco deficiunt qꝛ eterna negligūt ⁊ ſola ſꝑ tranſitoria ꝑſtolanť. Adipiſci q̄ppe terrenā glām cogitant. multiplicari reb⁹ tpalib⁹ exoptant. ad mortē quoqꝫ quotidie curſu etiā labentiū tendunt. ſꝫ cogitare mortalia neſciūt. carnis vita ꝑ momenta deficit. res hīta inſtanti fine corrūpiť ⁊ hn̄di anxietas nō finiť. ſed cū mors impios ſub/trahit eoꝝ ꝑfecto deſideria cū vita terminanť quoꝝ. ſ. oculi tunc ſupna vltō ne deficiunt. qꝛ ſuo hic iudicio a terrena deficere delectatōe noluerūt. a qui/bus ⁊ effugiū ꝓhibit. qꝛ coꝝ malicia ab aīa aduerſiōe diſtricti iudicis quo ſe vaIeat occultare nō inuenit. nā nunc cuꝫ triſticiā iniqui aliq̄ vel aduerſa patiuntur effugij latebras inueniūt. qꝛ ad vo/luptatē ꝓtinus deſiderioꝝ carnaliū reſurgunt. Ne eīn pauptas cruciet diritis aīm demulcet. ne deſpectus ꝓrioꝝ deprimat ſeſe dignitatib⁹ exaltant. an ꝓpoſitis epulaꝝ diuerſitatib⁹ nutriunť. Si faſtidio corp⁹ atteriť. ſi quoqꝫ meſticie impulſu deijciť mox ꝑ interpoſi/ta locoꝝ blandimenta releuať. Tot ḡ hic hn̄t effugia quot ſibi ꝓpant delectamenta. ſed qn̄qꝫ ab eis effugiū ꝑit. qꝛ dū eoꝝ mens amiſſis oīb⁹ ſe ſolum mō ⁊ iudicē ꝯſpicit. tunc voluptas ſubtrahiť. voluptatis culpa ſeruať ⁊ repē te miſeri ꝑeundo diſcunt. qꝛ ꝑitura renuerūt. qui tn̄ quouſqꝫ viuūt corporaliter q̄rere nocitura nō deſinunt. Vn̄ ⁊ ſubdiť. ⁊ ſpes illoꝝ abhoīatio anime. Quid hic pctōꝛ totis cogitatōib⁹ ſperat niſi vt ꝓtāte alios tranſeat. cūctos reꝝ multiplicatōe trāſcendat. aduerſitates donando ſubijciat. obſeq̄ntibus mirād⁹ innoteſcat. ire ad votū ſatiſſacit. benignū ſe cuꝫ laudať oſ̄dat. q̄cq̄d gula appetit offerat. Bene ḡ illoꝝ ſpes abhoīatio dr̄. qꝛ ea q̄ carnales ambiūt ſpūales quiqꝫ iudicio rectitudinis aduerſanť. nā qđ pctōꝛes voluptates eſtimant ꝓculdubio hoc iuſti ꝑenā putāt. abhoīatio hec aīe ſpes eſt prauoꝝ qꝛ minimꝫ ſpūs deficit. vbi caro requieſcit. vt eīn caro mollib⁹. ſic aīa duris nutritur. illā blanda refouent. hanc aſpa exercent. illa delectationib⁹ paſciť. hec amaritudinib⁹ vegetať. ⁊ ſicut carneꝫ dura ſauciant. ſic mollia ſpūm necant ſicut illā laborioſa interimūt. ita hāc delcābilia extinguunt. Spes itaqꝫ carnaliū abhoīnatio anime dr̄. qꝛ inde in ꝑpetuū ſpūs interit vnđ ad tps caro ſuauiter viuit. hec greg. D Et ſciendū ꝙ amatores mundi cū ab eis af/fectū ſe non ſolū non obtꝑant. ſed eti/am ad ipſius dilectōnem ꝓpter carna/les voluptates ⁊ vanitates ſe effundūt in tantū ꝓualet in eis amor ſeculi ⁊ quodammō in eius dilectōe excecanť vt nec etiam circa mortem amare tpalia deſiſtant. Qđ pulcre tangit beatus grego. viij. moꝝ. ſuꝑ illo verbo iob Et ꝯſumpti ſunt abſqꝫ vlla ſpe. dicēs Reꝓboꝝ mentes erga dies p̄ntis vite tā to amore hic ꝯſtringunť. vt ſic ſꝑ hic appetant viuere q̄tenus ſi valeant viuēdi curſum deſiderent nunq̄ꝫ finire. Cogitare q̄ppe ventura deſpiciūt. ſpem totā in reb⁹ trāſeuntib⁹ ponunt. hēc nulla niſi q̄ ꝑtereūt ꝯcupiſcūt. cūqꝫ nimis trāſeuntia cogitāt ⁊ māſura nullaten⁹ ſpant. ſic cecitate inſenſibili cordis o/culus claudiť vt eterne luci nullaten⁹ incendať. vn̄ ſit vt ſepe iā corpus mo/leſtia q̄tiat. ⁊ vicina mors ꝯtur̄e ſpūs vitať incidat nec tn̄ curare q̄ mđi ſunt deſinān̄t. iāqꝫ eos vltor ad iudiciū ꝑtrahit ⁊ tn̄ ipſi ordinatōe ſolicita reb⁹ trā ſeūtib⁹ occupati nihil aliđ cogitāt niſi in hoc mđo adhuc q̄liter viuant. rel inq̄nda oīa q̄ſi poſſidēda diſponunt. qꝛ ſpes viuendi non frangiť. etiam cum

vita terminaẽ iam ad iudiciũ trahun
tur pñtiam ⁊ tñ adhuc labendis reb9
inherent ꝑ curã Dura eñi mente abeẽ
mors longe creditẽ etiã cũ ſentiẽ. ſicq̃
a carne aĩa ſoluiẽ vt erga pñtia immo
derato amore ſe retinẽs ad eternũ ſup
plicium duciẽ. hociꝑm quoq̃ neſciat
quo ducaẽ. ⁊ deſerens q̃ amare cũ ter
mino noluit. repente ſine termino in/
uenit que nũq̃ ꝓuidit Ac ↄtra electoꝝ
mens ad eternitatis intentiõem tendi
tur etiã cũ ꝓſens eam feliciter vita co
mitaẽ. Magna carnis ſalute vtiẽ. nec
tñ eius fiducia retardaẽ nullus adhuc
mortis articulus erumpit ⁊ q̃ſi pñtem
hanc quotidie ↄſpicit. q² eñi vita in/
deſinenter labiẽ ſpes eiuiuendi fundi/
tus amputaẽ. Bene q̃ de dieb9 ꝓtereũ
tib9 dr̃ ↄſumpti ſunt abſq̃ vlla ſpe ac
ſi apte diceret mentis fiduciã in pñti
vita non poſui q² oẽ qđ ꝓterit calcan/
do deſpexi. vnde ⁊ apte ſubditur. Me
mento q² ventus eſt vita mea hĩ etẽi
vitam carnis q̃ſi ꝑmanentẽ diligunt
qui quãta ſit vite ſeq̃ntis eternitas nõ
intendũt cũq̃ ſoliditatẽ plenitudinis
non ↄſiderant exiliũ patriã tenebras
lucẽ curſum ſtationẽ putant. Ac ↄtra
ſancti viri quo ad eterna cor eleuãt q̃
breue ſit qđ fine claudiẽ ꝑpẽſant ⁊ eo eo
rũ ſenſib9 vileſcit qđ ꝓterit quo intel
lectu radiente interlucet qđ acceptũ
nũq̃ recedit. Cunq̃ infirmitatẽ plenitu
nitatis aſpiciunt nequaq̃ iã ꝓ magno
deſiderãt q̃cquid finis anguſtat ſ3 ſub/
leuata mens extra tꝑm terminos du/
ciẽ etiã cũ carne in tꝑe teneaẽ ⁊ tanto
altius finienda deſpicit quanto verius
infinita cognoſcit Sed hec iꝑa huma
ne breuitatis ↄſideratio auctori nr̃o
magne virtutis oblatio eſt Unde bene
dr̃ Memento q² ventus vita mea eſt.
Ac ſi apte diceret tranſeuntẽ velociter
benignus reſpice q² tãto videri a te mi

ſericordius debeo quanto ipſe a ↄſide
ratõne breuitatis mee oculos nõ auer
to. Sed q² dũ tẽpus vite pñtis abſcin
diẽ ad oꝑationẽ ꝓmerende venie vlte
rius non rediẽ recte ſubiungiẽ nec re/
uerteẽ oculus meus vt. vi. bo. Ad vi/
denda bona extincti oculus non redit
q² ad exhibenda recta opera exuta car
ne aĩa non recurrit. Nequaq̃ oculus
ad videnda bona reuertiẽ q² retribu/
tionẽ ſuã mens inueniẽs ad oꝑatõis
vſum nullatenus reuocaẽ. hec grego.
Ecce q̃ño homines carnales ⁊ circa fi
nem vite amare tꝑalia ⁊ trãſitoria nõ
deſiſtunt. Electi vero econtrario ꝓpter
amorem celeſtis pĩe etiã cũ ſani ſunt
ea contemnunt. Sed ⁊ hoc conſiderã
dum ꝙ ad cumulum miſeriarum. illo
rum videlicet hominũ qui ſic abſorp/
ti ſunt in amore tꝑaliũ ⁊ carnaliũ vo
luptatum rapiunẽ etiam ⁊ tradunẽ in
quãdam duriciã cordis ⁊ inſenſibili/
tatem mentis vt labores ꝓ mundo li/
benti aĩo ſuſtineãt dũmodo potiuntur
⁊ aſſequi valeãt ſeculi voluptates. hec
ꝓbat grego. xx. moraĩ. cũ dicit Mun/
di amatores attendũt tranſitoria que
ꝑcipiunt ⁊ intueri negligunt bona ꝑ/
manentia que perdunt. cũq̃ tꝑalium
amore flagrant veram leticiam violen
ter ignorant quã ſi ſtudioſe cognoſce
re quererent q̃ flenda ſint gaudia que
appetunt viderẽt ſed cum meliora ſci
re ↄtemnunt ſola ſibi velut ſumma eli
gunt que viſibiliter oculis ſeductione
ſagaci blandiuntur viſibilia ſequẽtes
cor fugiũt ⁊ tanto extrinſecus gaudẽt
quanto recordationẽ ſui intrinſecus
non habent. Miſcentur cum eorũ gau
diis plerumq̃ tribulationes atq̃ ex re
bus ipſis quibus ſuperbiunt flagellan
tur ⁊ tamen hoc ipſum delicias eſti/
mant quia ⁊ dura quidem ex preſen/
tis huius vite amore tolerãt et tamẽ

affectu nimie cupiditatis obligati la-
borē eiuſdem tolerantie voluptatē pu
tant. ¶Humanū ꝗ genus recto dei iudi
cio voluptatibꝰ ſuis dimiſſum atqꝫ per
eaſdē voluptates ſpontaneis tribulatō
nibꝰ traditū. q2 amara ſunt q̄ ꝓ huius
vite amore tolerat. ⁊ tñ eandē amari-
tudinē cecitate cupiditatis q̄ſi inſenſi
bilitate ebrietatis ignorat. ¶ A-
mant enī ꝑuerſi hoīes ꝓ huius mundi
glā etiā tribulatōes. cunctiſqꝫ ꝓ ea ſu
doribꝰ libenter ſeruiunt ⁊ grauiū labo
rum iugo deuotiſſime colla ſubmittūt
Dn̄s aūt ceſſatōem a mundi laboribꝰ
impat. ſcē quietis dulcedinē ꝑſuadet
⁊ tñ veſaniā iniquoꝝ mens plus aſſeq̄
aſpera carnaliter qꝫ tenere blanda ſpi
ritaliter gaudet plus acerbitate fatiga
tionis qꝫ quietis dulcedīe paſcit̄. Qđ
apte in ſemetipſo nobis iſrahliticus
pplſ oñdit. qui dum refectōnem man
ne deſuꝑ ꝑcipet. ab egipto ollas car-
niū. pepones. porros. cepaſqꝫ ꝯcupiuit
Quid enī ſignat̄ in mãna niſi eſca grē
ſuaue ſapiēs ad refectōem interioris
vite bene vacantibꝰ deſuꝑ data. Et qđ
per ollas carniū niſi carnaliū oꝑa iux-
ta tribulatōem labores quaſi ignibus
excoquenda. quid ꝑ pepones niſi terre
dulcedines. quid ꝑ porros ac cepas ex
primit̄ que plerūqꝫ qui comedūt lacri
mas emittūt. niſi facultas vite pñtis
al's delectationibꝰ que adulatoribꝰ ſu-
is non ſine luctu agit̄ ⁊ cum lacrimis
amat̄. Manna igit̄ deferentes cum pe
ponibꝰ ⁊ carnibꝰ porros cepaſqꝫ queſi
erunt. q2 vicꝫ peruerſe mentes dulcia
per grām quietis dona deſpiciunt. ⁊ ꝓ
carnalibꝰ voluptatibꝰ laborioſo huiuſ
vite itinere etiam lacrimis plena ꝯcu
piſcunt. ꝯtemnunt habere al's habita
re vbi ſpiritaliter gaudeant. ⁊ deſide-
rant ⁊ appetunt vbi carnaliter gemãt.
quia dura lenibꝰ. aſpera mitibꝰ. tranſi
toria eternis anteponunt. hec grego.
De hoc per eundem ſuper ezechie. ſic
dr. Sicut ſunt nonnulli qui quietem
cunctis mundi premijs atqꝫ honoribꝰ
preponunt. ita nonnulli ſunt qui vt in
hoc mundo aliqđ eſſe videantur terre
nis laboribꝰ inſudant. inſiſtunt cauſis
permiſcent̄ iurgijs. ⁊ q̄uis ſe corpore
deficere inter labores ſentiant. amore
tamen terrenaꝝ rerum deuicti delecta
biliter fatigant̄. q2 quibuſdaꝫ prauis
mentibꝰ nihil eſt laborioſius qꝫ ſi eis
precipit̄ vt in huius mundi actibꝰ nō
laborent. nã quidem ſepe repulſi ab a
ctione terrena deprecant̄ vt redeãt. ro
gant vt premant̄ grauius ſe incurriſ-
ſe periculū quietem. hec greg. Apparet
igitur ex predictis qualiter amatores
mundi ꝓpter res ⁊ voluptates tranſito
rias labores ⁊ ſudores libenti aīo ſubi
re quodammō delectent̄. fortes enim
ſunt dilectores ſeculi ꝓ rebus ⁊ gloria
mundi ⁊ quedam difficilima tolerare
ꝓ ſpe vero perpetua nec ꝑuum quidem
laborem volunt ſubire. fortes in rebꝰ
terrenis. debiles in celeſtibꝰ. Qđ et iã
atteſtatur grego. xix. moral̄. cum dicit
Omnes ſecl'i amatores in terrenis re
bus fortes ſunt. in celeſtibus debiles.
nam ꝓ temporali gloria vſqꝫ ad mortē
deſudare appetūt. ⁊ ꝓ ſpe perpetua nec
parum quidem in labore ſuſcipiunt.
vel ſubſiſtunt ꝓ terrenis lucris. quaſli
ber ꝓ celeſti mercede vel tenuiſſimi ver
bi ferre ꝯtumelias recuſant. Sepe nu-
ditatem. deiectōnem. famem ꝓ acqui
rendis diuitijs atqꝫ honoribꝰ ⁊ earum
reruꝫ ſe abſtinentia cruciant ad quas
adipiſcendas feſtinant. ſuperiora ve-
ro laborioſe querere tanto magis diſ-
ſimulant. quanto ea retribui tardius
putant. Hec gregorius ¶ Et no
tandum ꝙ ſicut reprobi fortes ſunt ad
ſuſtinendos labores etiam maximos

ꝓpter gloriam mundi ⁊ amorem rerū tpaliū. ita iuſti fortes ſunt ad ſuſtinenda aduerſa ⁊ tolerādos labores ꝓpter amorē patrie celeſtis. De hac dupli-ci fortitudine dr. vij. moral. ſuper illo iob. Que eſt fortitudo mea vt ſuſtineā ſic. Sciendū eſt inquit ꝙ alia eſt iuſtorum alia reproboꝝ fortitudo Juſtorū quippe fortitudo eſt carnē vincere propriis voluptatibꝰ ꝯtraire delectatōem vite pn̄tis extinguere huius mūdi aſ-pera ꝓ eternis pmijs amare ꝓſperita-tis blandimenta ꝯtēnere aduerſitatis metuz in corde ſupare Reproboꝝ vo fortitudo eſt tranſitoria ſine ceſſatiōe diligere ꝯtra flagella ꝯditoris inſenſi-biliter ꝑdurare ab amore rerum tpalium nec aduerſitate quieſcere ad inanē gloriam. etiā cum vite detrimento peruenire bonoꝝ vitā verbis ac moribus impugnare iniquitatem quotidie ſine vllo deſiderij defectu ꝑpetrare Hinc ē ꝙ per pſalmiſtā electis dr. Viriliť agite ⁊ ꝯforteť cor veſtrum. Hinc ꝑ ꝯplx-tam reprobis dr Ve qui potētes eſtis ad bibendū vinū ⁊ viri fortes ad miſ-cendam ebrietatem. An non reprobi fortes ſunt qui ad pn̄tis vite ꝯcupiſcē-tias tot laboribꝰ currūt ꝑiculis ſe au-denter obijciunt ꝓ lucris ꝯtumelias libenter ferunt ab appetitus ſui libidi-ne ſua victi ꝯtrarietate reſiliūt ꝑcuſſio-nibꝰ dureſcunt ⁊ mala mundi tolerāt ꝓ mundo eiuſq; vt ita dixerī gaudia querētes ꝑdunt nec tn̄ hec ꝑdendo fa-tigant Unde bene ex humani generis voce ꝑ Hieremiā dr inebriauit me ab ſinthio. Ebrius quippe qđ patiť neſcit Abſinthio ḡ eſt ebrius qui pre amore pn̄tis vite ſeculi a ſenſu rōnis eſt alie-nus. dum quicquid ꝓ mundo ſuſtinet leue deputat. laboris amaritudinem quā tolerat ignorat qꝛ nimiꝫ ad cūcta delectabiliter duciť in quibꝰ penaliter fatigať. Ac ꝯtra vir iuſtus ad mundi pericula ꝓ mundo toleranda eſſe debilis ſtudet finem ſuum concupiſcit vita preſens q̄ʒ ſit tranſitoria attendit ⁊ ꝓ ea exterius labores ꝑferi renuit. cu-ius intrinſecus delectationem vincit. Dicat ergo beatus iob. ex oīū voce iuſtorum. Que eſt fortitudo mea vt ſuſtineam aut quis finis meus vt patienter agam. Ac ſi apte dicat mala mūdi pro mundo tolerare nequeo qꝛ iaʒ in eius deſiderio fortis non ſum. dū enim preſentis vite finem ꝯſpicio cur pondus eius patior cuius appetituʒ calco. Et qꝛ iniuſte quiq; vt diximus tanto for-tius labores illius ꝑferunt quanto a-uidius delectatione paſcunť recte ſubdiť. Neq; fortitudo lapidum fortitu-do mea Quid hic ꝑ lapides niſi inſenſibiliū hoīm corda ſignanť qui ſepe ⁊ ſupernos ictus accipiūt ⁊ tn̄ nulla diſ-cipline percuſſione moleſcunt quo cō-tra electis ꝑ ꝓphetam pollicente domino dr tollam a vobis cor lapideū ⁊ dabo vobis cor carneum. hec grego. Ex iſtis omnibꝰ dictis beati greg. colligere poſſumus ꝙ dilectio reꝝ tpalium ⁊ amor carnalium voluptatū retrahunt hominem a conuerſione ad deum ⁊ ad penitentiaʒ ꝓ exceſſibꝰ ⁊ peccatis agēdam faciunt tarduʒ ¶ Inter hec etiam conſiderandum eſt ꝙ ſunt non-nulli in ſeculo conſtituti qui conſide-rantes ſuam peruerſam ⁊ vicioſam vi-tam. aut propter metum gehenne vel propter amorem virtutum proponunt ex animo ſe a vitijs reabſtinere ſed veniente temptatione ſeu occaſione qua-licunq; protinus in priora facinora relabunť a quibus propoſuerāt abſtine-re ⁊ hoc fit quia laborem nolunt ad re-ſiſtendum habere. Et ſunt nōnulli qui ſe a quibuſdam vitijs abſtinent in quibuſdam vero peccantes iacent. ſed

cum tñ non repugnant ⁊ cum non reſi
ſtunt oïbus etiam ad illa vitia a quibꝫ
prius abſtinebant redeūt. Et ſunt nō-
nulli qui ꝑ mentis rōnem ſe deprehen
dunt peccando errare. tñ qꝛ negligen-
ter vitijs reſiſtunt a carnis delectatōne
ſuꝑantur. ⁊ per ꝯſequens in ea exceca̅
tur. Iſta beatus greg. tangit. vij. moꝝ.
ſuꝑ illo iob. Inuolute ſunt ſemite greſ
ſuū eoꝝ dicens. Sunt nōnulli qui ſe
ducentibꝫ vitijs obuiare tota intentōe
deliberant. ſed irruente temptationis
articulo in deliberationis ꝓpoſito non
ꝑdurant. Alius namq; prauo vſu infla
tus cum magna eſſe premia humilita
tis ꝯſiderat aduerſus ſemetipm̄ ſe eri
git ⁊ quaſi tumorē turgidi flatus depo
nit exhibere ſe quibuſlibet cōtumelijs
humilem ꝓmittit. ſed cū repente hūc
vnius verbi iniuria pulſauerit ad ꝯſue
tam ꝓtinus elatōem redit. ſicq; ad tu
morem ducit̃ vt nequaq̄ humilitatis
bonū qḋ ꝯceperat recordet̃. Alius aua
ricia eſtuans augendis facultatibꝫ an
helat. cū preterire velociter oīa ꝯſpicit
vagantē per ꝯcupiam mentem figit.
Decernit iā nil appetere adepta tranſi
toria ſub magne moderationis freno
poſſidere. ſꝫ cū repente fuerint oculis
oblata que placeant in ambitōne ꝓti
nus mens anhelat. ſed ſemetipſam nō
capit adipiſci. Hanc occaſionem que
rit ⁊ oblita ꝯtinentie quā ſecū pepige-
rat cogitationū ſe ſtimulis ꝑ deſideria
acquiſitionis inquietat. Alius luxurie
tabe polluit̃ ⁊ longa iā ꝯſuetudine ca
ptus tenet̃. Quanta aūt ſit caſtitatis
mundicia cōſpicit ⁊ carnē vincit. ⁊ ſe
turpitudine alſis deſplendit. Reſtringe
re vero voluptati ſluxa deliberat ⁊ reſul
tare ꝯſuetudini quaſi totis ſe viribꝫ pa
rat. ſꝫ vel obiecta oculis ſpēs vel ad me
moriā reducta cum ſubita temptatōe
ꝯcutitur ꝓtinus a priſtina preparatōne

diſſipatur ⁊ qui ꝯtra hanc clipeum de
liberatōnis erexerat delectatōnis iacu
lo feſſus iacet. ſicq; eū luxuria inermē
ſuꝑat ac ſi nulla ꝯtra eā intentionis ar
ma preparaſſet. Alius ire flammis incē
dit̃ ⁊ vſq; ad inferendas ꝓximo ꝯtu-
melias effrenat̃. Cum vero nulla furo
ris occaſio aīm pulſat quanta ſit man
ſuetudīs virtus, q̄nta patientie altitu
do ꝯſiderat. ſeq; etiā cōtra ꝯtumelias
patienter pat. Sed cum ꝑua quelibet
cōmotionis occaſio naſcit̃ repente ad
voces ⁊ cōtumelias medullitus inflā
mat̃. ita vt non ſolū ad memoriā pati
entia non redeat. ſed ⁊ ſemetipſam
mens ⁊ ea que loquit̃ ꝯuitia nō agno-
ſcat. cumq; furori plene ſatiſfecerit q̄
ſi poſt exercitiū in tranquillitatē redit
Vix igit̃ ſero poſt ꝯuitia illata ſe cohi
bet. qꝛ ⁊ a curſu ſepe ſpumantes equos
non preſidēris dextera. ſed campi ter
minꝰ coercet. Bene ergo de reprobis
dr̄. Inuolute ſunt ſemite greſſuū eoꝝ.
qꝛ recta quidem deliberando appetunt
ſed ad ꝯſueta ſꝑ mala replicant̃. ⁊ q̄ſi
extra ſe extenſi ad ſemetipſos per cir-
cuitū redeunt. qui bona quidē cupiūt
ſed a malis nunq̄ recedunt. Eſſe quip
pe humiles ſed tñ ſine deſpectu. eē con
tenti ꝓprijs ſed ſine neceſſitate. eſſe ca
ſti ſed ſine maceratōne corꝑis. eſſe pa
tientes ſed ſine ꝯtumelijs eſſe volunt.
cumq; virtutes adipiſci querūt ſed la-
borem virtutis fugiunt quid aliud q̄
ad belli certamina in campo neſciunt
⁊ triumphare in vrbibꝫ ⁊ bella ꝯcupiſ
cunt. Quāuis hoc ꝙ eoꝝ ſemite inuo-
lute memorant̃ adhuc ītelligi ⁊ aliter
poſſit fieri. Sepe nāq; nonnulli ꝯque
dā ſe vitia vehementer accingūt. ſed q̄
dā ſubigere negligūt cū ſe ꝯtra iſta nō
erigant ⁊ illa ꝯtra ſe reparant que ſube-
gerunt. Alius namq; iam carnē a luxu
ria domuit. ſed tamen adhuc mentem

ab auaricia non refrenauit cūq̄ ſe in
mūdo ꝓ exercenda auaricia retinet e-
rūpente occaſionis articulo etiā in lu-
xuriā labiť quā iā ſubegiſſe videbať
Alius auaricie eſtum vicit ſʒ nequaq̄
vim luxurie ſubdidit cūq̄ explende
luxurie aīm p̄parat iugo quoq̄ auari-
cie quā dudū edomuit cordis certamē
alꝰs ceruicē ſubdit Alius rebellantē im
patientiā ſtrauit ſʒ inanem glīam nec
dū vicit ⁊ tn̄ ſe per hanc mūdi honori-
bus inſerit ꝯfixus cauſaꝝ ſtimulis ad
ipa etiā redit cūq̄ inanis gloria ad de
fenſionē ſui aīm erigit ⁊ illam victus
tolerat q̄ ſupauit. Alius inanē gloriā
ſubdidit ſed tn̄ impatientiā necdum
ſtrauit ⁊ cū multa reſiſtentibꝫ ꝑ impa
tientiā minať erubeſcens nō implere
quod loquiť ſub inanis glorie iugo re-
uocať ⁊ hoc victus ꝑ alium tolerat qd̄
plene ſe viciſſe gaudēbat. Puerſis itaq̄
inuolute ſunt ſemite greſſuum q2 ⁊ ſi
deuicta vna nequicia pedem leuant. re
gnante tn̄ altera hunc in eaʒ quā vice
rant implicant. Aliqn̄ vero inuolutis
greſſuū ſemitis ⁊ nonnulla culpa de-
uinciť ⁊ alia ꝑ aliam ꝑpetrať. Nam
ſepe furto negationis fallacia iungiť ⁊
ſepe culpa fallacie piurīj reatu cumu-
latur. Sepe qđlibet vitium impruden
ti p̄ſumptione ꝯmittiť ⁊ ſepe qđ oīm
culpa ſit grauius etiā de ꝯmiſſo vitio
ſupbiť Nam quāuis de virtute naſci
elatio ſoleat nonnūq̄ vero ſtulta mēs
de ꝑpetrata ſe nequitia exaltat. Sʒ cū
culpe culpa adiungiť quid aliud q̄ in
uolutis ſemitis atq̄ innodatis vincu
lis prauorum greſſus liganť Etiā in-
ter hec ſciendū eſt ꝙ aliqn̄ prius ocu-
lus intellectus obtundiť ⁊ poſtmodū
captus animus ꝑ exteriora deſideria
vagatur ⁊ ceca mens quo ducať neſci
at ⁊ carnis ſue illecebris ſeſe libenter
ſubdat. Aliquando vero prius deſide-
ria carnis ebulliunt ⁊ poſt longū vſum
illiciti opis oculū cordis claudunt nā
ſepe mens recta diſcernit nec tn̄ audē
ter contra aduerſa ſe erigit ⁊ renitens
vinciť dū hoc ipſuʒ qđ agit diīudicās
carnis ſue delectatiōe ſupať. Vn̄ Ier.
captiuitatem ʒedechie narrās dt̄ Et
occidit rex babilonis filios ſedechie
in reblata in oculis eius oculoſq̄ ʒede
chie eruit. Rex quippe babilonis eſt
antiquus hoſtis poſſeſſor intime ꝯfuſi
ōis q̄ prius filios an̄ intuētis oculos tru
cidat q2 ſepe ſic bona opa interficit vt
hec ſe amittere ipe q̄ captus eſt dolēs
cernat. Qui gemuit plerūq̄ aīmus ⁊
tn̄ carnis ſue delectationibꝫ victus bo-
na que gemuit amās ꝑdit ea q̄ patitur
dāna ꝯſiderat nec tn̄ virtutis brachiū
ꝯtra regem babilonis leuat ſed dū vi
dens nequicie ꝑpetrationē ꝯcutiť ad
hoc qn̄q̄ peccati vſu perducitur vt ipo
quoq̄ rōnis lumine priueť q2 malig-
nus ſpiritus ſubductis prius bonis o
peribꝫ poſt ⁊ intelligentie lumen tollit
hec grego. ¶ Ecce qn̄o in ſeculo
manētes ꝓpter diuerſa impedimenta
⁊ occaſiones ſeu ꝓpter ſocietatem ma
lam etiā ſi firmiter ꝓponant tn̄ a vitijs
ſe non valēt ꝯtinere Qui ergo vult vi
tare vitia oportet vt fugiat mundū ⁊
ea que in mundo ſunt nā mundus iſte
plenus eſt ſpinis. Conuerſari autē in
mundo ⁊ nō ledi difficilimū eſt Teſtā
te beato bern̄. qui ſic dt̄. Caro ⁊ mūdus
pleni ſunt ſpinis ꝯuerſari in his ⁊ nō
ledi diuine potentie eſt ⁊ nō ꝟtutis hūa
ne. hec bern̄. ¶ Si quis vo eſt tā-
te virtutis vt exiſtens in ſeculo poſſit
caſte viuere ⁊ a mūdi vanitatibꝫ abſti-
nere valde laudabile eſt Si q̄s ſūt nō
p̄t manens in ſeculo a vitijs ſe ꝯtinere
ſalubre eſt vt fugiat mundū ⁊ ſic fugiē
do poſſit ⁊ valeat carnales delectatōes
ſeu vanitates declinare q2 alio mō vin-

ei non pñt. De hoc dicit beatus greg.
Mundus ⁊ mulieres nõ melius ꝙ̃ fu
giendo vincunt̃ q̄ cũ ceteris moribus
quis reſiſtere poterit hos oꝫ eũ fugere.
vnde fugã arripe ſi vis victoriã obti-
nere. hec gre. Et quidã verſificatoꝛ dt.
Mundus non mundat, ſꝫ mundos pol
luit. ergo Qui manet in mundo quo-
mõ mundus erit. Valde enĩ rarꝰ eſt in
tereſſe ſecli voluptatibꝰ vel vanitatibꝰ
⁊ non ꝑ eas maculari ꝓut teſtat̃ yſido.
dicens. Satis rarꝰ eſt vt aliquis inter
ſeculi voluptates poſitus a vicijs mane
at alienus. non enĩ diu tutus eſſe pote
rit qui ꝑiculo ꝓximus fuerit. hec yſid.
Qui ergo deſiderat mũdus a peccatis
exiſtere fugiat mundũ ⁊ adhereat deo
R Ad hoc faciendũ hortat̃ nos
beatus aug. dicens. fuge mundũ ſi vis
eſſe mundus. Conuerti enĩ ad deũ ne-
mo põt niſi ab hoc mundo ſe auerterit
Qui ergo vult ſe ↄuertere ad deuꝫ. ⁊ a
pctõ eſſe mundus neceſſe eſt vt fugiat
mundum. Filius.

Satis ex predictis autoꝛitatibus
ſanctoꝝ patꝝ patet. ſed ⁊ rõ hoc
dictat ⁊ expientia docet ꝙ ↄuerſari in
ſeculo ⁊ eſſe immunis a vicijs ⁊ manẽ
do in mundo poſſe per amorẽ adherere
deo valde eſt difficile Sed peto de hoc
inſtrui qualiter homo debeat declinare
mundũ. vel ſi eſt aliqua via ꝑ quã poſ-
ſint amatores mũdi retrahi ſiue auer-
ti a dilectione ⁊ vanitate ſeculi

Capitulũ .X. Pater. I

TRia ſũt que re
trahunt hoĩem ab amore ſecu
li. ſi tñ illa bene pẽſata ⁊ pfecte diſcuſ-
ſa fuerint in corde hoĩs. Primũ eſt ꝙ
vitia ↄtracta in ſeculo faciũt ſordidũ.
miſeꝝ ⁊ plenũ inordinataꝝ ⁊ abhoĩa-
biliũ paſſionũ. Secundũ eſt breuitas
tpis huius vite. nã vanitates ⁊ volup-
tates ſeculi cito ptranſeunt. q̄ ſp veni
ente morte terminãt̃. Terciũ qð ⁊ ma
ximũ eſt ꝑpetua dãnatio ⁊ toꝛmentũ.
qð amatoꝛes huiꝰ mundi ⁊ voluptatũ in
inferno ſine fine ſuſtinebunt. De pꝛio
ꝙ vitia ſiue pctã faciant hoĩem ſordi-
dũ ⁊ fetidũ dicit beatus grego. O ſi vi
dere poſſemus q̃liter ꝑ vnũquodqꝫ pctm̃
vulneraret̃ ⁊ fetat aĩa vſqꝫ ad morteꝫ
pctõ reſiſteremus. hec greg. Tales qp
pe hoĩes ſic in voluptatibꝰ carnis iacẽ
tes ſunt beſtijs ⁊ pecoribꝰ ſiles nõ rõeꝫ
ſed ſenſualitatẽ ſeq̃ntes De hoc dt tu
lius. Plures dicũt voluptatẽ ſummũ
bonũ eſſe que mihi vox pecudũ nõ ho-
minũ eſſe videt̃ Sunt eñ quidã hoĩes
non re ſed noĩe. Itaqꝫ victus cultuſqꝫ
coꝛpis ad valitudines referat̃ ⁊ ad vi-
res nõ ad voluptatẽ. Nulla capitalioꝛ
peſtis ꝙ̃ voluptas coꝛpis. Et cũ deus
nihil preſtabilius dediſſet mente huic
mõo nihil eſſe tã inimicũ ꝙ̃ voluptatẽ
Non eñ in regno voluptatis virtus pt
ſubſiſtere. nec hꝫ vllum cũ veritate cõ-
merciũ. ſed oẽ lumen aĩe ſolet exting-
uere. hec tullius De hoc etiã dt beatus
bern. Beſtijs beſtialioꝛ eſt homo rõe vi
gens ⁊ rõne nõ vtens. Et ꝓpheta dicit
Cõputruerunt iumẽta in ſtercoꝛe ſuo.
Qð exponẽs btũs gre. ait Iumẽta in
ſtercoꝛe ↄputreſcere ẽ carnales hoĩes
in fetoꝛe luxurie vitã finire Itẽ ꝙ cupi
ditates ⁊ voluptates faciãt hoĩeꝫ miſe
rũ dt criſ. Et O miſerrimus mõs
⁊ miſerrimi q̃ ſequunt̃. ſp enĩ mũdialia
opa excluſerũt hoĩes a vita Et btũs ber.
Nulla maioꝛ miſeria ꝙ̃ falſa leticia. de
niqꝫ intm̃ miſeria ẽ ꝙ maioꝛ felicitas in
hoc ſclo. vñ melius ẽ ire ad domũ luc-
tus ꝙ̃ ad domũ ↄuiuij. De hoc etiã dt
ſene. Quidã in voluptatibꝰ ſe mergũt
⁊ in ↄſuetudinẽ adducti ſcarere ñ pñt
⁊ ob hoc miſerrimi ſunt ad eos puenerũt
vt illis q̃ ſuperuacua fuerũt facta ſunt

neccāria tunc eſt ↄſummata infelicitas
vbi turpia nō ſolū delectāt ſ; etiā pla-
cent. Hec ſeneca. Itez ꝙ tēs tp̄ales ꝛ
voluptates generēt q̄ſdā moleſtias ꝛ
punctiōes mētis dr̄ btūs aug. in gloſa
ſup ps. primo pēti dictū eſt In labo
re ꝛ ſudore edes panē tuū; ꝛ terra ſpi-
nas ꝛ tribulos pariet tibi Aut ſi ē ali
ud vita nr̄a vel ſi potes ↄuertere ad ali
quā voluptatē vbi ſpinas nō ſentias.
Elige qd̄ volueris. ſis auarus. luxurio
ſus. ambitioſus. in honoꝝ cupiditate
q̄nte ſpine in ardore auaricie. quante
ſpine amores turpes. q̄ntas moleſtias
hn̄t. q̄ntas ſolicitudines hic in iſta vi
ta. obmitto gehennas. vide ne iā ipſe
tibi gehenna ſis Sed ꝛ cū te iā ↄuerte
ris vt iuſte agas nō poteris niſi laborā
te in terra ꝛ nō finit̄ labor niſi cū finita
fuerit vita. oꝫ em̄ in via laborare vt in
patria gaudeamus. hec aug. Dicit eti
am yſido. Quid ī hac vita laborioſus
q̄ȝ terrenis deſiderijs eſtuare. q̄d hic ſe
curius q̄ȝ huius ſeculi nihil appetere.
Qui em̄ hūc mundū diligūt turbulen
tis eius curis ſolicitudinibꝫ pturbant̄
qui aūt eū odiunt. nec ſequunt̄ interne
tranquillitatis quiete feruentes futu-
re pacis requiē quā illic expectant hic
quodammō habere iam inchoant. hec
yſido. De hoc etiā dr̄ quidā doctor ſic.
O q̄ȝ miſer cuius aīmus res tp̄ales p
amorem āplectit̄ que cū labore acqui
rūt̄ cū timore poſſidēt̄ cū dolore amit
tunt̄. Et hec de diuicijs Quid de hono
re referā. In ſublimi loco poſitus es.
nūquid nō eris iudicandus ab oībꝫ.
lacerand⁹ ab oībꝫ. nūquid in honore
ſine dolore. in p̄latione ſine tribulatio
ne. in ſublimitate ſine vanitate quis
eē poterit. Quid de gloria vana. nihil
aliud eſt niſi narium inflatio. nūquid
ꝛ ip̄a eſt ſine iudicio Hec em̄ ↄſiderās
beatus ihero. in quadā auctoritate ſic
inquit. Quid imbecillius miſeria hu
ius vite qua tot circundamur doloꝝ ꝛ
paſſionū agminibꝫ vt nulla pene hora
ſit in qua viuens q̄cūq; homo liber a ti
more trāſeat. Si diues vndiq; angu-
ſtat̄ a timore ne qd̄ poſſidet amittat.
ſi pauper nunq̄ȝ quieſcit. ſi bonus. hic
diaboli timet p̄iculum. hic ne nauis
mortalis corporis in huius mundi pela
go naufraget̄ nō mediocriter p̄timeſ-
cit. Idcirco nullus ſexus vel etas vel
ↄditio doloris tranſit expers quouſq;
manet in hac miſeria. Heu qd̄ naufra
gium p hoc mare magnū ꝛ ſpacioſum
in quo ſunt tot diuerſa genera īimico
rum ſm cuiuſlibet viriū quātitatē col
luctantia poſt multā nauigandi fluctu-
atem. poſt multas victorias iam cre-
dentes finem cape p̄ optatū aliqua dy
abolica ſuggeſtione in hac hora ad la-
queū p̄ditionis ſua indiſcretione p̄ue
nerūt. Idcirco dum hic viuitis timea
tis frēs. vita veſtra milicia eſt ſuper ter
ram. qui hic vicerit alibi coronabit̄.
duz hac pelle tegim̄ nulla nobis certa
eſt victoria. Quō inter latrones quiſ
onuſtus auro ſecurus aggredit̄ Quis
ſanctior ꝛ ſapiētior ē plus ſemp timē-
at. nam q̄ altior eſt cadēs maiores ca-
ſus recipit. hec ihero. Ecce quō vanita
tes mūdi ꝛ voluptates ſeculi reddunt
hoīem vt p̄dictū eſt ſordidū miſerū ꝛ
plenū doloꝝ ꝛ inordinataꝝ paſſionuꝫ
Et ideo ip̄e mundus a quolibet ſapiē-
te eſt merito fugiendus ¶ Secū
dum qd̄ retrahit a ſeculi vanitate ſiue
voluptate eſt breuitas tp̄is huius vite
ꝛ ↄſideratio mortis. q2 qui veraciter
p̄pendit cūcta eſſe tranſitoria ꝛ momē
tanea ꝛ ſe finaliter p mortē eſſe finien-
dū de facili ↄtēnet mundū ꝛ ea que in
mundo ſunt. teſtante beato ihero. q̄ dr̄.
facile ↄtēnit oīa q̄ ſemp ſe cogitat mo-
riturꝝ. Item dr̄. breuitatem huius vite

ꝯſpicias ⁊ bona mundi non appetes.
nec mala quelibet ptimeſces. hec Hie
ro. Oportet igit̃ qui vult mundi vani-
tates ⁊ vitia vincere vt intente intuea
tur finē vite ſue. Ad hoc faciendū hor-
tat̃ nos caſſianus cū dicit. Oculus igi
tur mentis hūane circa finē ſter inten
tus ⁊ circa obitū carnis ſue. Difficult̃
eñ vita hec pñs a noxijs cuſtoditur niſi
obitus ⁊ mors carnis mētis oculo in-
ceſſanter ⁊ iugiter preponat̃. hec caſſi
anus. Nā ꝙ hoīes pñtia diligunt fac̃
ꝙ vita iſta ꝙ̃ ſit fugitiua ꝑpendūt De
quo dr̃ beatus hiero. Carnales mētes
idcirco pñtia diligunt. q2 vita pñs ꝙ̃
ſit fugitiua non ꝑpendunt. nā ſi veloci
tatē eius tranſitus aſpicerent hanc ꝓ-
ſperitatem minime amarent. Hoc eti
am tangit beatus greg. vij. mora. cum
dr̃ Sepe eñ dum pñtis vite breuitas
ꝙ̃diu perſeueratura diligit̃ ab eterna
ſpe animus frangit̃ ⁊ delectatus pñti-
bus deſperationis ſue caligine reuerbe
rat̃. cumq3 longū putat qđ ad viuenđ
ſpaciū ſibi reſtat. repente vitā deſerēs
eterna inuenit que vitare iam nequeat
Hinc eſt enim ꝙ per quendā ſapientē
dr̃. Ve his qui ꝑdiderunt ſuſtinentiā
Suſtinentiā ꝑdunt qui dū diu ſe im-
morari viſibilibꝫ eſtimant ſpem inuiſi
biliū derelinquunt. cūq3 mens in pñti
bus figit̃ vita terminat̃. ⁊ ſic repente
ad ſupplicia improuiſa ꝑueniūt Hinc
ſcriptū eſt. dies enim dñi ſicut fur ī no
cte ita veniet. Quia eñ ad rapiendam
aīam ꝓpinquans minime ꝯſpicit̃. furi
in nocte ꝯparatur. Tanto igit̃ debet qua
ſi ſꝑ veniens metui quanto a nobis nō
valet ventura preſciri. Unde ⁊ ſcī viri
q2 breuitatē vite indeſinenter aſpici-
unt ꝗ̃ſi quotidie morientes viuunt. et
tanto ſe ſolidius manſuris preparant
quanto ⁊ nulla eſſe tranſitoria ſꝑ ex ſi-
ne penſant. Hinc eſt ꝙ ꝑs. veloci cur-
ſu fugere vitam peccatoris aſpiciens
ait. Puſillum adhuc ⁊ non erit pctōr
Hinc yſa. ait. Omnis caro fenū ⁊ om
nis gloria eius tanꝙ̃ flos agri. Et Ja-
co. Que eſt vita veſtra vapor ad modi-
cum parens. Recte ergo per Job dr̃.
Expecta pauliſꝑ. q2 immenſuꝫ eſt qđ
ſine termino ſequet̃. ⁊ pax quicquid
finit̃ Longe quippe videri nobis nō de
bet qđ curſu ſui tempꝭ tendit vt nō ſit
hec greg. Item de eodē in. viij. li. mo
ral'. ſuꝑ iſto iob Nihil enim ſunt dies
mei ſic dr̃. Sancti viri quo verius ſum
ma cognoſcunt. eo ſublimius terrena
deſpiciunt. ⁊ idcirco pñtis vite dies
nihil eſſe ꝯſpiciunt. q2 mentis illuīna
te oculos in ꝯſideratione eternitatis ſi
gunt, de qua dum ad ſe redeunt quid
ſe eſſe niſi puluerem cognoſcunt. ⁊ in
firmitatis ſue cōſcīj diſtricte iudicari
metuunt. cūq3 vim tanto vigoris aſpi
ciunt trepidant examīari qđ ſunt. hec
grego. Qui igit̃ vult pñtia ꝯtemnere
⁊ mundū fugere neceſſe eſt vt breuita
tem huius vite ⁊ horam mortis freqñ
ter ſtudeat in animo reuoluere Ad hoc
faciendū hortamur in libro de ſpiritu
⁊ anima vbi ſic dr̃. Jugi meditatione
animū exerceamus ⁊ ꝯſideremus mi-
ſerias ⁊ neceſſitates noſtras. labores
⁊ dolores lugentes. in hanc vitam in
trauimus cum dolore. viuimus cū do-
lore. ⁊ timore exituri ſumus. Cogite
mus ergo ꝙ̃ breuis ſit vita nr̃a. ꝙ̃ via
lubrica ꝙ̃ mors certa ⁊ hora mortis in
certa. cogitemus quantis amaritudi-
nibꝫ admixtū ſit ſi quid dulce aut iocū
dū ſit in via huius vite quod nobis oc
curſu ſuo alludit. ꝙ̃ fallax ⁊ ſuſpectū.
ꝙ̃ inſtabile ⁊ tranſitoriū eſt quicquid
huius mundi amor parturit. quicquid
ſpēs aut pulcritudo tempalis ꝓmittit
Conſideremus etiā que ſit patrie cele
ſtis ſuauitas atq3 dulcedo. attendam?

⁊ ꝑpendamus vnde cecidimus. vbi
iaceamus. ⁊ q̇d ꝑdidim⁹ ⁊ q̇d inueni
mus. ⁊ ex vtroq; intelligamus quãtũ
nobis in hoc ſit lugendũ. Hinc ei Sa-
lomon ait. Qui apponit ſciam apponit
⁊ dolorẽ ⁊ laborẽ. qꝛ quãto magis hõ
mala ſua intelligit tãto amplius ſuſpi
rat ⁊ gemit. Hec in tractatu de ſpiritu
⁊ aĩa. De fallacia em̃ huius vite ⁊ bre
uitate dĩt beatus grego. vita mea naui-
ganti ſimil' eſt. ſiue dormiã ſiue vigilẽ
ſemꝑ feſtinus vado ad mortẽ. O vita
p̃ns q̃ꝫ multos decipis q̃ dũ fugis ni-
hil es. dũ videris vmbra es. cũq; ex-
altaris fumus es. dulcis es ſtultis. a-
mara ſapientib⁹. qui te amant non te
cognoſcũt. qui te fugiunt ipĩ te intelli
gunt. Alijs ꝓmittis longã vt decipi-
as. alijs breuẽ vt in deſparationẽ ducas
hec greg. De hoc etiã ꝑ beatũ iſido. dĩ
Vita mũdi nõ vita ſed mors. vita fal
lax vita mẽdax ⁊ nũc florens ⁊ ſtatim
areſcit. vita momentanea ⁊ caduca q̃
quãto magis creſcit tanto magis de-
creſcit. O vita plena laqueis. quot in
mundo hoĩes illaqueas. quot ꝑ te iam
ſuſtinent tormẽta infernalia. q̃ꝫ btũs
qui tuas ꝯgnoſcit ſtulticias ⁊ tuas nõ
curat vanas blandicias. q̃ꝫ beatiſſim⁹
qui te bene priuatus eſt. hec iſido. Cõ
ſiderantes ẽgo mũdi deceptionẽ ⁊ eius
breuitatem ⁊ mortis vicinitatem debe
mus eius vanitatem declinare. multũ
em̃ valet ad ꝯtemptũ ſeculi ⁊ ad reſi-
ſtendũ peccatis ⁊ vitijs iugis mortis
memoria. Qđ beatus greg. in quadaꝫ
omelia. ſuadet facere ſic hortando di-
cens. Extrema nr̃i debemus formido
loſe ⁊ indeſinenter aſpicere ne incida
mus in pctm̃ iuxta qđ hortam̃ ꝑ ſapiẽ
tem Eccle. vij. In oĩb⁹ opib⁹ tuis me
morare nouiſſima tua ⁊ ineternũ non
peccabis. Penſare etiã debemus malũ
illud qđ peccãtes poſt mortem ſequit̃
penſantes gemere. gementes vitare ⁊
ea que ꝯmiſimus pctã indeſinenter a-
ſpicere. aſpiciẽtes flere. flentes abſter
gere. Nulla nos ꝓſperitatis trãſitorie
leticia diſſoluat. nec mẽtis nr̃e oculos
ea q̃ ſunt trãſitoria obſtruant ne cecos
ad ignẽ ducãt. nã cogitandũ valde eſt
quantũ nobis valde terribilis erit ho-
ra nr̃e diſſolutõis q̃s pauor mẽtis quã
ta tũc oĩm maloꝝ memoria q̃ obliuio
tranſacte felicitatis q̃ formido ⁊ ꝯſite
ratio iudicis. Tũc maligni ſpũs egre-
diente aĩa a corꝑe ſua oꝑa reqrũt. tũc
mala q̃ ſuaſerũt replicant vt ſociaꝫ ad
tormentũ trahant. Sꝫ cur hec de ꝑuer
ſa ſolũmõ aĩa dicimus cuꝫ ad electos
quoſq; egrediẽtes veniãt ⁊ ſuũ in illis
ſi ꝑualeant aliquid requirãt. vnus ãt ho
minib⁹ extitit qui añ paſſionẽ ſuã libe
ra voce dixit. venit pꝛĩceps huius mũ
di ⁊ in me nõ hꝫ quicq̃ꝫ. qꝛ eĩ hũc mor
talem vidit hoĩem. ſuum in illo mũdi
princeps aliq̃d ĩuenire poſſe ſe credi-
dit. ſed ſine vllo pctõ a mũdi corrup-
tione exijt qui ſine pctõ in mũdũ venit
Hec de ſe ꝯtra mundi principem nec
petrus nec paulus nec iohannes apli
dicere ꝑſumpſerũt. In multis eĩ offen
dimus oẽs dĩt iacob⁹. Conſtat em̃ ꝙ
oẽs qui de carnis delectatione ꝯcepti
ſunt in eoꝝ ꝓculdubio vel locutiõe vel
actione vel cogitatõe aliq̃d ſuum prin
ceps huius mũdi habuit. Vñ curandũ
nobis eſt ⁊ cũ magnis quotidie fletib⁹
cogitandũ q̃ꝫ ſeuus q̃ꝫ terribilis ſua in
nobis oꝑa requirẽs. in die nr̃i exitus
pꝛĩceps huius mũdi veniat. carne mo
riente in illo aliquid q̃ ſuũ ẽt in quo ni-
hil potuit. Quid itaq; nos miſeri di-
cturi. quid acturi ſumus qui innume-
rabilia mala ꝯmiſimus. Quid requi-
renti aduerſario ⁊ multa ſua in nobis
inuenienti dicemus niſi ꝙ ſolũmõ no
bis certũ ẽ refugiũ ſolida ſpes qꝛ vnũ

cum illo facti ſumus in quo princeps
huius mundi ⁊ ſuū aliquid requiſiuit
⁊ inuenire mīme potuit. qm̄ ſolus eſt
inter mortuos liber ⁊ a pctī iam ſerui/
tio libertate ſoluimur. qꝛ ei qui vere li/
ber eſt vnimur. Conſtat em̄ nec negare
poſſumus. ſed veraciter fatem̄ qꝛ prin
ceps huius mundi hꝫ in nobis multa
ſed tm̄ mortis noſtre tp̄e nō valet nos
ta pe. qꝛ eius membra effecti ſumus in
quo non hꝫ quicꝗ̄. Jungenda ḡ ſunt
recte fidi recta opa ⁊ mala q̄ fecimus
ꝑ quotidiana lamenta diluamus. trāſ
actas nrās nequicias ſurgēria ad amo
rem dei ⁊ pxī recta opa ſupent. nulla
q̄ poſſumus fratribꝫ bona impendere
recuſemus. Necꝫ em̄ aliter redempto
ris noſtri mēbra efficimur niſi adherē
do ⁊ ꝯpatiendo, primo. Hec greg. Ex
his igit̄ dictis ſciſſimi viri greg. ⁊ ali
oꝝ doctoꝝ ſufficienter appet fallacia
⁊ vanitas mundi ⁊ breuitas huius vi/
te ⁊ hora mortis incerta ⁊ propter hoc
merito mōs eſt ꝯtemnendus ¶
Terciū ⁊ maximū qd̄ detrahit hoīem
a vanitate mundi ⁊ ſeculi vanitatibꝫ ⁊
a vitijs ē metus gehenne ſiue timor dā
nationis perpetue. De hoc dt̄ fortuna/
tus. Nil fortiorē reddit mentē hoīs
ad reſiſtendū carni ⁊ vitijs q̄ꝫ timor de
gehenne ſupplicijs ⁊ tormentis. Uñ ſi
non pōt amor dei retrahere pctōrem a
ꝯcupiſcentijs mundi ſeu a vitijs retra
hat ſaltem timor gehenne ⁊ inferni. p/
ut mouet hugo dicens Si amor dei re
tenere non poteſt ſaltē teneat ⁊ terreat
timor iudicij. metus gehenne. laquei
mortis. dolores inferni. ignis vrens.
vermis corrodens. ſulphur ferens. flā
ma tartarea ⁊ omnia mala. hec hugo.
Debet igit̄ quilibet vt facilius poſſit re
ſiſtere vanitatibꝫ ⁊ ꝯcupiſcentijs mun
di in animo ſuo frequētius reuoluere
mortem. iudiciū ⁊ gehennam. Ad hoc
faciendum hortat̄ nos beatus ber. cum
dicit Filioli mei memoremur nouiſſi
ma noſtra nec peccemus. Nimiꝝ hec
recordatio facit timoratū. timor enim
peccati negligentiam non admittit.
Quid horribilius morte. quid iudicō
terribilius nā gehenna nihil pt̄ intole
rabilius cogitari Quid metuendum
ſi quis ad iſtā non trepidet. nō expaue
ſcat. non timore ꝯcutitur. Nā in mor/
te non magnū. non puum aliqd de bo
nis huius mūdi ſecū delaturus eſt hō
in iudicio. nec fallere nec poſſibile re/
ſiſtere erit. in gehenna nulla penitus cō
ſolatio. ſed perpetuū ve vlulatus ⁊ fle
tus. ⁊ ſtridor dentiū. Time ergo o hō
ꝙ in morte ſepandus es a bonis omni
bus huius corporis ⁊ tam dulce carnis
⁊ anime vinculū amariſſimo ſecandū
eſt diuorcio. time ꝙ in iudicio pñtan/
dus es in cuius manus horrendum eſt
incidere ⁊ eo examinante quē nihil la
tet. Si quidē inuenta fuerit in te iniq
tas alienandus es ab vniuerſitate qui/
etis ⁊ glorie ⁊ ſegregandus a numero
bonoꝝ. ⁊ iungendus in ſorte dyaboli
⁊ angeloꝝ eius. ¶ Ualum tri/
plex ſuper pctōres manet. manet enī
ſup eos horror in exitu. dolor in tranſi
tu. pudor in ꝯſpectu glorie magni dei.
Quis ille pauor erit o aīa cū dimiſſis
oībꝫ quoꝝ tibi pñtia eſt tā iocunda. tā
gratus aſpectus. ſola ingrederis inco/
gnitā penitus regionē ⁊ occurrentia ti
bi cateruatī reuera teterrima illa mō/
ſtra videbis Quis tibi in die tāte necē
ſitatis occurret. qs ꝯſolabit̄. quis dedu
cet. p ignē etiā nobis tranſeundū eſt ⁊
vniuſcuiuſcꝫ q̄le opus fuerit ignis p/
babit. felix cuius opus nō arſerit. quē
ſupedificaſſe ⁊ argentū lapideſcꝫ pcī
oſos examen illud inuenerit. hec bern.
Necē eſt ḡ q̄ timet gehennā ⁊ vult eua
dere eternā flammā ignis vt mutet in

melius vitã ſuam De quo btũs augu.
ſupꝑs. Si timemus futuꝝ ignẽ mu-
temur ⁊ non timebimus. ignez palea
timet. auro qd facit. Si eñ poſſemus
frẽs facere vt dies iudicij non veniret
puto nec ſic eſſet male viuendũ Si nõ
veniret ignis in die iudicij ⁊ ſola peccõ
rib⁹ imineret ſeparatio a facie dei ĩ qua
latet oĩs affluentia deliciaꝝ nõ viden
tes a quo creati ſunt ⁊ ſeparari ab illa
dulcedine ineffabilis vultus eius plã
gere ſe deberent. Qui dulcedinẽ ſapiẽ
tie ⁊ veritatis nouerunt vtrũq; ſentire
ceperũt. qđ dico quãta pena ſit tantũ-
modo a dei facie ſepari Qui aũt dulce
dinem illam nondũ guſtauerũt ſi non
deſiderant dei faciez timeant vel ignẽ.
ſupplicia terreant quẽ premia nõ inui
tant. vile tibi ẽ qđ deus pollicet̃. contre
miſce qđ minat̃. hec aug. In his vbis
ſancti docent̃ abſtinere a vanitatibus
mũdi ⁊ eius concupiſcentijs nõ ſolũ ꝓp-
ter metũ ignis gehenne. verũ etiã ꝓpter
p̃miũ glorie future vite Nam hec duo
cuz pfecte in aĩo penſant̃ ⁊ voluuntur
multum valent ad contemptũ reꝝ tranſe
untium ⁊ carnalium concupiſcentiaruz
De his duob⁹ Aurelius dr ſic. Q
Bona regni celeſtis dicere cogitare vl
intelligere vt ſunt nullus poteſt carne
veſtitus. multo eñ maiora ⁊ meliora
ſunt q̃ȝ cogitant̃ vel intelligunt̃ Unde
ſcriptũ ẽ. j. coꝛ. ij. Quod oculus nõ vi
dit nec auris audiuit nec in coꝛ hoĩs
intrauit Regnũ nãq; celeſte dr omñi
fama maius ⁊ oĩ laude melius oĩ glo
ria excellentius Mala aũt inferni di-
cere vel cogitare vt ſunt nemo pt. peio
ra quippe ſunt valde q̃ȝ cogitant̃ Reg
nuz itaq; dei plenũ eſt lucis. caritatis
leticie. beatitudinis ꝑhennis. ⁊ oĩs bo
ni ineffabilis qđ nec dici nec cogitari
poteſt. At contra locus inferni plenus eſt
tenebraꝝ. diſcoꝛdie. miſerie. turpitu-
dinis. amaritudinis. doloꝛis. ſitis. fa
mis. ignis ĩextiguibilis. triſticie. vin
dicte ꝑhennis. ⁊ omnis ĩeffabilis ma
li. que nec cogitari nec dici pñt. In re
gno dei nõ inuenit̃ niſi qđ ſatiet ⁊ pla-
ceat At contra in inferno nihil videt̃ aut
ſentit̃ niſi qđ diſplicet. offendit ⁊ cru-
ciat Omne bonum in regno dei habũ
dat ⁊ nullum malum Omne malum
habundat in carcere diaboli ⁊ nullum
bonũ. Ue igit̃ illis ꝑhenne qui ſubire
hec oĩa mala ⁊ ſine fine merent̃ ꝓ dele
ctabili vnius hore ſpacio Irridendus
igit̃ eſt quiſq; mũdi huius caducam
fragilitatẽ ⁊ inutilẽ voluptatis carnez
diligit ⁊ querit. eterna gloria contemp-
ta ⁊ neglectis regni celeſtis ineffabili-
bus gaudijs. hoc commerciũ inſipientiũ
valde eſt ⁊ miſeroꝝ ⁊ coꝛ nõ habentiũ
ſanum Quis eñ ſano ſenſu pro vnius
diei delicijs centũ annoꝝ penam elige
rit ⁊ tamẽ miſeri ſine vlla ſapientia vo
luptatẽ carnis ſequentes nec vitãt nec
fugiunt intolerabiles penas nõ centũ
annoꝝ ſed milies mille ſed ſine fine ſe
culoꝝ p. xl. vel. lx. annoꝛuz delicijs vel
qualibet coꝛruptibili delectatõne Foꝛ
titer ergo carnali reſiſtendũ eſt volup-
tati. foꝛtiter contra mũdi blãdicias pug
nandũ eſt ⁊ contra multimodas ſathane
ſuggeſtiones vigilanduz omni ſtudio
lata via ſeculi vitanda eſt que ducit
ad moꝛtem. At vero omni coꝛdis deſi-
derio adeunda eſt via anguſta que du-
cit ad vitam. via hec anguſta eſt vide-
licet via abſtinentie. caſtitatis. humi
litatis ⁊ omnis religionis quam viaz
ante nos chꝛiſtus ambulauit ⁊ eam at
triuit qua via ad ſuum regnum migra
uit cuius veſtigia ⁊ nos ſequamur vt
nec poſt eum eadem via ad vꝛbem regi
am perueniamus in qua ipſe regnat.
de q̃ vꝛbe quicq̃d homo dixerit q̃ſi ſtil-
la de mare ẽ vel ſcintilla de foco in qua

videliʒ vbe fulgebūt iuſti ſicut ſol. hec
aug⁹. aurelius Uidemus ergo nunc ꝑ
predicta ꝙ valde eſt ſtultū ⁊ amarū ꝓ
ter vanitates ⁊ delicias mundi exclu-
di a viſione dei ⁊ oīm ſanctoꝝ ꝯſortiū
⁊ incidere in flāmas tartareas ignis.
R Ad hoc malū ſedule cogitan-
dum hortat᷑ quidā doctor dicēs ſic Co
gita quantū ſit malū a facie xp̄i ſepari
ab illo gaudio diuine ꝯtemplatōis ex
cludi. beatiſſima ſanctoꝝ oīm ſocieta
te priuari. mori vite eterne. ⁊ viuere
morti ſempiterne. ꝓfundo fluctuātis
gehenne immergi. edaciſſimis denti-
bus prementibꝫ ineternū laniari. nec
finiri baratri fumantis amara caligi-
ne oculos obcecari. nec ſentire qđ illu
minat. ſed ſentire qđ cruciat. hec ille.
Etiam beatus greg. de hӯs tormentis
inferni ⁊ gehennalibꝫ flammis ac đ re
medӯs ꝯtra hec libro. ix. moral᷑. expo-
nens illa verba iob. Anteq̄ȝ vadam ad
terrā tenebroſam ⁊c̄ ſic ait. Quid ter-
re tenebroſi noīe niſi tetra tartari clau
ſtra ſignant᷑ que eterne mortis caligo
operit. qꝛ damnatos quoſq̄ȝ in ꝑpetuū
a vite luce diſiūgit. Nec immerito in-
fernus dꝛ terra. qꝛ quiq̄ȝ ad eam rapti
fuerint ſtabiliter tenentur. nequaq̄ȝ vl
tra miā parcentis liberat quos ſemel ī
locis penalibꝫ iuſticia iudicātis dam
nat. Sequit᷑. vbi vmbra mortis. Sic
mors exterior ab anima diuidit carnē
ita mors interior ſepat animam a deo
Umbra ergo mortis eſt obſcuritas di
uiſionis. qꝛ damnatus quiſq̄ȝ cū eter-
no igne ſuccendit᷑ ab interno luīe ob-
tenebrat᷑ S Natura vero ignis ē
vt ex ſeipſo ⁊ luceʒ exhibeat ⁊ ꝯcrema
tionem. ſed tranſactoꝝ illa vltrix flam
ma vicioꝝ ꝯcrematōem hꝫ ⁊ lucē non
hꝫ. Hinc ps. ait. Sup eos cecidit ig-
nis ⁊ nō viderūt ſolē ⁊c̄. Ignis em̄ ſup
impios cadit. ſed ſol igne candēte nō
cernit᷑. qꝛ illos quos gehenne flamma
deuorat a viſione veri luminis cecat vt
⁊ foris eos dolor ꝯbuſtionis cruciet. ⁊
intus pena cecitatis obſcuret. quaten⁹
qui autori ſuo corpe ⁊ corde deliq̄runt
ſimul corpe ⁊ corde puniant᷑. ⁊ vtriq̄ȝ
penas ſentiant. qꝛ dum hic viuerent ꝑ̄
uis ſuis delectationibꝫ ⁊ vtrobiq̄ȝ ſer-
uiebāt. ſequit᷑. Et ſempiternus horror
inhabitat In huius vite tormentis ti
mor dolorem hꝫ dolor timorem nō ha
bet. qꝛ nequaq̄ȝ metus cruciat cuʒ pati
ceperit quod metuebat. Infernum er
go ⁊ vmbra mortis obſcurat ⁊ ſempi-
ternus horror inhītat. qꝛ eius ignibus
traditi ⁊ in ſupplicӯs dolorem ſentiūt.
⁊ doloris anguſtia pulſari ſempꝛ pauo
re feriunt᷑ vt ⁊ qđ timēt tolerēt vt rur
ſū qđ tolerant ſine ceſſatōe ptimeſcāt
Horrendo igit᷑ modo erit tunc repro-
bis dolor cum formidine. flamma cuʒ
obſcuritate. Sic ſic videlicet a dam-
natis pōdus ſentiri ſumme equitatis
debet. vt quia a voluntate ꝯditoris ne-
quaq̄ȝ ſunt veriti diſcrepare dum viue
rent. in eorum quandoq̄ȝ interitum ip
ſa a ſuis qualitatibꝫ etiam tormenta
diſcordent. que tamen ſupplicia in ſe
diuerſos ⁊ vltra vires cruciat ⁊ in eis
vite ſubſidium extinguentes ſeruant.
vt ſic vitā terminus puniat quatenus
ſemper ſine termino cruciatus viuat.
quia ad finem per tormenta properat.
et ſine fine deficiens durat. Fit ergo
mors miſeris ſine morte. finis ſine fi-
ne. defectus ſine defectu. ⁊ quia mors
viuit. ⁊ finis ſemper incipit ⁊ deficere
defectus neſcit Quia igit᷑ ⁊ mors per-
imit ⁊ non extinguit. dolor cruciat. ſed
nullatenus pauorē fugat flamma ꝯbu
rit ſed nequaq̄ȝ tenebras diſcutit. quā
tum per noticiā pn̄tis vite colligit᷑ ſup
plicia ordinem non habent. qꝛ nō ſua
per omnia qualitatem tenent. Tunc

ſunt. ⁊ iō qui non vult a deo puniri p
ſe peniteat. puniat pñiaȝ agēdo. de hoc
dicit btūs greg. ix. mor̄. ſup iob. Sci
ens q̄ nō pceres delinquētibus ſic ſe
delinquēti non pcitur quis ab eterna
morte eripit̄, cū a delicto mundus ne
mo reperit̄. Si penitenti pcit q2 delin
quēti nō pcit delicta plangimus neq̄
q̄ȝ iam delinq̄ntes ſumus. Sȝ quid eſt
q̄ petrus negans reſpicit ⁊ redempto
ris negati reſpectu ad lacrimas vocat̄
Quid q̄ paulus cū redēptoris nomē
in terra conaret̄ extinguere eius verba
de celo meruit audire. ſed tñ culpa in
vtroq̄ȝ punita. q2 ⁊ de petro ſcriptum
eſt. Recordatus petrus vbi ieſu egreſ
ſus foras fleuit amare ⁊ paulo veritas
dicit. Ego oñdam illi quantū oporte
at pro noīe meo pati. Delinquēti eñ
nequaq̄ȝ pcit quia delictū ſine vltione
nō deſerit. aut eñ ipſe homo hoc in ſe
penitens punit. aut hoc dn̄s hoīem vin
dicās pcutit. nequaq̄ȝ igit̄ peccato pci
tur. quia nequaq̄ȝ ſine vindicta relaxa
tur. Sic dauid poſt ꝯfeſſionem audire
meruit dñs tranſtulit peccatū tuum ⁊

multis poſt cruciatibꝫ afflictus reatuȝ
culpe quā ppetrauerat exoluit. Ab elec
tis eī ſuis iniquitatū maculas ſtudeat
tpali afflictione tergere q̄s in eis non
vult imppetuū videre. hec greg. Salu
bre ergo eſt homini multū vt pctā qua
litercūq̄ȝ ꝯtracta ſiue maiora ſiue mi
nora p afflictionē pñie ſtudeat abſter
gere atq̄ȝ delere quia nec memoria pec
cata impunita erūt ſi non fuerint p pe
nitentiā deleta. teſtatur hoc btūs aug.
ſic dicens. Peccata ſiue pua ſiue ma
gna ſint impunita eſſe nō poſſunt quia
vel homīe puniente vel a deo vindican
te plectunt̄. ceſſat autē vindicta dina
ſi ꝯuerſio precurrat huāna. Hec aug.
Quod etiā ſentire videt̄ beatus greg.
iiij. mor̄. exponēs illud iob pereat dies ī
qua natus ſuȝ ⁊ dicit. Nequaq̄ȝ hō ad
delectationē peccati rapit̄. niſi prius
p voluntarias mētis tenebras infirme
tur. Ante eniȝ cecus in mente fit ⁊ poſt
modū ſe reperiat incauta. mētis inſir
mitas delectatōi ſubſternit. dicat̄ ergo
pereat dies idest pereat delectatio que in
culpā hoīem rapuit pereat incauta mē
tis infirmitas que eū vſq̄ȝ ad tenebras
praui ꝯſenſus excecauit. homo eñ dū
blandimēta delectatōis caute nō pſpi
cit. etiā in noctē nequiſſime perpetra
tionis ruit. Solerter ergo vigilanduȝ
vt dū blandiri culpa inchoat ad quan
tū interitū mēs trahat̄ agnoſcat. vñ ⁊
apte M Dies vertat̄ in tenebras cū
culpa in ipſo delectatōis exordio ad
quē perditōis finē rapiat videt̄. Diē
in tenebras vertimus cū noſmetipos di
ſtricte puniētes ipſa delectatōnis pra
ua blādimēta p diſtricte pñie lamēta
cruciamus cū flendo inſequimur quic
quid quotidie in corde taciti ex delec
tatione peccamus. quia enim fidelis
quiſq̄ȝ ī iudicio ſubtiliter cogitatōes
exquiri nō ignorat ſemetipſum intro

ſum diſcutiēs ante iudiciū diligenter
examinat vt diſtrictus iudex ⁊ iā tran
quillus veniat quo reatū ſuū quē diſcu
tere appetit iam pro culpa punitū ſen
tit vnde ⁊ recte ſubiūgit non requirat
eum deus deſup. Requirit deus ꝙ diſ-
cutit iudicando nō requirit que ignoſ
cendo ſuo iam iudicio impunita dere
linquit hic itaqꝫ dies id eſt peccati de-
lectatio a domino nō requirit ſed aīad
uerſione ſpontanea punit paulo atte-
ſtante qui ait ¶ Si noſmetipſos
iudicaremus nō vtiqꝫ a domino iudi-
caremꝰ. deū ergo diē veſtrū requirere ē
contra mentē noſtrā ſubtiliter in iudi
cio de culpa indagare in qua. ſ. requi-
ſitione illū tunc ſeuerius ꝑcutit quē ſi
bi nūc mollius pepiſſe deprehendit he
ne aūt ſequit ⁊ nō illuſtret eū lumine.
in iudicio namqꝫ dñs apparens omne
quod tūc redarguit luīe illuſtrat. qua-
ſi eñ ſub quadam obſcuritate tegitur
ꝗcquid tūc in memoria iudicis nō re
uocatur. Scriptū quippe eſt. Omnia
aūt que arguunt a luīe manifeſtant ꝗſi
quedā tenebre peccata penitētie abſcō
dūt. De quibus ꝑ prophetā dicit. Be
ati quorum remiſſe ſunt iniquitates ⁊
quorū tecta ſunt peccata. Quia ergo
omne qḋ tegit in tenebris occultat in
die extremi iudicij nō illuſtrat lumīe
quod nō diſcutit vltiōe. actus namqꝫ
veſtros quos tūc iuſte punire noluerit
ipſa ſibi quodāmodo abſcondit ſciēs
diuina miſcdia. in lumine vero oſten-
dit ꝗcquid tūc in cōſpectu oīm demō-
ſtrat. hic ergo dies vertat in tenebras
vt videlicet omne qḋ deliquimus nos
ꝑ penitentiā feriamus. ipſe aūt iudex
venturus eſt qui cūcta penetrat cuncta
ꝯſtringat qui q2 vbiqꝫ eſt locus quo fu
giat nō eſt. Sed q2 correctiōis noſtre
fletibus placat ſolū ab illo locū fuge ī
uenit qui poſt ꝑpetratā culpā nūc ſe in
penitentia abſcondit ⁊ ꝙ nullū pecca
tū dñs inultū relaxat. Aut eñ nos hoc
flendo inſequit aut ipſe iudicando. re
ſtat vt ad emendationē ſuā ſemꝑ mēs
ſolerter inuigilet ⁊ ꝯfitens tergat. Ex
ſi diē quē peccati delectatiōeꝫ dicimꝰ
tot impeti precibus audimus vt. ſ. cir
cūdantes fletus expient ꝗcquid delec
tatus ꝑ negligentiā aīmus delinquit.
quanta aduerſiōe pñie huius diei nox
feriēda eſt videlicꝫ ipſe iam ꝯſenſus
ad culpā. Sicut eī moris eſt culpe cū
carnaliter mens in delectatōeꝫ rapit.
ſed tñ delectatiōi ſue ꝑ ſpiritū relucta
tur. ita grauioris ⁊ plene eſt nequicie
ad peccati delectationē non ſolum de
lectatōni ꝑtrahi. ſed etiā ꝯſenſu famu
lari. tāto ergo arctiori manu pñie mēs
a pollutione tergenda eſt quāto ſe con
ſpicit ꝑ cōſenſum ſordidius inquina
tā vnde apte ſubiūgitur noctem illam
tenebroſus turbo poſſideat. Quaſi eñ
quidā turbo tempeſtatis eſt ꝯcitatus
ſpiritus meroris nam dum pctm̄ quiſ
qꝫ qḋ fecit intelligit dum prauitatis
ſue nequiciā ſubtiliter penſat merore
mentē obnubilat ⁊ quaſi cōcuſſo ſere
ne leticie aere omnē in ſe tranquillita
tem cordis pñie turbine deuaſtat. niſi
eñ recognoſcentē ſe animū iſte turbo
ſe cōtereret nequaqꝫ propheta dixiſſet
in ſpiritu vehemēti ꝯteres naues thar
ſis. Tharſis quippe exploratio gaudij
dicit. Sed cū vehemēs pñie ſpiritus
mentem occupat omnē in ea explora-
tionē reprehenſibilis glorie ⁊ gaudij
ꝑturbat vt nihil iam ei niſi flere libeat
nihil niſi ꝙ ſe terrere poſſit attēdat. po
nit namqꝫ ante oculos illinc diſtrictō
nē iudicis hic meritū culpe ꝯgnoſcit
ꝯſpicit quo ſupplicio digna ſit ſi ꝑcen
tis pietas deſit que ꝑ lamēta pñīa ab
eterna eruere pena conſueuit. Spiri-
tus ergo vehemens tharſis naues con-

terit. tamen vis ꝯpũctõis valida mentes noſtras huic mũdo quaſi mari dedicata ſalubri terrore cõfundit. Sciẽdum vero eſt qꝛ cũ peccata impunita relinquimus a nocte poſſidemur cũ vero hec aĩaduerſione penitẽtie plectimus nimirũ nos nec rem quaʒ fecimus poſſidemus. Sed tũc peccatũ cordis ſub iuris noſtri poſſeſſione reducit̃ ſi tñ incipit reprimitur vnde diuina voce cogitanti praua Cayn dicit̃. in foribus peccatũ aderit. in foribus quippe peccatũ adeſt cũ in cogitatõnibus pulſat cuius appetitus ſubter eſt eiqꝫ homo dominatur. Si cordis nequitia inſpecta citius premit̃ ⁊ priuſqꝫ ad duriciam creſcat reluctanti menti ſubigat̃ vt ergo delictũ ſuuʒ citius animus ſentiat et culpe tyrannidẽ ſub iure ſuo penitẽdo reſtringat dicatur recte noctẽ illaʒ expellere. Ac ſi apte diceretur ne captiua mens culpe ſue ſeruiat culpã a penitentia liberam nõ relinquat. Et quia hec qđ flendo inſequimur nequaqꝫ nobis a vẽturo iudice abici ſperamus vnde ſi de nocte .i. culpa noſtra moueri tẽ ꝑ inquiſitionẽ nolumus magnopere curandum eſt vt in eius diſcuſſione vigilemus ne quelibet culpa nobis impunita remaneat ne mens ꝑuerſa que fecit defendere audeat ⁊ defendendo nequicie nequiciã adiungat ¶ Sunt namqꝫ nõnulli qui nõ ſolum nõ deflẽt qđ faciũt. ſed etiam defendere nõ deſiſtunt ⁊ nimirũ cũ defendit̃ culpa vnde ꝑ quendaʒ dicit̃ peccaſti non adicias iterũ. peccato quippe peccatuʒ adicit q̃ male geſta etiã defendit. Inter hec etiam ſciendũ eſt ꝙ illi culpã ſuam veraciter inſequũtur ⁊ mala tranſacta per aĩaduerſionẽ penitentie corrigũt qui iam ad bona fallenda alias fallentia nulla delectatiõe rapiunt̃. nam quos adhuc alia noxia dlectãt falſuʒ eſt qđ cernit̃ quia ꝑpetrata alia deplorãt. hec grego. Ex his igit̃ verbis doctorũ colligere poſſumus ꝙ non ſolum maiora peccata verũetiam minora ſunt ꝑ penitentiã abſtergẽda vnde vnuſquiſqꝫ cõſcientiã ſuam diſcutiat ⁊ pro vt geſſit inique cõtra dominũ ita ⁊ ſtudeat ſua ſcelera penitendo ⁊ ſeipſum iudicãdo penitere vel punire. valde eniʒ valet ad ſalutẽ aĩe ſuꝑpſius dꝫiudicatio ¶ Nam tales ſeipſos iudicantes ac ſua facinora punientes a deo diliguntur ⁊ non ſolum nõ iudicabunt̃. ſed etiam quãdam ſecuritatẽ de ſua ſaluatõne a chriſto ꝑcipiunt. De hoc dicit beatus berñ. Diligit deus aĩam que in cõſpectu ſuo ſine intermiſſione ſiue diſſimulatione dꝫiudicat ſeipm̃ idqꝫ iudiciuʒ non niſi ꝑpter nos a nobis exigit quia ſi noſmetipſos dꝫiudicauerimus non vtiqꝫ iudicaremur. hec berñ. Dicit etiam de hoc iudicio beatus grego. xxv. mor̃. exponens illud iob vel helïu. Neqꝫ eñi vltra in hoĩs poteſtate eſt vt veniat ad deũ in iudiciũ ſic. Notandum eſt ꝙ aliud eſt coraʒ illo atqꝫ aliud ab illo iudicari. Coram domino iudicat̃ qui corde dominũ cõſpicit ⁊ actus ſuos ſub eius preſentia ſollicita ĩquiſitione diſcernit quem tanto quis ſecurius expectat quanto quotidie vitã ſuaʒ ſuſpectius examĩat. Qui eñi ad extremũ eius iudiciũ venerit nõ iam coraʒ illo ſed ab illo iudicat̃. De hoc mentis iudicio obliuiſcẽti aĩme dominus ꝑ prophetam dicit. Reduc me in memoriam vt iudicemur ſimul narra ſiqđ habes vt iuſtificeris. debꝫ eñi vniuſcuiuſqꝫ mens ⁊ cauſas ſuas apud dñm et cauſas domini cõtra ſe ſollicita inquiſitiõe diſcutere debꝫ ⁊ caute pẽſare vel que ab eo bona ꝑceperit vel que mala bonis illius ꝑuerſe viuẽdo reſpondit. Quod electi quidem quotidie facere

omnino nõ ceſſant. Accedunt enĩ ad
ſecretariũ iudicis intra ſinũ cordis cõ
ſiderant quõ diſtricte q̃nqꝫ feriat qui
diu patiẽter expectat. Metuũt in his
que ſe egiſſe meminerint ⁊ ꝑimũt flen
do qđ perpetraſſe ſe intelligunt timẽt
ſubtilia diuina iudicia etiam de his q̃
in ſemetipſis intelligere fortaſſe non
poſſunt. Uident enĩ videri diuinitus
qđ ipſi ꝑ in ſe humanitatẽ non vident
cõſpiciũt diſtrictũ iudicem q̃ quo tar⸗
dius venit eo ſeuerius ꝑcutit. Sancto
rũ etiam patrũ reſidere cõuentũ cũ eo
pariter ꝯtemplanꝶ eorũqꝫ vel exempla
vel dicta ſe ꝯtempſiſſe reprehendũt at
qꝫ in hoc ſecreto iudicij interioris ipſa
mentis ſue executõe ꝯſtituti penitendo
feriũt qđ ſupbiẽdo ꝯmiſerũt. ibi nam
qꝫ aduerſi in ſe quidq̇d impugnãt enu
merant ibi ante oculos ſuos aĩme qđ
defleant ꝯcernant ibi quidq̇d ꝑ irã di
ſtricti iudicis decerni poſſit intuentur
ibi tot paciũtur ſupplicia quot pati ti⸗
ment nec deeſt in hoc iudicio mẽte cõ
cepto omne miſteriũ quod punire re⸗
os ſeruos plenius debeat. nam ꝯſciẽtia
accuſat ratõ iudicat timor ligat dolor
excruciat qđ iudiciũ eo certius punit.
quo interius ſeuit. vnuſquiſqꝫ enĩ cuꝫ
cauſaꝫ huius examĩs ꝯtra ſe ꝓgrediꝶ
aggredi cepit. Ipſe ẽ auctor qui exhi
bet ipſe reus qui exhibetur. Odit ſe q̃
lem ſe fuiſſe meminerit eſt ipſe qui eſt
in ſe ipſo inſequitur illũ qui fuit atqꝫ
ab ipſo hoĩe aduerſum ſemetipſum fit
quedã rixa in aĩmo ꝑturiẽs pacem cũ
deo. Hanc cordis rixã dñs requirebat
cũ dixit ꝑ prophetã. Attendi ⁊ auſcul
taui nemo qđ bonũ eſt loquitur nullus
eſt qui agat pñiaꝫ ſupꝑ peccato dicens
quid feci. Quia ergo nũc in poteſtate
eſt internũ mentis noſtre ꝯtra nos ha⸗
bere iudiciũ recognoſcendo accuſemꝰ
noſipſos quales fuimus penitẽdo tor

queamus nõ ceſſemus, dũ licet iudica
ri qđ fecimus audiamus caute qđ dr̃.
necqꝫ enĩ vltra. Reproborũ namqꝫ eſſe
propriũ ſolet ſempꝫ praua agere ⁊ ne⸗
quaqꝫ que egerunt retractare. Omne
enĩ qđ faciũt ceca mente trãſeũt factũ
qꝫ ſuũ niſi cũ puniti fuerint non agno⸗
ſcũt. Q At cõtra electorꝫ eſt actus
ſuos quotidie ab ipſo cogitatiõis fon
te diſcutere ⁊ omne qđ turbidũ proflu
it ab intimis exiccare. Sicut enĩ non
ſentimus quõ membra creſcũt corpus
proficit mutaꝶ ſpecies nigredo capillo
rũ albeſcit in canis. hec quippe oĩa no⸗
bis neſcientibus aguntꝶ in nobis ita ⁊
mens noſtra ꝑ momẽta viuẽdi ipſo cu
rarũ vſu a ſeipſa ꝑmutatur ⁊ nõ agno
ſcimus niſi vigilanti cuſtodia ad inte⸗
riora noſtra reſidẽtes profectus nr̃os
quotidie defectuſqꝫ penſemus. hoc ip
ſum enĩ in hac mortali vita ꝯſiſtere q̃
ad vetuſtatẽ ire eſt. Et dum indiſcuſſa
mens relinquitꝶ. in quodã ſenio corpo
ris ſopitur q: ſui negligens ⁊ ꝑpoſitũ
robur inſenſibiliter ꝑdens. a forma ꝓ
oris fortitudinis dũ neſcit ſeneſcit. cũ
vero ſeipſam querit ⁊ ſubtiliter penitẽ
do diſcutit. ab hac ipſa vetuſtate ſua lo
ca lacrimis ⁊ merore incenſa r̃nouat
et que iam pena aĩs pene inueterata vix
erat ꝑ ſubmiſtrata. interni amoris ſtu
diũ nouũ calet. R Sed ad hec agẽ
da valde exẽpla patrũ ⁊ ſacri eloquij
ꝓcepta nos adiuuãt. Si enĩ ſctõꝝ opa
inſpicimus ⁊ diuinis iuſſiõibꝫ aurẽ pre
bemus alia nos cõtẽplata alia audita
ſuccedũt ⁊ cor noſtrũ torpore nõ reſtriꝶ
gitur dũ imitatõe nõ ꝓuocaꝶ. Unde dñ
ad moyſen dr̃ leui. vj. Ignis in altari
meo ſpꝫ ardebit quem mittet ſacerdos
ſubiciẽs mane ligna ꝑ ſingulos dies.
Altare q̇ppe dei eſt cor nr̃m in quo iube
tur ignis ſpꝫ ardere q: neceſſe eſt ex illo
ad dñm caritatis flammã indeſinẽter

aſcēdere cui ꝑ ſingulos dies ſacerdos
ligna ſubicit ne extinguatᷣ. quia neceſ
ſe ē vt fidelis quiſqꝫ ne in eo caritatis
flāma deficiat in corde ſuo tam exem-
pla precedentiū patrū qꝫ ſacre ſcriptu
re teſtimonia congerere nō deſiſtat. nā
quaſi quedā fomēta igni dare eſt in ex
citatōe caritatis vel exempla patrū vel
precepta dñica miniſtrare. Quia eniꝫ
interna noſtra nouitas ipſa quotidie
huius vite ꝯuerſatiōe veteraſcit ignis
iſte charitatis his adhibitis nutrien-
dus eſt vt dum ꝓfuſum ſe noſtre vetuſta
tis extenuat. ꝑ patrū teſtimonia ⁊ exē
pla reuiuiſcat. Ignis enī iſte in altari
dñi .i. in corde noſtro nō citius exting
uitᷣ niſi ſolerter adhibitis exēplis pa-
trū ⁊ dñicis teſtimonijs reparetᷣ. Ber.
aūt illic ſubdit Et impoſito olocauſto
deſuꝑ adolebit adipes pacificorū. naꝫ
quiſquis in ſe habet ignē caritatis ac-
cendit ſemetipſum vtiqꝫ olocauſta de
ſuꝑ imponit. qꝛ omne viciū quod in ſe
male viuebat exurit. Cum enī cogita-
tionū ſuarū interna ꝯſiderat ⁊ vitaꝫ re
probā ꝑ īmutatiōis gladiū mactat in
ara ſe ſui cordis impoſuit ⁊ ignē cha-
ritatis accendit de qua hoſtia pacifico
rū adeps redolebit. quia interna noue
vite impīguatio pacē inter nos ⁊ deū
faciens odorē nobis ſuauiſſimum red
dit. Quia vero eadem caritas in cordi
bus electoꝝ inextinguibilis manet ap
te illic ſubditᷣ ignis eſt ꝑpetuus qui nū
qꝫ deficiet ab altari. Nunqꝫ ab altari
ignis iſte deficiet. quia etiaꝫ poſt hanc
vitā eorū mentibus feruor charitatis
interna quippe ꝯtemplatōne agitur vt
omps deus quo magis cernitur. eo am
plius diligatᷣ. vnde neceſſe eſt vt ad cor
da noſtra redeamꝰ. diſcutiamuſqꝫ om
ne facinus. Et quicquid in nobis di-
uine rectitudinis regulam offendit ac
cuſemus vt apud diſtrictū iudicē ipa
nos accuſatio excuſet. In hoc enī men
tis noſtre iudicio tanto citius abſolui
mur quanto nos diſtrictius reos eſſe
tenemus nec ad hec agenda pretermit
tenda ſunt ipa quibꝫ vacat qꝛ ad hec a
genda poſt huius vite tpa non vacat.
vacue quippe nō dꝛ. neqꝫ enī erit vltra
idcirco nāqꝫ memores enī qd tūc nō poſ-
ſumus negligamus. hec grego. Habe
mus igitur ꝑ predicta ꝙ omps deus
ſe diiudicantes non iudicat. ſe peniten
tes nō punitᷣ ſed ſaluat ⁊ pctā cōtra ſe
dimiſſa relaxat. hec vero omīa ꝑ reme
diū fieri ſolent vnde quilibet peccator
quotiens lapſus fuerit in aliquod pec
catū nō tardet currere ad pñie bonum
ipſa enī omni tēpe valens eſt ad purgā
dum corda peccantiū. Teſtatᷣ hoc bea-
tus grego. qui dicit. O felix lauacrū
pñie quod totiens valet ad purgandū
quotiens eo indiget cor humanū. La-
uemus ergo pctōꝝ maculas in hoc ſa
lubri pñie lauachro vt mundari ⁊ pur
gati poſſimus ꝑuenire ad auctorē vite
et mūdicie. His premiſſis igitᷣ de pe
nitentia: nunc de eius ptibus eſt viden
dum.

¶ Incipit ſcđa diſtinctio primi libri
malogranati. Capitulum .I.

SCiendū q
ptes pñie ſunt tres vi
delicet ꝯtritio cordis
ꝯfeſſio oris. ⁊ ſatiſfa
ctio opis. ¶ Et
ſunt iſte tres ptes qſi ptes integrales
ſcḿ eſſe pñie ꝑfectū. ¶ Sūt aūt hec ptes
ītegrales pñie videlicet ꝯtritio in aīo
ꝯfeſſio in vbo. ſatiſfactio in facto in qͥ
bus tūc pñia integratᷣ cū peccator om
nē mortalē culpā ꝑpetrataꝫ ⁊ facto de
ſerit ⁊ verbo accuſat ⁊ aīo deteſtatur
ꝓponens nūqꝫ iterare peccatū. his au
tem debito modo ꝯcurrentibus cū ab

ſolutiõe facta ab eo in quo eſt ordo cla
uis ac iuriſdictio. abſoluit homo a pec
cato ⁊ reumit ecce ⁊ recõciliat xp̃o me
diante claue ſacerdotali. Q͛ð aũt ſint tres
ptes pñie ſic oñditur. T Pñia enĩ
eſt q̃dam ſpontaneũ iudiciũ in quo
ↄtritio eſt quaſi quedã citatio vbi ſeq
tur rei apud iudicẽ ſpontanea ↄfeſſio
deindẽ ſequit emendatõis p iudicẽ im
poſite ſolutio. Sed in hoc differt iudi
ciũ fori a iudicio poli. q2 ibi ↄfeſſus de
iure damnat ⁊ hic abſoluitur. Alia eſt
etiã ſufficientia iſtarũ ptiũ. q2 cũ oĩe
peccatũ ↄmittatur corde vl' ore vel ope
iuſtũ eſt vt iſta curent p ↄtrariũ vt pec
cator culpã deteſtet animo verbo accu
ſet ⁊ facto puniat. Et ſicut trib9 mõis
offendimus deum. ſ. delectatõe cogita
tionis impudentia locutõis ⁊ ſupbia
opis ſcḋm regulã vt contraria cõtrarijs
curent tribus modis appoſitis ſatiſfa
ciamus. Quia igit peccando innocen
tiam pdidimus reſtat vt p pñiã refor
memꝰ. dicente btõ hieronimo. Si qs
innocentiã peccando corrupit pñie re
medio poterit repare. Quia vt ait ber.
q͛ð dñs nõ imputare decreuit ſic eſt q̃ſi
non fuerit. Si ergo decreuimus inno
centiã repare ⁊ pſequens ianuã celi
p pñiã reſerare curemus vt noſtra pe
nitentia ſit pfecta. De qua dicit criſ.
pfecta pñia cogit peccatorẽ oĩa libẽ
ter ſufferre. in corde cõtritio. in ore cõ
feſſio. in ope tanta hũilitas. hec criſ.
Que tunc veraciter corã deo pfecta dr
ſi ipſam pñiã ad omnia loca in quib9
peccauimus dilatemus. Et quia pecca
uimus in corde malis ↄſentiendo in
ore vana ⁊ turpia loquẽdo in corpore
crimina pperrando. ið͛o ad hec tria lo
ca pñiam extendimus ita videlicet vt
cordi demus amaram ↄtritionẽ. Ori
fidelem ↄfeſſionẽ. corpi penalẽ ⁊ aſpe
rã ſatiſfactionẽ hec tam diu cõtinuan

tes quouſq; ſpiritusſanctus teſtimoni
um phibeat ſpiritui noſtro q dimiſſa
ſint nobis pctã noſtra. Et q2 omĩa pec
cata mortalia ab vno dð auertũt ⁊ vni
gratie opponunt ⁊ vnã principalẽ re
ctitudinem hominis peruertunt V
Hinc eſt q ad hoc q pñie medicamẽ
tum ſit ſufficienter ex ſuis ptibus inte
gratũ neceſſe eſt q pñia habeat de om
nibus pctis quantũ ad preteritũ de p
petratis quantũ ad pñs p ceſſationem
de ppetrandis ⁊ quãtum ad futurũ p
ppoſitum nunq̃ recidiuãdi vel in id vl'
in aliud genus peccati. vt totaliter ſic
recedendo a culpa p pñiã diuina gra
tia ſuſcipiat p quã obtinet venia om
nia peccatorũ. ſed q2 in ptibus pñie cõ
tritio primũ locum tenet. ideo de ipſa
tractanda eſt. Ergo ſcḋm yſidorũ X
Cõtritio eſt ↄpũctio ⁊ humilitas men
tis cũ lacrimis veniẽs de recordatõne
peccati ⁊ timore iudicij. Itẽ in tracta
tu de ſpiritu ⁊ anima de ↄpũctione ſic
dr. Compũctio eſt qñ ex ↄſideratione
malorũ ſuoꝝ cor interno dolore tangi
tur. Item ſcḋm dictũ iohãnis abbatis.
Cõpũctio ppꝛie eſt dolor aĩme non ela
tus nullã ſibi ipſi ↄſolatõẽ prebẽs ſolã
q; ſuam reſolutõnẽ ymaginãs omib9
horis. ⁊ cõſolatõem dei ↄſolantis ſic
aquã frigidã expectans. Contritio eti
am a magiſtris ſic diffinit. Contritio
eſt dolor voluntarie aſſumptus pro pec
catis cũ ppoſito ↄfitẽdi. Pro cuius in
tellectu ſciendũ q ſicut in naturalib9
durum dr quod nõ cedit tractatui. hoc
autem frangi dr qñ p aliquod fortius
in ptes magnas diuidit. Conteri vero
qñ totaliter in minimas ptes diuidit
vel regreditur ⁊ quaſi annihilat. A
Ita methaphorice cor hominis durũ
dicit qñ diuĩe inſpiratiõi quaſi manũ
ſe tangenti nõ cedit ſed obuiat. dum ĩ
affectu peccati moratur. Frãgi vero cũ

a ꝓpoſito reſipiſcere incipit. Quis non
totaliter ꝯuertat̃. Cõteri vero qñ affe
ctus peccati ſm̃ omnẽ ſui ꝑtem in eo
totaliter deſtruitur ⁊ hoc fit qñ volũtas
ꝑfecte ab effectu peccati reſilit vnde ta
lis reſilitio dolor quidã eſt. idõ ꝑ dolo
rem tanq̃ ꝑ genus eſſencialiter diffi-
nit̃. addit̃ autẽ voluntarie ſumptus ꝓ
peccatis ⁊ hoc ꝯuenit ꝯtritioni pro vt
eſt actus virtutis. Sed vt eſt pars ſa-
cramenti ſic oꝫ vt addatur aliquid in
cõparatione ad alias ꝑtes ⁊ ideo ſupad
ditur cũ ꝓpoſito ꝯfitendi ⁊ ſatiſfacien-
di. Et ſciendũ ꝙ eſt differẽtia inter cõ
tritionẽ ⁊ attritionẽ. B Attritio
dicitur acceſſus ad ꝑfectam ꝯtritõem
vnd̃ in corꝑalibus dicunt̃ attrita que
aliquo mõ ſunt ꝯminuta ſed nõ ꝑfecte.
ſed cõtritio dicit̃ qñ omnes ꝑtes ſunt
ſimul trite ꝑ diuiſionem ad minima'.
Et iõ attritõ in ſpiritualib; ſignificat
quandã diſplicentiã de peccatis ꝯmiſ
ſis. Contritio autẽ ꝑfectaꝫ diſplicen
tiam C Utrum aũt requirat̃ con-
tritio de omni peccato actuali ⁊ morta
li. Pro illo ſciendũ ꝙ in omni pecca-
to eſt actualis auerſio voluntatis a deo
ad peccatũ. ⁊ ideo cũ ꝯtraria ꝯtrariis
curent̃ opꝫ ꝙ in omni remiſſiõe pec
cati mortalis ſit actualis auerſio a pec
cato ad deũ. hec aũt auerſio appellatur
contritio. Duricia enĩ voluntatis ma-
nẽtis in peccato nõ tollit̃ niſi ꝑ fractõ
nem volũtatis omĩmodã que appellat̃
cõtritio. ⁊ ideo cõtritio eſt neceſſaria
in omĩ peccato mortali D De pec
catis autẽ oblitis. ſi oblitus eſt homo
totaliter ſufficit cõtritio generalis qñ
autem in ꝑte recolit debet conari ad re
cordandũ ⁊ dolẽdũ in ſpeciali ꝙ ſi nõ
poteſt ſufficit cõtritio gñalis. Sed ad
hoc ꝙ homo nõ poteſt recolere pctm̃ ñ
ſolum d̃ peccato oblito debet dolere in
genere. ſed etiaꝫ de obliuione eius de

bet dolere que ex negligentia cõtingit
Debet etiã homo dolere ſimul de omĩ
pctõ cõmiſſo quia vnũ ſine alio nõ re
laxatur. ideo ꝯtritio ꝑiter eſt habenda
de ſingulis. Teſtat̃ hoc beatus aug. ſic
dicens. Penitentẽ oꝫ ſimul dolere de
omĩ crimine. hec ẽ diſpoſitio ĩmediate
ad gratiã. nam dolere de vno pctõ ſine
alio nõ ſufficit ad ſalutẽ E Unde
quilibet pctõr qui ſentit ſe vicioꝝ ſece
ſordidatũ ꝑ remediũ pñie. ⁊ primo ꝑ
ꝯtritionẽ ac ꝯpunctionẽ cordis ſtude
at ſua facinora emendare. nam aĩa il
lecta malis moribus amittit decorem
virtutũ quem non põt recuꝑare niſi ꝑ
pñie lamentũ. hoc eſt cõtritione vera.
qꝛ nunq̃ pctm̃ dimittit̃ niſi hõ ꝑ inte-
riorẽ dolorẽ ꝯteratur. d̃ hoc dicit btũs
hieronimus. nulla vnq̃ culpa remit-
titur ob quã homo nõ alia amaritudĩe
aut triſticia anxiat̃. nam tunc pctõꝛuꝫ
ſalus veraciter incipit. vt dicit hug. de
ſancto victore. qñ veraciter ꝓ delictis
ingemiſcit. qꝛ amaritudo cordis ſiue
gemitus qui aſſumit̃ ꝓ peccatis men
tem purgat ⁊ deuꝫ miſericordẽ ac pla
cabilem reddit homĩ. probat hoc ber.
ſic. d. Amaritudo cordis mentẽ pur-
gat. angelos letificat. deũ placat. Et re
migius. Tunc nimis miſericors eſt ip
ſe deus dñs noſter ob culpam aĩmus tri
ſtis ſibimet fuerit ⁊ moleſtus. Item d̃
eo de btũs amb. Quis ambigit qm̃ me
ſticia penitẽtis homĩs oculos ſibi vio-
lenter attrahat ꝯditoris. Et qꝛ d̃s cor
cõtritũ ⁊ humiliatũ nõ deſpicit. ideo
aſſumamus verã cordis ꝯtritõeꝫ ⁊ cõ
pũctionis amaritudinẽ qui ꝑ volupta
tes ⁊ carnalia deſideria a deo diſceſſi
mus. Ad hoc hortatur nos btũs augu.
ſic dicens. Non ſint in nobis ficta ſu-
ſpiria ⁊ ſimulata. ſed cũ ingẽti ſiti ſtu
deamus adhibere remedia preteritis
pctĩs vt ſemꝑ ſolliciti ſimus cauẽdo

de futuris. Dñs eñ noluit in mundo
pſperari ſz grauia pati vt nobis oñde
ret qui p delectatõez cecidimus cũ q̃n
ta amaritudine redire debeamus. hec
aug. F Sz ſunt nõnulli q̃ in mlta
ſunt facinora ꝓlapſi nec tñ vt decet ꝓ
ſuis exceſſib' ꝯpũgunt̃ quib' ncc̃e eſt
vt ſupplicia reproboꝝ ac gloriã btõꝝ
habeant pre oclis cordis vt poſſint ad
pñiam ꝯpungi. Ad hoc faciendũ horta
tur btũs greg. ſup ezechielẽ exponẽs
illud. Et ſcripte erant in libro lamẽta
tões in carmẽ τ ve ſic dicẽs. Lamenta
tones videt. Quia ibi ſcripta eſt pñia
pctõꝝ Carmẽ vero q2 prenũciant̃ gau
dia iuſtoꝝ. ve aũt q2 illic expreſſa eſt dã
natio reproboꝝ. vt ḡ peccata peniteas
aĩs pumas lege q̃ in hoc volumĩe ſcrip
ta ſunt lamenta. Riſus veſter in luctũ
ꝯuertat̃ τ gaudiũ in merorem. Et rur
ſum miſeri eſtote τ lugete. vt aũt de ꝓ
miſſiõe gaudij ſeq̃ntis hylareſcas ꝯg
noſce ſcripta eſſe carmĩa laudis eter-
ne. Beati qui hitant in domo tua dñe
in ſeculũ ſcli laudabũt te Sz ſi adhuc
pñti ſcl'o mẽte teneris adhuc terrenis
voluptatib' delcãris ſi amare nõ poteſ
gaudia eterna q̃ audis. cognoſce ḡ in
hoc volumĩe ve qḋ ſcriptũ eſt atq3 p ip
ſum ab aĩmo p timorẽ expelle qḋ dili
gis vt poſſis ex iudicio carmen amare
qḋ legis. ibi quippe dãnatis dicetur.
Diſcedite a me maledicti ĩ ignẽ eter
nũ qui paratus eſt dyabolo τ angelis e'
In hoc quippe volumĩe cuncta q̃ edifi
cãt oĩa que erudiũt ſcripta ꝯtinẽt̃. pec
caſti τ iã te penitet illicita ꝑpetraſſe vt
ad agendã pñiam voceris ibi inueĩs
lamẽta. ſi p celeſtiũ gaudioꝝ mentẽ re
leuare deſideras ibi ad ꝯſolatõem tuã
inuenis carmen. Si v'o τ mala ꝑpetra
ſti τ hoc te ꝑpetraſſe nõ penitet ſz ceru
cẽ mẽtis erigis ad nullaʒ pñie lamẽta
tõem inclinaris nulla celeſtiũ gaudio
rũ expectatõne corrigeris velis nolis
audies ſcriptũ eſſe Ve ve his quos nec
timor ad pñiam humiliat nec ſpes ad
ſupna premia exaltat dãnatõis ſue iã
tunc penã ꝓſpiciat. τ ſine excuſatõne
in eternũ ſuppliciũ cadat. Quid agen
dũ eſt igit̃ miſeris nobis niſi vt euigi
lemus ad hui' volumĩs v'ba que nos
egiſſe meminimus d̃fleamus vt p lamẽ
ta pñie ꝑueniamus ad carmẽ vite ne ſi
affligi modo p pñiaʒ nolumus ve poſt
modũ ſine fine ſentiamus. nec nos no
ſtrorũ vulnerũ multitudo in deſpatio
nẽ deprimat q2 maior eſt pñia medici
q̃3 magnitudo languoris nr̃i. Quid eñ
eſt ꝙ ad ſalutẽ repare nõ poſſit qui po
tuit ex nihilo creare. hec greg. G
Ne ergo ꝯtingat nos ꝓ noſtris reati-
bus ſuſtinere eterna tormenta. timea-
mus futurũ dei iudiciũ ſup nos τ p fle
tus ac lamenta iniquitates ꝑpetratas
diluere ſtudeamus qḋ electi agere nõ
ceſſant. q2 p pñtem ꝯtritõem ac lacri
marũ effuſionẽ ſe euadere eterna ſup-
plicia nõ dubitant. De hoc tractat bea
tus greg. ſup ezechielem ſic. d. Redẽ
ptor igit̃ humani generis cũ appuerit
iudex ſpecioſus iuſtis terribilis erit in
iuſtis. Quẽ eñ manſuetũ aſpiciẽt ele
cti hunc eundẽ pauidũ atq3 terribilez
cõſpiciẽt reprobi ſed hũc ideo tũc ele
cti terribilẽ non videbũt. q2 modo ter
rorẽ illius cõſiderare non ceſſant. ſtu-
dioſi eñ cõſiderant q̃3 terribilis ad iu
dicium veniet culpas anteactas deflẽt
ĩminẽtes declinant pauorẽ illius quo
tidie ante mentis oculos ponũt τ quã
do tremendus appareat ſine ceſſatõne
ſuſpecti ſunt atq3 quotidie agunt peni
tentiã. ne quando venerit pertimeſcant.
Neceſſe ergo eſt vt peccata admiſſa cũ
viuimus defleamus. in aſſiduis enim
fletibus in quotidiana noſtra pñia ha
bemus ſacerdotez in celis qui interpel

lat pro nobis. De quo ꝑ iohānem dꝛ
Si quis peccauerit aduocatum habe-
mus apud deū patrē ihesum christum
iuſtū ⁊ ipſe eſt ꝓpiciatio pro pctīs no-
ſtris. Ecce exultat aīmus cū aduocati
noſtri potentiā audimus ſ; exultatiōe
noſtra iterū remoꝛdemur. qꝛ ipſe qui
nobis aduocatus eſt iuſtus dꝛ. nos enī
cauſas iuſticie nō habemus. iuſtus ad
uocatus iniuſtas cauſas nullo mō ſuſci
pit nec vba dare pro iniuſticia ꝯſentit
¶ Quid ḡ agimus fratres mei Sz
ecce occurrit aīo quid agamus mala
que fecimus ⁊ defleamus ⁊ accuſem⁹
Scriptū quippe eſt iuſtus in pncipio
accuſatoꝛ eſt ſui. quilibet eniz peccatoꝛ
cōuerſus in fletibus iam eſſe iuſtus in
choat cū cepit accuſare quod fecit Cur
enī iuſtus nō fit qꝛ contra ſuam iuſtici
am ꝑ lacrimas ſeuit. iuſtus ergo aduo
catus noſter iuſtos nos eſſe agnoſcet ī
iudicio. quia noſmetipſos ⁊ cognoſci
mus ⁊ accuſamus iniuſtos. non ergo
in actibus nō in fletibus noſtris ſed in
aduocati noſtri allegatōibꝫ ꝯfidamus
hec greg. Ecce patet ꝙ fructuoſa ſit ⁊
ſalubꝛis ſit ſuꝑpſius accuſatio ⁊ lacri-
marū effuſio. Sunt aūt nōnulli qui q̄
dem peccata ꝯfitentur ſed ea deflere cō
temnūt. Electi vo nō ſolū ſua facino-
ra ꝯfitentur ſ; ea que nequiter ꝑpetra-
uerūt fletibus diluūt atq; de ingratitu
dine pro beneficiis ſibi a deo collatis
ſeipſos repꝛehendūt ac ꝑ lamēta puni
unt. de talibus btūs greg. viij. moꝛ. ſic
dicit ¶ Sciendū quoq; eſt ꝙ ſepe
repꝛobi peccata cōfitent̄. ſed flere cō-
temnunt. Electi autē culpas ſuas q̄s
vocibus ꝯfeſſionis aperiunt diſtricte
aīmaduerſiōis fletibus inſequuntur.
Sed qui mala quidem que ꝑpetrauit
inſinuat ſed flere que inſinuauit recu-
ſat quaſi ſubducta veſte vulnus detegit
ſed toꝛpenti medicamentū vulneri nō
appōit. Confeſſio igit̄ a vocali eſt ne-
ceſſe vt meroꝛ excutiat. ne vulnus pro-
ditū ſed neglectū quo licentius iam ꝑ
humanā noticiā tangitur deterius pu
treſcat. Quo cōtra ꝑ pſalmiſtā dicit̄.
Iniquitatem meam ego annūciabo ⁊
cogitabo pro peccatis meis. Pronū-
ciādo etenī occultū iudiciū detegit co
gitando aūt quid aliud ꝙ medicamē
tū vulneri appōit. Sed afflicte menti
et ſua ſolicite damna cogitanti rixa ꝑ
ſemetipſa oꝛitur ꝯtra ſemetipſam. naz
ſe ad lamenta pn̄e inſtigat occulta ſe
increpatiōe laniat vel dilaniat. Unde
apte ꝑ iob dꝛ. Confabulaboꝛ cū ama-
ritudine aīme mee. pauoꝛe nāq; diui-
ni iudicij afflicti dum quēdaz male ge
ſta plangimus. ipſa noſtre via amari-
tudinis ad diſcuciendas vigilantius
excitati alia etiā in nobis que ampli⁹
defleamus inuenimus. nam ſepe ꝙ toꝛ
pentes lauit flentibus ſubtilius innote
ſcit ⁊ afflicta mens certius inuenit ma
lū qđ fecerat ⁊ neſciebat eiq; rixa ſua
verius apit q̄ntū a vitatis pace deuia-
uit. Succreſcēs quippe amaritudo pe
nitentie verecūdanti coꝛdi impoꝛtuna
ingerit illata que ꝯmiſit. Diſtrictū cō
tra hoc iudicē oñdit ſuppliciorū minas
incutit pauoꝛe animū ferit pudoꝛe cō-
fundit motus illicitos increpat quie-
tem noxie ſecuritatis turbat q̄ ei bona
ꝯditoꝛ ꝯtulit. que ipe bonis ipſius ma
la reſpondit enumerat ꝙ iure ab eo cō
ditus ꝙ gratuite nutritus ꝙ ꝯditoꝛis
gr̄a vocatus ꝙ ſepe ipſe vocatus noluit
ꝙ vocātis miſcoꝛdia vt ſurdū hūc reniē
tē q; deſpexit ꝙ petōrez ſuū ſupna gra
tia vt ꝯtempta dereliquit. Cū igit̄ affli
ctā mentē mō ꝑ replicatōem donoꝝ
dei mō ꝑ improꝑia actōnis ſue tanta
ſeueritate īcrepat habet in coꝛde iuſto
rū amaritudo aīe liguam ſuā que tan-
to eis ſubtilius loquit̄ q̄nto ⁊ interius

audiatur. quia vis doloris que pctā ſin
gula reputās torpentē animū ad lamē
ta excitat quaſi ad deū verba ꝯfabulati
onis format. in quibꝫ ſemetipſum cor
rectus inueniat. ⁊ ad ſui cuſtodiā ſolli
citior exurgat. hec greg. R ¶ Deſi
deranda eſt ergo nobis valde cōtritio
ſiue ꝯpūctio lacrimarū. q2 ſm̄ beatum
cyprianū. nulla eſt medicina preſtāti
oraīmarꝫ q; deuota effuſio lacrimarū.
nam abſq; ꝯpunctōe ⁊ fletu nō remit
titur pctm̄. Teſte hugōe qui dr̄. Abſq;
fletu ⁊ lacrima nequaq; remittit ipſa
culpa. Qui vero ob culpā lacrimatus
nō fuerit. lacrime expꝰs eternaliter ne
quaq; erit. Magnā eni3 virtutē hn̄t la
crime. delent quippe culpā ⁊ extinguūt
gehennā. vn̄ bern̄. O q̄nta vis eſt in la
crimis que oēz abluūt culpā extinguūt
gehennā. flectūt ſn̄iam. Et beatus aug.
Vna lacrima de puro corde procedēs
totū ignem inferni extinguit. hec aug.
I. ¶ Sciendū etiā eſt ꝙ veſtis innocē
tie ꝑcepta in baptiſmate ꝑ pctā mor
talia ſordidat ⁊ ꝑ ꝑn̄s eterna damna
tio incurrit. ſed ꝑ lacrimarū effuſiōez
ipſa veſtis que ꝑ peccatū maculata fue
rat abluit ac mūdatur. de hoc criſ. ſup
illud pſalmi. Fuerunt michi lacrime
mee ⁊c̄. Dicit. lacrime ſunt que celum
pulſantes. expellūt crimina ⁊ ꝯſciam
decorant ſonent in ore pn̄ie v̄ba. ⁊ mo
uent verba in pctōre pietatis veniam.
implet caput aqua. tumeſcunt oculi.
irrigant gene. decurrūt riuuli ⁊ deus ī
dulgentiarū mentē exhylarat lacrime
ſunt que reconciliant deū a pctis redi
mūt aīam ⁊ ſanāt languores. eius ſor
dentē aīme veſtē lacrime lauāt ⁊ dant
illi remiſſionē. Item dicit. Sicut ve
hemens ymber cū prorūpit fit ſerenitas
ſic lacrimis effuſis apparet tranquilli
tas ⁊ perit caligo reatuum ⁊ ſicut per
aquā ⁊ ſpiritum ſic ꝑ lacrimas ⁊ cōfeſ

ſionē denuo mundamꝰ. hec criſ. M
Ecce quō per ꝯpunctionem ⁊ gratiam
lacrimarū veſtis innocentie ꝑ peccatū
ſordidata mundat ac reformat. dn̄s
namq; ipſas lacrimas de corde ꝯtrito
effuſas pro baptiſmo reputat. Teſte
yſidoro qui dicit. Lacrime penitentiū
apud deū pro baptiſmate reputantur.
Quia miſericors ds̄ paratus eſt nobis
peccata ꝑcere ⁊ pn̄iam noſtrā ad inno
centiā deputare ſi ꝑ lacrimas renaſci
ſtudeamus. De quo dicit beatus greg.
Libenter obliuiſcit deus ꝙ nocētes fu
imus paratus eſt nobis pn̄iam noſtram
deputare ad innocentiam ſi inquinati
poſt aq̄s ſalutis renaſcim̄ ex lacrimis
hec greg. Et niſi omp̄s ds̄ ex ſua benig
nitate remediū penitentie ꝯpūctionis
ac lacrimarū effuſionē hominibus ꝓui
diſſet raro aliquis ſaluatus fuiſſet. q2
ſicut baptiſmus abluit a pctō origina
li ⁊ a vicijs ꝑpetratis ſic ꝯtritio ſiue cō
pūctio ⁊ aqua lacrimarū purgat a ma
lis criminibus poſt baptiſmū ꝯmiſſis
teſtat hoc iohēs abbas montis ſynai ī
tractatu de. xxx. gradibꝫ ſic. d. Luctus
ſeu lacrimarū fons maior eſt ſupra ba
ptiſmū baptiſmus ꝯſtitutus l3 quēad
modū preſūptuoſu3 ſi ex ꝑte quod dr
eo ꝙ ille quidē ab īgenitis nobis ⁊ an
te patratis malis eſt purgatorius. iſte
vero poſtea patratorū. Et illū quidem
ꝑuuli om̄s ſuſcipiētes ſordidauimus
ꝑ hūc vero ⁊ illū repurgamur. Qui ni
ſi ex dei benignitate hominibus datus fu
iſſet raro vel difficulter inuenirent qui
ſaluati fuiſſent Et quidē ſuſpiria ⁊ me
ſticia ad dominū clamāt. que vero ex ti
more ſunt lacrime intercedūt. Que ve
ro ſanctiſſime charitatis ſupplicatōez
acceptā deo nobis declarant. Sicut ni
hil ita humiliati ſicut luctus conuenit
ita nihil ei ſicut riſus contrariatur de
tinens beatam ſancte compunctionis

gaudentē triſticiam ⁊ ne deſiſtas ab ea
operatiōe que in ipſa eſt quouſqꝫ cū cōfi
dentia ſubleuata ab his pretereuntibꝰ
et mundū te criſto cohibeat. Eſto ergo
merens abſqꝫ amore oñſionis ad tuuꝫ
cor inquiſitionē faciens ſeu agens. ti
ment enī merorē demones ſicut latro-
nes canes. Non eſt nobis ad pñs. o
amici in his que ſunt ad nuptias ꝯuo
catio. Omīo igiť qui vocauit nos nūc
in his ad pñs ad luctum vtiqꝫ vocauit
Quicūqꝫ in luctu inceſſabili ſꝫ deum
graditur iſte diē feſtuꝫ agere quotidie
non quieſcit. Qui vero corꝑaliter diē
feſtum agere non deſiſtit. hunc luctus
eternus ſuſcipiet in futuro N Nō
eſt in carcere gaudiū his qui iam ſen-
tentiā receperūt ⁊ non eſt veris mona-
chis gaudiū ſuꝑ terrā. Eſto ergo tam
qꝫ rex altus in corde tuo in humilitate
ſedens iuberi ſui vade ⁊ vadit ⁊ dulci
luctui veni ⁊ venit ⁊ ſuo noſtro tyrāno
corꝑi fac hoc ⁊ facit vnde etiam ſi ma
gnas ⁊ altas aliqñs ꝯuerſiones exequi
mur cor aūt merens nō poſſidemus ip
ſas q̄ſi vanas exiſtimemus. Oportet
enī ⁊ vere opꝫtet poſt lauachrū iterū in-
quinatos igne ꝯpūctōis ⁊ miſc̄dia dei
ſuas ipſorū manus ab inquinamento
pctīs abſtergere. non aūt inculpabimꝰ
o amici in exitu aīme aut inquiretur a
nobis quare non fecerimus mirabilia
ſed nec q̄re nō theologiſauerimus nec
q̄re ꝯtemplatiui nō fuerimus ſꝫ ratio
nē omīno dabimus deo. q2 pñiam nō
egerimus ⁊ q2 humiles nō extiterimꝰ
et ꝙ indeſinēter nō luxerimus. hec io
hānes abbas. De virtute etiā iſtaruꝫ
lacrimarū dicit rabanus ſic. Lacrime
humide nature ſunt vt ſordes aīe ab
luāt ⁊ ꝑditū baptiſmū reſtituāt. ſalſe
vt fluxum carnis reſtringant. calide vt
frigus torporis excutiāt. clare vt lacri-
mantē ad eternā claritatē ꝑducāt. hec
rabanus. Et ſicut ꝑ vitā vicioſam ds
effugatur a corde ſic lotū ꝑ aquā lacri
marū iterū ad cor reuocatur ⁊ efficiť
homo habitaculū dei. de hoc dicit bea-
tus berñ. Cor fonte lacrimarū miſtice
baptiſatum. hoc dulce dei maieſtatis
hoſpitiū d̄r adoptatum. hec berñ. Hec
etiā aqua aīas que erāt ſponſe xp̄i. ſꝫ
ꝓpter ſordes pctōrum repudiate a ma
culis ꝑ vicia ꝯtractis abluit ⁊ deo ſpon
ſam acceptā reddit. de quā dicit btūs
augu. Aqua lacrimarū balneū eſt quo
abluantur ſordes vt fiāt celeſtis regī
ſponſe. hec ille. Nam vita pctōris deo
indigna eſſe nō ꝑt que ſordes ꝑ pecca
tū ꝯtractas ꝑ cordis ꝯpūctionē ⁊ fletū
lauare ſtudet. De hoc dicit beatus gre-
gorius. tāto nāqꝫ amplius pctī rubigo ꝯſumiť
qꝫto pctōris cor cū magno caritatis ig
ne decremať. Ad vos igiť frēs oculos
mētis reducite q̄cūqꝫ vos ī adoleſcētia
q̄cūqꝫ ī iuuētute deliq̄ſſe memiſtis de
flere. morū operūqꝫ maculas lacrimis
tergite. Ecce ad recipiendos nos ſuꝑ-
ne pietatis ſinus aꝑitur nec maculoſā
in nobis vita ꝯtemnitur ꝑ hoc enī ꝙ in
quinationē ꝑhorreſcimus interne iaꝫ
mundicie recordamus. Reuertentes
nos dñs clemēter amplectiť. q2 pecca
torꝫ vita indigna ei iam eſſe nō ꝑt que
fletibus lauať vnd̄ vnuſquiſqꝫ nēm ad
pñie lamēta recurrat dū flere ante ꝑ
cuſſionē vacat. hec grego. O Ad
exhortatōem igiť huius ſanctiſſimi vi
ri ad lamenta pñie ſcurramus dū tem
pus vacat ī hac luce ſumus ⁊ noſtras
iniquitates ⁊ pctā per lacrimas dilua
mus. Ad hoc faciendū monet etiā ab
bas effrem omelia. iiij. cū dicit. Qui-
cūqꝫ dño peccauerit modo dum tem-
pus eſt hominū vitam amittere aut te-
nere defleat inceſſanter vt ꝑ lacrimas
poſſit gratiam indulgentie promereri
aſſidue lauet corpuſculum lacrimis ⁊

pectus tundat gemitibus vñ al's vnū
volo vos ſcire fratres eo ꝙ nō eſt ſuꝑ
terram dulcius gaudio ꝯpunctiōis in
hora illa q̄n quis ad deū ex toto corde
ſuſpirat cū lacrimis tūc letatur dñs ⁊
ꝓpter lacrimas repromittit illi gaudi
um in futuro. Beatus igit̄ ⁊ vere btūs
qui habet ꝯpunctionē ſm̄ deū. Audite
cariſſimi virtutē ꝯpunctiōis. Cōpun
ctio ſanitas aīe eſt. Cōpunctio pctō-
rū remiſſio eſt. Cōpunctio ſpiritus ac
tū ducit ad ſe. Cōpūctio vnigenitū cri
ſtū facit habitare in ſe. Lacrime apud
deū fiduciā dāt ſemꝑ vbi lacrime abū
dant ibi cogitatōes male non approxi
māt. Quid dulcius dulcedīe lacrima
rū. quid deſiderabilius beatitudine il-
lius q̄n ipſum dñm vidit aīa orans ⁊
ipſum meditat̄ die ac nocte. Theſaurꝰ
ergo bonus eſt ꝯpūctio cordis ⁊ īenu
merabile gaudium. hec abbas effrem.
magne em̄ ſunt efficacie lacrime q̄ ex
puro ⁊ humili corde procedunt. nam
iram dei placant gratiam amiſſam re
parāt infirmū diſſipant pctōres iuſti
ficant angelos letificant celos reſerāt
Iſtas prerogatiuas lacrimaꝝ. beatus
bern̄. tāgit cū dicit. O beatiſſima lacri
ma ꝑe penitētis q̄ diuinā placas iram
tu es archa recōciliatiōis gratie repa-
trix. O felix lacrime effuſio reſerans
celum inebrians angelos ſatians ſan
ctos iuſtificās peccatores diſſipās in
fernū. Gaudēt namq̄ angeli in ꝯuer
ſione ⁊ pn̄ia peccatoꝝ. ſalutē hominū
expectantes ⁊ ſitientes lacrime pn̄e
vinū eorū. quia in illis odor eſt vite ſa
por gratie indulgentie guſtus ſanitas
redeuntis innocētie ſerenitas vel ꝯſci
entie ſuauitas. hec bern̄. De virtute etiā
lacrimaꝝ ⁊ eaꝝ fructuoſo effectu petrꝰ
damiani ſic dicit. quicūq̄ frater ſecu-
lū ꝑfecto corde deſeruit mentis ſui la
tibulū petat vbi ad videndam creato

ris ſui faciem totis viſibus inardeſcat
ad lacrimas anhelet. Lacrimas adeo
quotidianis precibus flagitꝫ. lacrima
rū quippe mador aīmam ab omni labe
purificat ⁊ ad proferēda virtutū germi
na noſtri cordis terrā fecundat. Por
ro lacrime que a deo ſunt diuine exau
ditōis tribunal fiducialiter adeunt ⁊
impetrantes preſto qd̄ petunt. de pctō
rum noſtroꝝ certa remiſſione ꝯfidunt
lacrime ſunt veraces ac doctiſſime in
q̄libꝫ hūane ignorantie dubietate ma
giſtre ¶ Nam dubitantes ex ali
quo vtrū deo placeamus necne nunq̄
meliorē certitudinē capimus q̄ cū ve
raciter lacrimātes oramus. tūc em̄ q̄c
quid agēdū mens noſtra decreuerit ſu
per hoc rurſum ambigere ncc̄ariū iam
nō erit. Porro lacrime diluūt ſpurci-
ciarū om̄e in meretrice ꝯtagiū ⁊ īmun
dis manibꝰ tribuūt vt nō ſolū pedū ſꝫ
et dn̄ici capitis mereant̄ attactum. La
crime tribuūt vt negator apl'us modo
non pereat om̄io poſt lapſuꝫ. ſed vltro
etiam vt ſupra ceteros celeſtis curie ſe
natores obtineat principatum. Lacri
me contulerunt dauid poſt adulteriū ſi
mul ⁊ homicidiū profundiſſimum ba-
ratrum non modo regnū cū vita nō ꝑ
deret ſed vltro etiā promiſſionē here-
dis ex ſe naſcituri cū iuramento ſuſci
peret qui ⁊ regni ſui ſolum oīm regna ꝑ
petua poſſideret. Porro aūt ⁊ ſi cūcta
lacrimarū dona ꝑcurrere voluero pn̄s
forte dies claudit̄ q̄ exemplorū copia
ſubtrahatur. Ile ſunt em̄ q̄ ⁊ anīam a
peccatorū labe purificāt ⁊ cor vagū in
oratione ꝯfirmant. Ile ſunt que dino
tore pauerūt gaudiū ⁊ dum ꝑ oculos
carnis erumpunt ad ſpem ſe eterne et
ſupne beatitudinis erigunt. nō em̄ poſ
ſunt in ſua petitione ꝯtemni que ⁊ ma
gnas habēt voces quas profecto voces
ille ad eum frequenter emiſerat ⁊ q̄d

adoptinendū poſſꝫ ſubtiliter nouerat
qui dicebat audi orationē meam dñe
et deprecationē meā auribus ꝑcipe. la
crimas meas eñ nō oculis attendi: ſꝫ
auribꝫ ꝑcipe. lacrimas poſtulat voces
ineſſe lacrimis manifeſte deſignat. la
crime nempe cū in ꝯſpectu iudicis ſup
plicant nihil heſitant. ſed ſic miſcdiaꝫ
tanq̄ꝫ ꝓprij iuris ſibimet vendicāt ⁊ im
petraſſe ſe qđ petierant ꝯfidenter exul
tant. O lacrime delicie ſpiritales ſup
mel ⁊ fauū atqꝫ omī nectare dulciores
q̄ mentes ad deū erectas iocūda ſapo
ris intimi ſuauitate reficiūt ⁊ arida at
qꝫ tabeſcentia corda hauſtuūt ſuperne
gratie medullitus irrigant. terrenorū
namqꝫ dapū ſapores atqꝫ dulcedines
ſuꝑficiem quidē palati guſtantis oble
ctant. viſcera aūt interiora non pene
trant. Sapor vero diuine ꝯtemplatio
nis oīa interiora noſtra replet vegetat
et obdulcat. lacrimātes equidē oculi
dyabolū terrent ⁊ ſic lacrimarū erum
pentiū expauet impetū ac ſi procelloſi
ymbris grandinē vel fluctiū vndiqꝫ vē
torū effugiat quis tempeſtatē. nam ſic
ſpinoſi torrentis ſuꝑueniēs cunctis al
ueum ſordibus purgat ſic lacrimaruꝫ
profluentiū curſus ex mente fluētis di
abolice verſucie ſemina ⁊ oīs ſorden
tiū viciorū peſtes eliminat. hec petrus
damiani Q Et notandū ꝙ quicū
qꝫ hāc gratiā hr̄e deſiderat. neceſſe eſt
vt diuini ignem amoris in corde habe
at. nam ex igne dilectōis dei hec vnda
profluit ⁊ ecōtrario quanto valentior
vnda lacrimarū a penitēte profluxerit
tanto maior ardor diuine dilectionis
in corde hmōi hominis incaleſcit qđ
probat ibidē petrus damiani ꝑ pulcrū
exemplum ſcripture ſic dicens. hec in
quā aqua videlicet lacrimarū compū
cti ex igne ꝓfluit. vt quiſquis affluere
ymbris inundatione deſiderat diuini

amoris ignē prius neceſſe eſt vt in ca
mino ſue mentis accēdat qđ facilius
exprimere poſſumus ſi quod in ſcđo li
bro macha. prohibet hyſtorialiter ge
ſtum ad mediū deducemus ait ꝰ ſcrip
tura. Cū in ꝑſidem inquit ducerentur
patres noſtri ſacerdotes qui tūc di cul
tores erant acceptū ignem de altari oc
culte abſconderūt in valle vbi erat pu
teus altus ⁊ ſiccus ⁊ in eo cōcitati ſūt
eum. ita vt oībus eſſet ignotus locus.
Cum aūt preteriſſent multi anni pla
cuit deo vt mitteret neemias a rege ꝑ
ſidis. hic miſit nepotem ſacerdotē. il
lorū qui abſconderent ad requirendū
ignē. ⁊ ſicut narrauerūt nobis nō inue
nerūt ignē. ſed aquā craſſam. In qui
bus omibus verbis illud vnū attendē
dum eſt vbum ſpecialiter ꝙ in alto et
ſicco vallis puteo prius abſconditur ⁊
poſtmodū nō ignis ſed aqua craſſa a q̄
rentibus inuenitur. mens quippe ſince
ra atqꝫ ꝑfecta deum intentōe querens
nō incongrue ꝑ puteum vallis altū de
ſignatur ⁊ ſiccū que nimirū a fluidis il
lecebrarū carnaliū voluptatibus ⁊ ter
rene ꝯcupiſcentie ruderibus alte defoſ
ſa ⁊ in vere humilitatis eſt cōualle fun
data. huic itaqꝫ puteo ſacrificij ignis i
mittitur. cū in electi cuiuſlibet mēte di
uini amoris flāma ꝯcipitur atqꝫ ad ce
leſtiū deſideriū pius aīmus inflamat.
ſꝫ hic ignis in aquaꝫ vertit. qr ex igne
diuini amoris lacrimarū ꝯpunctio ge
nerat. Et notandum ꝙ nō pura aqua
dumtaxat. ſed craſſa aqua narrat illic
reperta Quid eñ eſt craſſa aqua niſi la
crimarū ꝯpūctio diuine proculdubio
gratie pinguedine ſaginata qua vide
licet ſaginari piguedine eſtuabat pro
pheta cū diceret. Sicut adipe ⁊ pingue
dine repleatur aīa mea. Hec preterē
undū ꝙ abſcondentes hunc ignē con
citati quidē fuiſſe non autē funditus

extinxiſſe referunt quia nimirū ignis
diuini amoris quē ī ara noſtri cordis
attendimus vt ex aromatibus bonoꝝ
operū ſuaue deo ſacrificiū offeramus
ipſo noſtre ꝯuerſionis initio intus qui
dē debet occulte ſemꝑ ardere nō aūt fo
ras ſe ꝑ vane glorie flāmas expādere
Concutat̄ aūt ſopitis flāmis nō autez
vi priuat̄ ardoris vt nō prorſus intere
at ſz ſeſe poſtmodū mirabiliter ignis
in aquam vertat. hec porro aqua ꝯpun-
ctio videlicet lacrimarū nō ſolū nos a
peccatorū ꝯtagione purificat. ſed etiā
vt placeat ipſa deo bona noſtra ꝯmen
dat. omē namqꝫ bonorū operū ſacrifi-
ciū in cōſpectu ſupni iudicis ſuauius
redditur. ſi lacrimis aſꝑgatur vnde il-
lic apte ſubdit̄. Et ſacrificia inquit q̄
impoſita erāt iuſſit ſacerdos neemias
aſpergi aqua ipſa ⁊ ligna que erāt ſup
poſita. Sed cū opeꝝ noſtroꝝ ſacrificiū
vere ꝯpunctōnis aq̄ ꝑfundimus mox
mentes nr̄as ſplendor irradiat ⁊ quic
qd obſcurū quicquid in eis tenebroſū
eatenus latebat illuſtrat. Quidā nāqꝫ
nobis ſe tūc intime lucis radius apit
et omēs anime noſtre latebras iocūda
fulgoris ſerenitate ꝑfundit qua ꝓpter
illuc cū premittit̄ quia iuſſit haurire ⁊
auferre ſibi ⁊ ſacrificia que impoſita e
rāt iuſſit ſacerdos neemias aſꝑgi aq̄
ipſa ⁊ ligna que erant ſuppoſita proti-
nus hyſtorie ſeries addidit hoc cū fac-
tum eſſet ⁊ tps affuit quo ſol refulſit ꝗ
us erat in nubilo ⁊ accēſus ignis mag
nus ita vt omēs mirarent̄. Audiuim⁹
antea qꝛ aqua pro igne repta' eſt. Nūc
econtrario dr' quia ꝑ aſꝑſionem aque
ignis magnus accenſus eſt. Ergo ⁊ ex
igne aqua naſcitur ⁊ ex aqua ignis in-
uicem procreatur. quia videlicet ex ig
ne diuini amoris gratia ꝯpūctionis
oritur ⁊ rurſus ex compunctione lacri
marū deſiderij celeſtis ardor augetur.
Alterum ſiquidem pendet ex altero ⁊
ſibimet vtrumqꝫ preſtat dū ex amore
dei lacrimarum compunctio profluit.
Rurſuſqꝫ ꝑ lacrimas ad amorem dei
mens noſtra feruentius inardeſcit. in
qua autem mente huius alternatis re
ciproca varietas agitur ab omni pro-
culdubio reatus ſui ſqualore purgat̄.
vnde illic nō incōgrue poſtremo ſub-
iūgitur. Appellauit autē neemias hūc
locum. nepthar qđ interpretat̄ purifi-
catio. Locus itaqꝫ noſter vbiqꝫ ſacrifi
cium offertur vbi aqua ignis vt dictū
eſt varietas alternatur. fidelis eſt aīa
que profecto nō incōgrue purificatio
dicitur quia dum nunc ſupni amoris
igne decoquit̄ nūc contriti cordis fle-
tibus mūdatur velut ſecūdi baptiſmi
fluentis abluitur. hec petrus damiani.
Ecce appet ſatis clare ꝑ precedentia
dicta ſanctorū patrum quāte virtutis
lacrime penitentiū quante ve efficatie
ſunt. Et ideo a cunctis fidelibus maxi
me tamen a peccatoribus penitentia ī
digentibus ſunt deſiderande lachri-
me. Filius.

Non ſufficio gaudens admirari
de tam excellenti dono dei eo ꝙ
gratia compūctionis ⁊ lacrimarū tan
tam habeant efficatiam ⁊ virtutē. Sz
rogo de hoc informari qualiter homo
carens gratia lacrimarum ⁊ eā deſide
rans habere. ꝑ quē modum poſſit illā
a deo obtinere.

Capitulum. II. Pater. R

Scire debes ꝙ ꝯpūctio ſiue lacrimarū' effuſio
ꝓcedit ex ſpū ſancto. teſtāte leone pa-
pa. q̄ dt in quodā ſmōe ſic. Ab ipō eī
videlȝ ſpū ſctō ſunt lacrīe penitentiū
Quiſquis ḡ ꝓpter ſua pctā in ſuo corde
ſe ſenſerit ꝯpūctū. ſciat hāc grāȝ a deo
ſibi eſſe infuſam. nam ds inhabitādo

per ſpiritum ſanctum in corde hoīs
cōpunctos ⁊ lacrimantes facit. de hoc
q̄dā doctor ſic dicit. Quiſquis pctōꝝ
memoria ꝯpungitur ad lamenta. iam
dei circa ſe pńſentiā ſciat. qn̄ ex eo q̄d
admiſiſſe ſe recolit interius erubeſcit.
ſuoq̄ȝ iudicio penitēdo iā ſe punit. hec
ille. Hāc ꝯpunctōis grāȝ deſiderabat
iob cū dicebat dimitte me vt plangaȝ
paululum dolorem meum. Sup̄ quo
greg. ix. mor. ſic dicit. Tunc ad plan-
gendū dolorem nos dn̄s dimittit. cuȝ
et mala que fecimus demonſtrat. atq̄ȝ
adhuc eadē flenda que cognoſcimus
adiuuat. culpas oculis obicit. ⁊ pia
manu grē vincula cordis ſoluit. vt ad
vocatōeȝ pīſſe mens noſtra ſe erigat ⁊
carnis ſoluta ꝯpedibus in auctorē ſuū
libera greſſum amoris tendat. hec gre
go. Et quia ꝯpunctio lacrimaꝝ vt pre
dictum eſt ex gratia noſtri conditoris
procedit neceſſe eſt. qui donum lacri-
marū habere deſiderat. vt ab omnipo-
tenti deo ꝑ humiles preces ac virtuo-
ſam vitam iſtud querat. Per hec igit̄
duo videlicet ꝑ orationes humiles ⁊
ꝯuerſationē virtuoſam. ſi quis in his
ꝑſeuerauerit ⁊ donum hmōi petierit
gratiam ꝯpunctiōis ⁊ lacrimarū pro-
culdubio obtinebit. ꝙ autem ꝑ oratio
nes humiles querenda ſit gratia lacri
marū. ¶ Beatus greg. exponēs
illud iudiciū vbi dicitur ꝙ caleph tri-
buit axe filie ſue irriguū inferius ⁊ ſu
perius. dicit ſic. Axa ſup̄ azinū ſedet
cū irrationabilibus carnis motibus a
nima preſidet. q̄ ſuſpirans a patre ter-
ram irriguā petit. quia a creatore cum
magno gemitu cordis querēda eſt gra
tia lacrimarū. Sunt eīm qui iam rece-
perunt libere pro iuſticia loqui oppreſ-
ſos nō teneri. indigentibus tribuere.
ardorem fidei habere. ſȝ adhuc gratiā
lacrimarū nō hn̄t. hi terrā hn̄t auſtra

lem arentē. ſȝ adhuc irrigua indigent
q: in bonis opibus poſiti in quibus ⁊
feruētes ſunt. oportet vt timore iudicij
vel amore regni celeſtis mala etiā que
ꝑpetrauerūt deplorēt. Dat ḡ pater ir-
riguū ſupius cū ſe in lacrimis celeſtis
regni deſiderio affligit. irriguū ꝟo in-
ferius accipit cū inferni ſupplicia flen
do ꝑtimeſcit. prius aūt inferius ⁊ poſt
irriguū ſupius datur. Sed q: ꝯpūctio
primū dignitate neceſſe fuit vt prius
ſupius irriguū ⁊ poſt inferius poneret
hec greg. ¶ Quōvero ꝑ vitā virtu
oſam ⁊ ſolicitudinē diligentē circa ſa
lutē aīe ſue. ſit etiā querenda a deo gra
tia lacrimarū. petrus damiani probat
ſic dicens. ſi gratia ſpūſſancti hoīm de
fuerit licet mentē quis ad ſupnaȝ glo-
riā ſubleuare ꝯtēdat. licet gehēne ſup
plicia vel pctā preterita ad memoriaȝ
reducat vel etiā dn̄ice paſſiōis recolat
ꝓpter hec tamen oīa lacrime nō erū-
punt. cui mentis archana peccatis ex
igentibꝰ obdureſcūt. Tu aūt ſicut pru
dens ⁊ opoſus agricola. agꝝ tuū inde
ſinenter exerce. terrā tuā cordis ⁊ cor
pis vomere ſancte diſcipline ꝑſcinde
viciorū vepres extirpare ꝯtende. ⁊ ſic
paratus quotidie tenſis in celuȝ oculis
ſupni ymbris mundiciā preſtolare. nā
ſupius ille arbiter videlicȝ occultus in
ſpector liȝ ad tps aquā ꝓuida diſpen
ſatōe ꝯtineat. ſi te ſic ſolerter agēt ac
vigilē eſſe ꝯſpexerit. agꝝ ſuū in proxi
mo criſmatis ymbribꝰ irrigabit ⁊ ita
virtutum floribus diuerſis ager orna-
bit. vt q̄ eatenus ſqualidus ac ſterilis
videbatur iam prouentu exuberantiū
ſegetuȝ cumuletur. Quiſquis ergo nō
tam arido corde merere q̄ȝ ⁊ lacrima-
rū inundantia queris effluere. non ſo
lum te a negociorum ſtrepitu ſeculari
um remoueas ſed et a fraterni ſepe col
loquij mutua confabulatione te com-

peſcere. Omnes a te mundatie actio-
nes curas ac ſollicitudinis amputas.
et eas tanq̃ȝ rudorũ moles ⁊ meatus
obſtacula obſtructi fontis ſubmouere
feſtina. Sic enim in cauerna terre de
abyſſo veniens aqua colligitur. ſed ob
icibus oppreſſa nõ effluit ſic in huma-
no corde ↄſiderata profunditate diui-
ni iudicij triſticia naſcitur. que tñ per
fletum lacrimis erũpentibus nõ ema
nat. ſi terrenorũ actuũ ſufflamen obſi-
ſtat. Triſticia quippe lacrimarum ma
teria eſt ſȝ vt huiuſmodi fontis poſſit
vbertatis vena ꝓfluere. ſatage cũcta ne
gocij obſtacula remouere. Maliciam
quoq̃ȝ iram ⁊ odiũ ⁊ reliquoꝝ viciorũ
peſtes ð atro tui cordis elimĩa. ne ſi te
vt pꝫ de maria magdalena. Qñqꝫ au‑
tem prius remittit culpã per gratiam
opantẽꝫ et poſtea per gratiã coopan‑
tem ſucceſſiue tollit peccati reliquias
hec thomas. Vñ ſunt nõnulli peniten
tes qui forte cogitatõe a delectacioni‑
bus carnis ſe ſeparant. nichil volũt il
licitũ ĩ ſua cogitatõe tolerare. carnis
ſtimulũ ꝑfecte cupiũt vincere. et ad ſũ
mum virtutum deſiderãt ꝑficere. ſed
tñ adhuc de corruptione corporis cõ‑
tradictõeꝫ ſenciũt incẽtiua carnis ali
as temptatões carnis tolerantes. de
hoc beatus gre. viij mora. ſic di. Mẽs
hoĩs penitẽtie dolorib⁹ preſſa ĩ ſemet
ipſa ꝯſtringit̃ atqꝫ a cunctis delecta‑
tionibꝫ carnis forti cogitatõe ſepara
tur ad ſummã proficere appetit et tamẽ
adhuc de corruptõe corꝑis ꝯtradictio
nem ſentit. vñ per iob dr̃. Circũdedi
ſti me carcere. Carcere homo circũda
tur. qꝛ plerũqꝫ et virtutũ profectibꝫ ad
alta ſurgere nitit̃ et tamẽ carnis ſue pre
peditur corruptõe Sꝫ ſancti viri quo
mũdiori corde celeſtium archana cõ
ſiderant. auctis adhuc quotidie ardo
ribus anhelant et ibi iam pleni ſacia‑
ri deſiderant. Unde adhuc parum ali
quid ore contemplationis degustant
perfecte cupiunt carnis ſtimulum vĩ
cere nihil in cogitatione illicitum de
eius iaꝫ corruptione tolerare ſꝫ quia

ſcriptū eſt. Corpus qđ corrumpit̄ ag
grauat animā intentōe quidem iam
vltra ſemetipſos eminēt ſed tamē ad
huc infirmitatis ſue incertis motibꝫ
ſubditi corruptōis ſue carcere clauſoſ
ſe dolent Quod ſe tamen nec a iuſtis
ſuperbe requiritur. qui amore verita-
tis ſuccenſi. infirmitatis ſue anguſti-
as tranſgredi ꝑfecte cōcupiſcunt. nec
ab auctore iuſtorū iniuſte diſponitur.
quam electoꝝ ſuoꝝ vota differēs cru-
ciat. crucians purgat. vt ad percipien
dum qđ deſiderāt qn̄ꝗ melius conua
leſcant. Electi autē quouſqꝫ ab itima
quiete differūt ad corꝰ ſuū redeūt. ibiqꝫ
carnis ſue tumultibus abſconſi quaſi
amenīſſimū ſecretariū petūt. Sed in
eo ſepe temptatōis aculeos ſentiunt
carnis incētiua paciūtur et ibi grauiſ
ſimos labores ꝑferunt: vbi magnam
requiem a labore queſierūt. hec greg.
Sed penitentes vel iam per penitenti-
ciam emūdati nō debent turbari. ſi pec
cata prius ꝯmiſſa vel quecūqꝫ alia eo
rum corda pulſent. aut temptent dum
modo laborēt. ne cadant in opus vel
conſenſum peccati ❡ Nam ſu-
ſtinere temptatōes ſine perfectione
prauorum operum non eſt damnatio
ſed potius occaſio agende virtutis te
ſtante hoc yſidoro qui dicit Qui ad pe
nitentiam cōuertuntur perturbari nō
debent ſi rurſum poſt emendatōē relic-
ta vicia corda pulſent. dummodo nō
erumpant in cōſenſū vel opus. Fer-
re enim cogitatōes ſine perfectōe vici
orum nō eſt ad damnatōē. nec eſt occa
ſio ſubeundi criminis ſed potius agē-
de virtutis. vtile enī eſt ſeruo dei poſt
conuerſionem temptari. quatinus a
torpore negligētie ſollicitātibus vitijſ
ad opera virtutis animū exercicium
prepararet vitioꝝ. hec yſodorꝰ. ❡
Sciendum etiam ꝙ ſunt nonnulli pe
nitentes qui ſe pro ſuis exceſſibus la
mētis afficiūt. ſꝫ finita orōe. animū
ad gaudia terrena iterū relaxāt. et fit
vt ꝑ nimiū riſū hoc perdāt. qđ priꝰ ꝑ
gemitū lucrati fuerāt. de hoc dicit bea
tus gre. ſup Ezechielē. Sūt nōnulli
q̄ iā a vitijs ſe abſtinēt ac virtutibꝫ ex
ercent ⁊ maloꝝ p̄teritoꝝ ꝯſcīq lamētis
ſe in ꝑcibꝫ afficiūt. ſꝫ finita ꝑce. leti tē
poralibꝫ gaudijs. negligētem animū
dimittūt. ne curāt. ne in eis lacrimaꝝ
mēſura imoderata gaudia tranſeat.
fitqꝫ vt bonū nimie ridēdo ꝑdant. qđ
plangēdo lucrati fuerāt. hec gre. Sūt
etiā nōnulli qui iā ꝑua acta nō ſolū de
ſerūt. ſꝫ etiā cū magnis gemitibꝫ. que
ſe male egiſſe meminerūt deplorāt. et
tn̄ cū recordātur eoꝝ q̄ ꝯtra dn̄m pec
cādo egerūt. magno timore concutiū
tur. et quāuis ſe ꝑfecte ad deū ꝯuer-
tāt. tn̄ de ſua ſalute ſollicit formidant
nam ad memoriam veniunt praua o-
pera. que perpetrauerant. Et vtrū di
gne illa ꝑpetrauerint neſciunt. ⁊ ple-
rumqꝫ iam omnipotens deus peccata
relaxat. ſed tamen afflicta mens dum
valde ꝑtimeſcit de venia trepidat. hoc
tangit beatus gre. iiij moralium ſuper
iob. Erit ſeruus liber a domino dicēs
Scriptum quippe eſt. Omnis qui pec
cat. ſeruus eſt peccati. quia nimirum
quiſqꝫ ſe prauo deſiderio ſubicit. iniqui
tatis dominio dudum libera mentis
colla ſuppoſuit. ſed huic dominio con-
tradicimus cum iniquitati. que nos
ceperat reluctamur. cū cōſuetudini vi
olenter reſiſtimus. et deſideria peruer
ſa calcantes contra hanc nobis in li
bertatis ingenite vendicamus cum
culpam penitudine percutimus. ⁊ ma
culas ſordiū fletibus lauamus. Ple
rūqꝫ autē iā q̄dē mēs qđ ꝑuerſe egiſſe
ſe meminit deplorat. iā ꝑua acta nō ſo
lū deſerit. amariſſimis etiam lamen

tis punit. ſed tamen dū eorū . que egit
reminiſcit. graui de iudicio pauore te
netur iā ſe ꝑfecte ꝯuertit. ſed adhuc ſe
perfecte in ſecuritate nō erigit. qꝛ duꝫ
quanta ſit diſtrictio extremi examinis
penſat inter ſpem ⁊ fortitudinē ſolli-
cita trepidat. qꝛ iuſtus iudex veniens
quid de ꝑpetratis reputet quid relax-
et. ignorat. nam qꝫ praua ꝯmiſerit me
minit ſed an cōmiſſa digne defleuerit
neſcit. ac ne culpe īmanitas modū pe
nitentie trāſeat metuit. Et plerūqꝫ cul
pam iam veritas relaxat. ſed mens af
flicta adhuc de venia dū valde ſibi ſit
ſollicita trepidat. Seruus ergo hic iā
liber nō eſt. qꝛ peccatū ſuum homo iam
corrigendo et penitendo deſerit ſed ta
men adhuc diſtrictum iudicē de eius
retributione ꝑtimeſcit. Ibi ergo ſer-
uus a domino liber erit vbi de peccati
iam venia dubietas nō erit. vbi iaꝫ ſe
curam mentē culpe ſue memoria non
addicit. vbi nō ſub reatu animus tre-
pidat. ſed de eius īdulgētia liber exul
tat. ſed ſi nulla ibi hō peccati ſui me-
moria tangitur. ereptū ſe eſſe vndiqꝫ
gratulatur aut quō largitori ſuo grati
as referat de venia. quam accepit ſi ī-
teruenięte. obliuione tranſacte neq-
cie. eſſe ſe pene debitorez neſcit. Neqꝫ
eñ neglecte ꝑtereūdū ē qđ pſalmiſta.
ait. Miſericordias domini ineternuꝫ
cantabo. quō eñ mīas dñi ī eternū cā
tat ſi ſe fuiſſe miſerū ignorat. Et ſi mi-
ſericoidie trāſacte nō meminit vñ mi
ſericordie largitori laudes reddit. Sꝫ
rurſum querēdū eſt. quō electorū mēs
perfecta eē in beatitudīe poſſit. ſi hāc
inter gaudia memoria ſui reatus tan-
git. aut quomodo perfecte lucis clare
ſcit gloria. quā reducta ad aīm obum
brat culpa ¶ Sed ſciendum eſt ſi
cut ſepe nūc triſtitia reminiſcunt leti
ita tunc tranſacte nequitie ſine leſione
noſtre beatitudīs recordamur. Plerū
qꝫ etiā incolumitatis tꝑe ad memori
am dolores preteritos ſine dolore re-
ducimus. ⁊ quo egros nos recolimꝰ
eo nos incolumes plus amamꝰ. Erit
ergo et in illa beatitudīe culpe memo
ria. nō que mentem polluat ſed que le
ticie arcius aſtrīgat. vt dū doloris ſui
animus ſine dolore reminiſcitur. ⁊ de
bitorem ſe modico verius intelligat.
et eo magis acceptam ſaluteꝫ diligat
quo moleſtie meminit quā euaſit X
In illa eñ leticia ſic tūc mala nrā ſine
tedio concupiſcimus. ſicut nūc in lu-
ce poſiti. ſine vlla cordis caligine am̄
mo tenebras videmus. qꝛ ⁊ ſi obſcu-
rum eſt. qđ mente cernimꝰ de iudicio ē
hoc luminis. nō de paſſione cecitatis
Et in eternū ergo laudes mīe largito
ri noſtro referimꝰ et nequaquā ꝑſcie
miſeria grauamur. qꝛ dū mala noſtra
ſine aliquo mentis malo reſpicimus
nunqꝫ erit ꝙ corda laudantiū de trāſ-
actis iniquitatibꝫ polluant. ⁊ ſemper
erit ꝙ hec ad laudem liberatoris accē
dat. Hec grē. Ex his ergo dictis ſan
ctiſſimi viri colligere poſſumus diffi
cile poſſe homines perfectam ſecuri-
tatem in hac vita de remiſſione pecca-
torum habere. hec eñ libertas eſt om
nis ſalutis perfecta ſecuritas. que in
eterna ſolum patria habebitur. Et iō
laborare debemus. quatinus ꝑ penitē
ciam et bona opa. ad illam requiem
vbi nullus timor ſed ꝑfecta ſecuritas
⁊ ſecura iocunditas eſt ꝑuenire vale
amus. Et qꝫuis ſuperius dictū eſt. ꝙ
pacta congrua et decenti penitētia. nō
ſit opus vt homo agat vlterius penitē
ciam exteriorem. ſꝫ qꝛ incerti ſumus
de ꝑfecta peccatoꝝ remiſſione. iō val-
de ſalubre eſt omnibꝫ. maxime tamen
illis qui multa ſcelera et enormia cō-
miſerūt vt qꝫ diu ī hoc corpuſculo du

tant in penitētia exteriori q̄ꝫ interiori
ſe exercere ſtudeant. melius eſt ampli
us facere q̄ꝫ minus. vt ex hoc tanto
maiorem fiduciam de venia peccatorū
ac de celeſti gloria ī ſuis extremis ha
beant. quanto cōſtantius ꝛ diutius in
caſtigatōe ſui corpis ꝛ bonis opibus
modo perdurant. De hoc hugo de ſan
cto victore ſic dicit. Penitentia alia ē
exterior alia interior. Exterior eſt ī af
flictōe carnis. Interior eſt in cōtritōe
cordis. ꝑ exteriorē caſtigat̄ culpa pra
ui opis. per interiorē emundatur cul-
pa praue voluntatis. Scdm̄ q̄ꝫtitatē
delicti menſura correctōis penſanda
eſt. agite inq̄t fructus dignos peniten
tie. aliud em̄ eſt fructus penitentie. a-
liud eſt ipa penitētia. ſi diſplicet tibi.
quod feciſti. pn̄iam agis. ſi perſeque-
ris ꝛ punis. quod feciſti. fructus peni
tentie facis. Et q2 ſm menſuram de-
licti. correctōis menſura penſanda ē
ideo fructus dignos penitētie nos fa
cere oportet. Si in correctōe minor ē
afflictō q̄ꝫ culpe delectatio fuit. nō eſt
fructus dignus penitentie tue A
Sed dicis mihi quō ſcire poſſum qn̄
condigna ſit penitentia mea Quia ſci
re hoc nō potes. iō neceſſe habes ſem
per penitere ſatiſfacere potes. nimis
facere nō potes. melius eſt vt plus fa
cias q̄ꝫ minꝰ. Idcirco ſollicitus eſto
ſatage. da operā. ſtudium impende. vt
culpa ſit cū fine. deuotio ſine fine Hec
hu. Et q̄ꝫuis ſm Cri. B Sine ī ī
teruallo lacrime penitētis ꝛ remiſſio
peccatoꝝ ſil' ſint. hoc eſt veꝝ quantum
ad culpam ſiue offenſam dei quaꝫ ſta-
tim remittit ſine mora. Sed ſm Al-
bertum qui dicit ī tractatu ſuꝑ miſſaꝫ
ꝙ oportet hominem per multa trahi
anteq̄ꝫ peccatū penitus deſtruat̄. quā
tum ad maculam. Et ideo vt premiſ-
ſum eſt multū fructuoſum eſt ꝛ ſalubre
ꝓpter maiorem ſecuritatem vt homo ī
actibꝫ penitentie ꝛ bonis operibꝫ per
ſeueret vſq̄ꝫ in finem C Circa qđ
etiā notandum ꝙ ſunt nonnulli. qui ꝑ
durantes in carnis integritate cū ſe
reſpiciunt minus habere. quod defle-
ant ad feruorem ſpiritus ꝛ deuotōis
per amorem ſe inflammare nō curant
Et ſepe nonnulli poſt carnis peccata
etiam enormia. ad deum ꝑ penitentiā
reuertentes tanto ſe bonis actibꝫ fer
uentius exercent. quanto ſe conſpici-
unt grauius erraſſe. Et fit plerūq̄ꝫ vita
iſtoꝝ deo acceptior q̄ꝫ illoꝝ. qui ſibi ſuf
ficere vite ſue innocentiaꝫ putabant.
De hoc dicit Beatus gre. in cura pa-
ſtoris. Sepe nonnulli ad deum poſt
carnis peccata reuertentes tanto ſe
ardentius in bonis actibꝫ exhibēt q̄n
to dānabiliores ſe de malis culpe vi-
dent. Et ſepe quideꝫ in carnis integri
tate ꝑdurantes cū minus ſe reſpici-
unt habere qđ defleant. ideſt plene ſi-
bi ſufficere vite ſue innocētiaꝫ putāt
atq̄ꝫ ad feruorem ſpiritus nullis ſeat
doris ſtimulis inflammant ꝛ fit plerū
q̄ꝫ deo gratior amore ardēs vita poſt
culpam q̄ꝫ in ſecuritate torpens inno-
centia. hec gre. Vn̄ vnuſq̄ſq̄ꝫ in quocū
q̄ꝫ ſtatu ſit poſitus. ne tardet ꝑ penitē
tiā ꝛ bona opa cōuerti ad dominū. Si
quis carnis integritatem in ſe nōdū
violauit. gratias agat deo de tanto do
no ſibi collato ab ipſo. reuocet tn̄ ante
oculos mentis ſi quid per cōſenſum vl'
delectationē carnalis peccati enarra-
uerit vel ſi etiaꝫ ꝑ ſpiritualia vicia ſeu
quecūq̄ꝫ alia peccata deum offenderit
et pro illis compungatur ꝛ agat peni-
tentiā ꝛ ꝑ bona opa ꝛ humilitatē cor
dis integritatē ſtudeat in ſe conſerua
re. nā ſi talis in caſtimonia ꝑſeueraue
rit. ꝛ circa hoc timorē dei ꝛ humilita-
tē habuerit. ꝛ ſe in bonis opibꝫ exerc-

citauerit maiorẽ grãm ac feruentiorẽ caritatẽ a dño obtinebit. Si quis vo lapſus eſt in carnalia peccata vel alia crimina: non tamen multa. redeat ad ꝯſcientiã ⁊ ꝑ opa penitẽtie ⁊ lacrimas ſatagat ſua facinora emẽdare. Si quis autẽ in multa crimina eſt ꝓlapſus. ⁊ multa pctã enormia ⁊ turpia ſe deprehendit ꝯmiſiſſe. ⁊ longo tẽpe in his ⁊ in alijs vicijs quibuſcunq̃ ꝑſeueraſſe nec talis debʒ deſperare ſed ex toto corde ſe debet ad dñm ꝑ penitentiã ꝯuertere. Et quanto ſe ꝯſpexerit ꝯtra ſuũ cõditorem magis deliquiſſe. tanto ꝑ potiora penitentie opa ac lacrimaꝝ compunctionem laboret deo ſatiſfacere. ⁊ de cetero a ſimilibꝫ cauere. ⁊ in bonis actibꝫ vſq̃ ad finem vite ꝑſeuerare. ſi ſic egerit. ꝓculdubio veniam peccatoꝝ et gratiam a dño obtinebit ⁊ ꝯſequet̃.

D Et notandũ etiam q̃ verus penitens nihil ꝑdit de tpe. ꝑ ſatiſfactõeʒ recupat tempus ꝑteritum. ꝑ bona opera cuſtodit ⁊ tenet tempus ꝑſens. futurum vero tempus ꝑ bonum ꝓpoſitũ ſeu voluntatẽ. Quod ꝓbat beatus Bern. ſic dicens. Verus penitens de tpe nihil ꝑdat ꝑteritum recupat ꝑ ſatiſfactionem. ⁊ ꝑſens tenet ꝑ bonã opatõem ⁊ futuꝝ ꝑ immobilem voluntatẽ. Sic igit̃ habemus de penitentia ⁊ eius ptibus videlicet cõtritione. ꝯfeſſione. ⁊ ſatiſfactione ⁊ de circũſtantijs tangentibꝫ ipãʒ pñiam ⁊ eius ptes. F Filius.

Q Onſidero vim penitẽtie. ⁊ quodam tremore ꝯcutior eo q̃ plures penitẽtes poſt ꝯuerſionẽ ſuam ad deum ꝑ introitũ ordinis. habitũ religionis aſſumentes. minus diſcrete ſe habent. nam ꝑ immoderata ieiunia ⁊ indiſcretas vigilias ſeu alias caſtigationes corpus ſuum nimis affligẽtes nonnunq̃ dolorẽ capitis ⁊ corpis debilitatem incurrunt vel etiã ſenſum rõnis ꝑdunt. ⁊ ꝑ ꝯſequens efficiunt̃ ſibi ⁊ alijs inutiles. ad hoc cauendũ rogo te. vt de virtute diſcretionis me inſtruere velis vt in his que agenda ſunt ſꝑ cautus ⁊ circumſpectus eſſe poſſim.

Capitulum. V. Pater. E

De diſcretiõe ſuper qua petis informari ſcire debes q̃ hec virtus vicʒ diſcretio omni volenti deo ſeruire multũ eſt neceſſaria. maxime tamen penitẽtibꝫ et nouiter conuerſis ad viam ſalutis. nam ſunt nonnulli. qui poſt multa peccata ſtatum religionis aſſumẽtes opa penitentie aggrediunt̃. ⁊ ſeipſos per abſtinentiam nimiaʒ vigilias ieiunia ac ceteras caſtigatões corporales. indiſcrete affligũt. ⁊ ſic corpore debilitato vires ad bene agendũ in ipſis deficiunt. nonnunq̃ etiam ſenſus amittunt ſpiritus extinguitur ⁊ totus ſpiritual' profectus diſſipat̃. hec vero indiſcretio oritur ex feruore ſpiritus. queʒ nouelli ⁊ nouiter ꝯuerſi habent ⁊ a bona voluntate ſm quã etiã ſepe regunt nõ ſm rationem. nam tales volẽtes pro ſuis exceſſibus ſatiſfacere domino ſemetipſos ꝑ indiſcreta opa penitentie afficiũt ⁊ hoc iõ faciũt. q; ꝑ talia facta putãt ſe placere ſeu obſequiʒ deo ſe ꝑſtare ſʒ q̃cũq̃ talibꝫ ꝑplexis laq̃is ſe circũdatũ ſenſerit. ſciat eẽ hoc tẽptationẽ diaboli ſubtilẽ. ipſe enĩ hoſtis ãtiquus laborat. vt ꝑ vitiũ indiſcretõis tollat de corde hõis dilectõʒ dei. ⁊ boni opis effectũ. F De quo. b. ber. ſic dicit. Nõ hʒ calidus hoſtis machinamẽtum efficacius ad tollendam de corde dilectionem. q̃ ſi efficere poſſit vt in eo incaute ⁊ non cum ratione ãbuletur. vbi autem vehemẽs feruor et emulatio. vbi maxime diſcretio neceſſaria eſt. que eſt ordinatio caritatis.

diſcretio non tam virtus eſt quã que-
dam moderatrix affectuũ ⁊ morũ doc
trix. Vñ qui in diſcretõe cõuerſat̃. ſu
am ipſius ſalutem operatur. Hec ber.
Neceſſe igit̃ eſt vt cauti ⁊ circũſpecti
ſimus tam in cauendis malis ꝗ̃ in a-
gendis bonis. vt noſtra facta ſorcian
tur bonum finem. Unde beatus greg.
iiij. morali. di. Sepe eñi qđ bono ſtudi
o gerimus dũ diſcernere negligimus
quo iudicentur fine neſcimus. ⁊ non
nunꝗ̃ hoc fit reatus criminis. qđ pu
tatur cauſa virtutis. vnde neceſſe eſt.
vt nõ ſolũ intueamur quid agimus.
ſed etiam cũ quanta diſcretõe peraga
mus. primũ quidẽ. ne mala quoquo-
modo agamus poſtmodũ vero ne bo-
na incaute faciamus. Hec gre. Qui
cunq; ergo operatur opus bonum in-
diſcrete vltra vires corpus ſuum af-
fligendo. magis peccat ꝗ̃ meret̃. te-
ſtatur hoc beatus bernardus qui dicit.
De rapina holocauſtũ offert. qui ni-
mia egeſtate vel ſomni penuria corp9
ſuum imoderate affligit. Et Caſſian9
in collationibꝰ patrũ magis aũt pec-
cat ꝗ̃ meretur. qui vltra vires ſuas bo
num operatur. ¶ Quaꝫ ſit vero
periculoſum indiſcretiõis viciũ di.
Beatus bernardus in epiſtola ad Car
thuſ. Sunt namq; corporalia exerci
cia in quibꝰ neceſſe eſt corpus labora
re. ſicut ſunt vigilie ieiunia ⁊ alia hu
iuſmodi. que ſpiritualia non impedi-
unt. ſed adiuuant ſi cũ rõe ⁊ diſcretio
ne fiant. que ſi ex indiſcretõnis vicio
ſic agant̃. vt vel deficiẽt ſpiritu vel lã
gueſcente corpe ſpiritualia ĩpediãt̃.
qui ſic, ẽ corpi ſuo faciẽs afflictõꝫ. tu
lit boni opis effectũ. ſpiritui affectum
proxio exẽplũ. deo honorẽ. ſacrilegus
eſt ⁊ horũ oĩm in deo reus. tamen ali-
quã do affligẽdũ eſt corpus. ſed ꝯcerẽ
dum. qꝛ modus in omnibꝰ eſt haben-
dus ꝓpter quod ad modicũ. ſed tñ nõ
in concupiſcẽtijs cura carnis gerẽda
eſt. agenda vero ſobrie ⁊ cũ ſpirituali
quadã diſciplina vt neq; in modo ei9
neq; in qualitate neq; in quãtitate ap
pareat aliquid. quod nõ deceat ſeruũ
dei. nõ ſolũ in hoc ſed ⁊ omnem vitaꝫ
noſtram. quamuis hominibꝰ occultaꝫ
exhibere debemus ſanctaꝫ ⁊ honeſtam
omnẽ ꝯuerſatõꝫ noſtram. ſanctis an-
gelis ꝯſpicabilem agere ⁊ delectabile
quãuis inter domeſticos parietes in-
cluſam. Hec bernar. Vñ Abbas yſaac
¶ Corpus infirmũ ſi ſupra virtutẽ
ad opa coegeris obtenebrationẽ ſem
per imponit anime. ⁊ ꝯfuſionẽ magis
ſup inducit. Corpus vero forte ſi oci-
oſitati ⁊ requiei dederis omnis mali
tia pficitur in anima habitante in eo.
Unde maior ẽ omni virtute diſcretio
Hec yſaac. Ex his igitur dictis colli
gere poſſumus ꝙ bona opa magis in
digeant diſcretione ꝗ̃ deuotione. et
quãuis deuotio deum amantis termi
num nõ debeat habere. debet tamẽ ter
minum ⁊ diſcretionem habere opus
bene opantis. De hoc dic̃. beatus gre.
ſic. Nolo vos orare vſq; ad tedium
ieiunare vſq; ad defectum. flectere ge
nua vſq; ad debilitatem bona eñi ope
ra nõ tam indigent deuotõe ꝗ̃ diſcre
tiõe. Et beatus bernardus. Sicut nul
lum terminuꝫ vel finẽ debet habere de
uotio amãtis. ſic ſuos terminos ad ſi
nes ⁊ vigilias dꝫ habere actio operã
tis. nam virtus diſcretionis abſq; ca
ritatis feruore iacet. ⁊ vehemens fer
uor abſq; tẽpamẽto precipitat. Hec
ber. Unde quilibet homo corpus ſuũ
cũ diſcretiõe caſtigare debet. ⁊ curam
apud illud negligẽter quaſi circa egro
tum ſibi commendatum adhibere. ad
quod iterum hortatur beatus Bernar
dus ſic dicens. Quia omnis inſtitutõ

animalis hominis circa corpus eſt. ⁊
circa ꝯpoſitōꝫ exterioris hominis. iō
docēdus eſt racionabiliter mēbra ſua
caſtigare. ⁊ inter carnem ⁊ ſpiritū que
inuiceꝫ iugiter aduerſuꝫ ſe ꝯcupiſcūt
iuſtum ratōis ac diſcretōis habere iu
dicium. nec alicuius coꝝ iudicio pſo-
nam coꝝ accipere docendus eſt. ſic ha
bere corpuſ ſuum ſicut iumentuꝫ com-
mendatum cui etiam multa volenti in
utilia ſunt neganda. vtilia vero etiaꝫ
non volenti ſunt iniūgenda ſic vero de
eo agere ſicut de nō ſuo ſed eius a quo
precio magno empti ſumus vt glori-
ficemus eum in corꝑe noſtro. Hec hec.
I Igiť ſciēdum eſt tam magnā eē
diſcretōis virtutē ꝙ ſine illa virtus
pōt pfici ⁊ ī ſuo vigore ꝑmanere. nec
quemꝗꝫ ad ſtatū pfcōis ſine illa poſ-
ſe peruenire. De qua habeť ī ſcđa col
latōe abbatis moyſi in hūc modū. Di
ſcretio ſine q̄ nihil agere oīno ſcrip
ture auctoritate ꝑmittim̄ ita vt ne ipꝫ
quidē ſpirituale vinū qđ letificat cor
hominis ſine ipi⁹ ſinamur moderatōe
percipe ſꝫ illud cū ꝯſilio omnia opera
fac cum ꝯſilio vinum bibe. Et iteruꝫ
ſicut ciuitas muris diruta ⁊ nō circun
data. ſic eſt vir qui nō cū ꝯſilio aliq̄d
agit. Cuius priuatō q̄ꝫ ꝑnitōſa ſit mo
nacho teſtimonij huius exēplū ac fi-
gura declarat dirute em̄ ac ſine muris
ꝯpans ciuitati. in hac ſapiētia. intel-
lectus ſenſuſꝗꝫ ꝯſiſtit. ſine quib⁹ nec ī
terior noſtra edificari poterit domus.
nec ſpiritales poterūt. diuitie ꝯgrega-
ri. ſecundū illud Cū ſapiētia edificať
domus. ⁊ cū intellectu iteꝝ erigiť. cuꝫ
ſenſu impleńť neceſſaria omnib⁹ di-
uicijs ⁊ pcioſis bonis. Quib⁹ maniſe
ſtiſſime declarať. nullā ſine diſcretōis
gratia pfecte poſſe vel perfici vel ſtare
virtutem. Et ita tam bea. Anthonij q̄ꝫ
vniuerſoꝝ ſnīa diffinitū eſt diſcretōeꝫ
eſſe que fixo gradu intrepidū mona-
chum pducat ad deum. ceterꝗꝫ virtu
tes iugiter conſeruat illeſas. cū q̄ ad
conſūmatōis excelſa faſtigia minore
poſſit fatigatōe ꝯſcēdi. ⁊ ſine qua mul
ti etiā ꝓpenſius laborātes pfcōnis
nequiuerūt culmen attingere. Omni
um nāꝗꝫ virtutū generatrix cuſtoſ mo
deratrixꝗꝫ diſcretio eſt. Hec moyſes
abbas. K Notandū etiā ꝙ ſine
diſcretione virtutes bone eſſe nō poſ
ſunt. qꝛ ꝑ indiſcretionē ipſe virtutes
virtutis nomen amittūt. Et iō ſine di
ſcretione vera bona aiī. que ſunt vir-
tutes. nec acquiri poterūt nec ꝯſerua-
ri. Ad ipaꝫ etiā ptinet diligēter atten-
dere q̄ꝫtū quiſꝗꝫ quottidie ꝓficiat vel
deficiat ⁊ inualitudineꝫ ſui corꝑis ſeu
fortitudinē ſolerter penſare ⁊ ꝓut vi-
res ſuppetunt ſe ad virtuoſa oꝑa extē
dere. iſta ⁊ quedam alia tangit richar
dus de ſancto victore in tractatu ſuꝑ
beniamin adoleſcentulo ſic dicens.
Tunc veraciter virtutes credūť eſſe
bone. qn̄ ſunt nō ſolū ordinate ſed eti
am moderate. qꝛ dū virtutes diſcreti
onis moderamen excedunt. virtutis
nomen amittūt. nam timor ſepe min⁹
cadet in deſperatōꝫ. dolor minus in a
maritudinem. ſpes īmoderata in pre
ſumptōꝫ amor ſupfluus in adulatōꝫ
leticia ſupuacua in diſſolutōꝫ. ira irē
ꝑata in furorē. In hūc itaꝗꝫ modum
virtutes in vicia vertūť. ſi ꝑ diſcreti
onē nō modereť. Vn̄ apparet patēter
ꝙ vera bona aiī ſine diſcretōe nō poſ
ſunt acquiri nec ſeruari. merito ergo
illa virtus diligiť ſingulariter ſine q̄
nulla ꝯq̄riť nulla ꝯſūmať. L Et
notādū ꝙ mlťa de diſcretō e legendo
multa diſcimus audiēdo. verūtamen
nūquā ad plenū erudimur ſine experi
entie magiſterio. Primū ğ eſt vt ſata
gamus ſingulꝭ virtutib⁹ ſtudiū freq̄ns

impendere. qđ dū facimus neceſſe eſt
nos ſepius cadere. oportet nos ſepe
reſurgere ⁊ ꝑ freqūtē lapſum addiſce
re qua vigilātia. qua cautela oporteat
virtutū bona acquirere vel cuſtodire.
ſic dum longo vſu virtutū diſciplina
addiſcitꝛ qn̄qꝫ mens diu exercitata ad
plenā morū diſcretionē ꝑducitꝛ. Quā
to em̄ acrioribꝫ temptatōibꝫ vrgemur
quāto crebrioribꝫ periculis exercem̄.
tanto ꝑfectius ad diſcretionē erudi-
mur ⁊ ſepe aliarū virtutum damna. di
ſcretōis ſunt lucra. Etiā ad diſcretio-
nem ꝑtinet diligēter attēdere. frequē
ter diſcutere. quantū animus quoti-
die proficiat. vel quātum forte defici-
at. quibꝫ cogitatōibꝫ magis incurſetꝛ.
quibꝫ affectibꝫ magis tāgitꝛ. debet nō
ſolū vicia cordis ſed etiā inualitudi-
nem corporis ꝑfecte ꝯgnoſcere ⁊ ſꝫ ꝙ
vnūquodqꝫ exigit ſalutis remedia que-
rere queſita adhibere. ipaꝫ noſſe opor
tet nō vicia ſua. ſed ⁊ gratiarū mune-
ra ⁊ virtutū merita. ſed ⁊ ipa diligen-
ter diſtinguere. ⁊ que ſint bona nature
vel dona gratie ſubtiliter penſare. prō
priū habere dicitꝛ. quibꝫ temptatōnum
machinis malignus ſpiritus euꝫ im-
pugnet. quantis ſpiritualiū gaudiorū
ꝯſolationibꝫ habūdet. ꝙ frequēter eū
diuinus ſpiritus viſitet. ⁊ vt totū bre
uiter concludam. Debet diſcretio nr̄a
totū īterioris ⁊ exterioris hoīs ſtatū ⁊
hitū quātū poſſibile eſt plene ꝯgnoſce
re nec ſolū qualis ſit. ſed etiam qualis
eſſe debeat ſubtiliter querere. diligēter
inueſtigare. Per hāc eū animus aſſi-
due eruditur qn̄qꝫ ꝑducitur ad plenā
ꝯgnitōꝫ ſui. cūqꝫ animus diu exercita
tus in virtutibꝫ in ꝯgnitōe ſui plene
eruditus fuerit. ad ꝯgnitōꝫ quoqꝫ dei
poterit ſuſtolli. Hec richardus. Ecce
quāta eſt virtus diſcretōis que nō ſo-
lū ꝓuehit ad virtutū ꝑfectōꝫ. verū eti

am ad dei ꝯgnitōꝫ ſiue ꝯtemplationē.
idcirco ab vnoquoqꝫ religioſo ⁊ volē
ti in ſpirituali vita ꝓficere eſt merito
diligenda. Filius.

Hanc diſcretōis virtutē vt audio
omni volenti ꝓficere in religio-
ſa vita multū neceſſariā eē ꝑpendo. ſꝫ
quō quis ad illā ꝑuenire valeat vel ꝑ
quē modū acqritꝛ hec virt⁹ de hoc pe
to informari. Ca. VI Pater

Scire debes qđ
virtus diſcretōis maxime ꝑ
duo acquiritur. Primum eſt diligen̄
inſpectio exemploꝝ ꝓcedentiū patrū
nā cum nos ſtudioſe legēdo inueſtiga
mus vitā ſanctorum patrū qualiter ī
hoc mundo vixerunt. quid nobis aut
quomodo agendū ſit per eoruꝫ diſcre
tionem. ⁊ exēpla docemur. De hoc be
atus gre. xxviij. mo. ſuꝑ illo ꝟbo quiſ
tēdit ſuꝑ eā lineā ſic dt. Suꝑ hāc em̄
terrā linea tēditꝛ. qn̄ electe vnicuiqꝫ a-
nime ad ſūmēdi viuēdi regulā patruꝫ
ꝓcedētiū exēpla mōſtrātꝛ. vn̄ ex vita il
loꝝ ꝯſideret. qđ ī ſuis actibꝫ ſeruet. q
ten⁹ reſpectu iuſti limitis tramite. nec
īfra minīa negligēs deficiat. nec vltra
maxīa ſuꝑbiēs tēdat. nec min⁹ cogetꝛ
ſupplere ꝙ ſufficit. nec accipiat pluſꝗ
acceperit. Ne aūt ad mēſurā quā dꝫ ī
ꝑueīat aut eādē mēſurā deſerēs extra
limitē cadat. Anguſta quippe porta q̄
ducit ad vitā ⁊ ille hāc īgreditꝛ. q ī cū
ctis q̄ agit diſcretōis ſubtilitate ꝓter
hāc ſollicite coartatꝛ. nā q ꝑ volupta-
tes ꝓprias ſecura mēte ſe dilatat. āgu
ſte ſibi porte aditū dānat vt ergo huiuſ
terre mēſura ſuetꝛ ſuꝑ eā diuinitus li-
nea tēdatꝛ. Quia vt noſtra opa vl' mi
nora ꝓficiāt vl' maiora moderētꝛ. ꝑ ſa-
cra eloqa ſubtil' añ nos ſāctoꝝ vita ex
panditur. et quid nobis et quantū ſit a
gendum oſtēſa eorū diſcretōe diffinitꝛ

N Sciendū etiā ꝙ plerūqꝫ virtuſ
cū indiſcrete tenetur amittit cum diſ-
crete intermittit plus tenetur. Nec
mirū ſi id in corporeis rebus videmꝰ
Ex ſtudio nāqꝫ cū arcus diſtēdit etiā
in ſuo tp̄e cū vtilitate rēdatur qui ſi o
ciū relaxacōis nō accipit feriēdi. vī ip
ſo vſu tenſiōis perdit. Sic aliqñ in ex
ercitatōe virtus cū ꝑ diſcretionē p̄ter
mittitur reſeruat̄ tanto plus vicia va
lenter feriat, quāto a ꝑcuſſione interiꝫ
prudēter ceſſat. Subtili igitur diſcre
tōe ſupꝫ hanc terrā linea tenditur. quā
do oſtenſis vnicuiqꝫ anīe exemplis p̄
cedentiū patrū ⁊ vtiliter ad opacōnē
virtus attēditur ⁊ nōnūqꝫ vtiliter tē-
peratur. Hec gre. O Secūdū eſt
per qđ virtus diſcretōis acquirit̄ ve-
ra humilitas. Oportet em̄ qui vult ad
hanc virtutē ꝑuenire vt ſe humiliet ⁊
nō ſolū que agenda ſunt ſed etiā cogi
tacōes ꝑplexas ſibi aduenīētes ſenio
ribꝰ ⁊ magis expertis intimare ſtude-
at. nec ſuo ſenſu adhereat ſed illoꝝ iu-
dicio ⁊ diffinitōi adhereat ⁊ acq̄eſcat.
Qui igitur ſic egerit nō ſolum decep-
tōes dyaboli euadet. verū etiam in cū
ctis que agenda ſunt magis ſecurus ē
et cautus īcedet. De hoc habet̄ in col
latōe patrū vbi abbas moyſes in ſecū
da collatōe ſua ſic ait. Vera inquit diſ-
cretio nō niſi vera humilitate acquiri
tur. Cuius humilitatis hec erit prima
probatio. ſi vniuerſa nō ſolū que agen-
da ſunt. ſed etiā q̄ cogitat̄ ſeniorū reſ-
uant̄ examini. vt nihil ſuo q̄s iuditio
credens illoꝝ ꝑ omnia diffinitōibus
acquieſcat vt quid bonū vel malū de-
beat iudicare. eorū tradītōe ꝯgnoſcat
Que inſtitutō nō ſolū ꝑ veram diſcre
tionis viam iuuenē recto tramite do-
cebit incedere. verumetiam a cunctis
fraudibꝰ ⁊ inſidijs inimici ſeruabit il
leſum. P Nullatenus em̄ decipi
poterit quiſquiſ nō ſuo iuditio ſed ma
ioꝝ viuit exemplo. nec valebit ignorā
ter alſas ignoratōni eius callidus ho
ſtis illudere. qui vniuerſas cogitatōeſ
in corde naſcētes pernicioſa verecun-
dia neſcit obtegere. ſed eas maturo ex
amine ſenioꝝ vel reprobat vel admit-
tit. illico nāqꝫ vt patefacta fuerit. cogi
tatio maligna inarceſcit ⁊ anteq̄ꝫ diſ-
cretōis iudicium proferatur. ſerpēs
deterrimus velut tenebroſo ⁊ ſubter-
raneo ſpecu virtute confeſſionis pro
tractus ad lucem ⁊ traductus quodā
modo ⁊ dehoneſtatus abſcedit. Tam
diu em̄ ſuggeſtiones eius noxie domi
nantur in nobiſ. q̄ꝫdiu celantur in cor
de. Ethō ſemper ſeniorū ſumma cauci
one ſectanda ſunt veſtigia. atqꝫ ad eoſ
cuncta que in cordibꝰ oriūtur ſublato
confeſſionis velamīe deferēda. Nam
ſciēdum neminēꝫ diffinitōibꝰ ſuis vl
iuditio ꝓprio confidentē ꝑfectōis cul
men aliquādo poſſe ꝯſcendere. ſed ne
dyaboli permitioſa quidē illuſiōe non
decepi. Omni igitur conatu debet diſ-
cretōis bonū virtute humilitatis ac
quiri. que nos illeſos ab vtraqꝫ poteſt
nimietate ſeruare. ad vnum em̄ finem
nimietas ieiunij ac voracitas ꝑuenit.
eodemqꝫ diſpendio vigiliarum īmo
deratio continuata monachūꝫ quo ſō
nij grauiſſimi torpor inuoluit. Nam
per exceſſum continentie debilitatum
quamqꝫ ad illum ſtatum reuocari ne-
ceſſe eſt in quo negligens quiſqꝫ per
īcuriam detinetur. ita vt frequenter
quos ꝑ caſtrimargiā decipi nō potuiſ
ſe conſpeximus per īmoderatōē ieiu-
niorum viderimus deiectos fuiſſe at-
qꝫ in eandem quāꝫ vicerunt paſſionē
infirmitatis occaſione collapſos. vi-
gilie quoqꝫ ⁊ pernoctatōes irraciona
les deiecerūt. quos ſuperare nō potuit
Qua ꝓpter ſcḿ Apoſtolū per arma iu-

ſticie q̄ a dextris ſunt ⁊ a ſiniſtris rec-
to moderamine tranſeūdū eſt ⁊ inter
vtraſq; nimietas diſcretōe moderāte
gradiēdū ē. vt nec a tradito ꝯtinēcie
tramite nos acquieſcam⁹ abduci. nec
rurſum remiſſione noxia in gule vene
riſq; deſideria cōcidamus. Itaq; ſicut
feſtinandū nobis eſt ne appetitu corpo
ree voluptatis in diſſolutoꝝ noxiā di
labamur ⁊ ante ꝯſtitutū tp̄s vl' cibo in
dulgere vl' modū eius excedere preſu
mamus. ita eſt eſce ſomniq; refectio
hora legitima ectā ſi horreat ingeren
da. Utrūq; eñ bellū aduerſarij factio
ne conſurgit ⁊ ꝑnicōſius ꝯtinētia im
moderata q̄ʒ ſaturitas remiſſa ſupplā
tat. ab hac nāq; ad mēſurā diſcretōis
intercedēte ſalutari ꝯpūctōe ꝯſcendi
poteſt. ab illa nō pōt. Hec moyſes Ab
bas. Et quāuis corpus durius ſit tra
ctandū ne rebellet. tñ cū diſcretōe faci
endum eſt vt ſeruire deo ſufficiat. Uñ
beatus Bernard⁹. Q Durius q̄-
dem tractandū eſt corpus ne rebellet
ne inſoleſcat ſic tñ vt ſeruire ſufficiat
deo q₂ ad ſeruiēdū ſpiritui datum eſt
Hec ber. Nam ꝑ abſtinētiaʒ carnis vi
cia ſunt extinguēda nō caro. iō cū mo
deramine cūcta ſūt agenda. vt ſic caro
nō laſciuiet ⁊ tñ ad bona oꝑa faciēda
nō deficiat. De hoc bea. gre. dicit. xx.
mo. R Per abſtinentiaʒ quippe
carnis vicia ſunt extinguēda. nō caro
et tanto ſibimet quiſq; debet modera-
mine ꝑeſſe. vt ad culpā caro nō ſuper
biat ⁊ tñ ad effectū rectitudinis in ope
ratōe ſubſiſtat Hec gre. Si aūt ꝓpter
aliquē defectū vel debilitatē deficiunt
vires ad bene oꝑantem!. bonā volūta-
tem habeamus ad agēdū bonū opus.
et mercede nō priuabim̄ Ad hoc faciē
duʒ hortat̄ Hugo ſic di. Si deficiant
vires ad opus aliq̄d aut ad actū. volū
tatem ꝓrimus adhibeamus ⁊ affectum

hec Hugo. S Unuſquiſq; ergo
ſuas vires penſet ac diſcutiat ⁊ ꝓut
valet ſe in bonis oꝑib⁹ exerceat. ⁊ cuʒ
diſcretōe ⁊ circūſpectōe cūcta q̄ faciē
da ſunt bona oꝑa ꝑagat. ne in pericu
lum indiſcretōis cadat. Menſurā eti
am ī omnib⁹ ſuis actib⁹ obſeruare ſtu
deat. ne vno tp̄e ꝑ abſtinētiam ſe afflī-
gat. alio vero tp̄e de cibo delicato ⁊ ſu
perfluo nimis indulgeat. nam ſunt nō
nulli. qui vno die abſtinētiam arripi-
unt. alio vero de carnib⁹ aut alijs ciba
rijs delicatis ſe replent vno die in ve-
ſtibus vilibus incedunt. altero vero or
natis ⁊ mollib⁹ veſtiūtur. hodie ꝑ la-
mentacionē ⁊ fletum ſe affligūt. cras
riſus cū cachīno ꝓferunt. hodie humi
les ⁊ mites. cras ſuperbi hodie q̄eti ⁊
obedientes. cras turbidi ⁊ ꝯtradicto-
res ſed tales ſic ſe habentes ſunt rep-
henſibiles ⁊ virtute diſcretionis carē
tes. Debet eñ ſeruus dei in omnibus
factis vnam regulam ꝯgruaʒ ⁊ diſcre
tam tenere. per quam deo poſſit place
re ⁊ ſeipſū ac ꝓximo vtilem exhibere
De hoc tractat Effrem abbas ī ome-
lia ſua quinta dicēs ſic Propijciam⁹
a nobis ꝯſuetudinem malam. ⁊ quaſi
veſtimento virtute anime induamur.
māxime nos qui iā ꝯuerſatoꝝ angeli
cam ꝓmeruimus. menſuraʒ ac regu-
lam illam bonā ⁊ ꝑfectam patrū no-
ſtrorum aſſumamus. ne hodie abſtinē
ciam arripias. ⁊ cras ꝯuiuia celebra-
re īcipias. ne hodie aque potū accipi-
as ⁊ cras vina peregrīa deſideres Ne
hodie diſcalceat⁹ eas. ⁊ cras calciamē
ta diuerſa ꝑquiras. ne hodie cilicina ve
ſtem. ⁊ cras mollib⁹ induaris. ne ho-
die viliſſimo habitu. ⁊ cras comptus
et ornatus incedas. ne hodie humilis
et mitis. et cras petulās et ſuperbus
ne hodie quietus et obediens. cras an
teʒ turbidus et ꝯtradictor exiſtas. ne

hodie in fletu et lamētatōe. ⁊ cras cū
chachinno ꝓcaciter ꝓferas. ne hodie
ſuper humum mūdū quieſcas ⁊ cras
mollicie lecti delecteris. ſed ad vnam
regulā cariſſime te cōſtrige ꝑ quā poſ
ſis placere ⁊ tibimetipſi ⁊ ꝓximis vtilē
exhibere. Hec Effrem. Et ſic patet de
diſcretōis virtute. Filius. T

Perpendo venerāde pater etiam
multa fieri in ſancta religione. q̄
ꝑturbant mentem meam ⁊ ſcādalizāt
animū meū. nam multos ↄſpicio itra
re ſanctū ordinē. habentes bonū ꝓpo
ſitū nec tn̄ ꝑſeuerant in bono prout ce
perunt. ſed paulatī de die in diem deſi
deria ſpiritualia in eis deficiunt. ⁊ ſe
ad ſecularia concupiſcēda effundunt.
ex qua etiā occaſione multa mala ori‑
untur. Inſurgūt nanq̄ ex hoc ambi‑
ciones officiorum ⁊ dignitatū diſſenſio
nes diſcordie inuidie inobediencia y‑
pocriſis ⁊ diſſolucō oris ⁊ inordinatō
ꝓpter que omnia multa ſcandala fiūt
in ordine. De his omnibus ⁊ alijs īcō
ueniēcijs. q̄ modo verſantur in religi‑
one obſecro vt velis mihi aliqua enar
rare.

Capitulum VII Pater T

Multa heu incō
ueniēcia et inordinationes q̄
plures in ordine fiunt. vt dicis. ſed
hec omnia habent ortū primo a negli‑
genti conuerſatōe incipiētiū. nam ſūt
nōnulli penitētes qui veniētes ad ſan
ctam religionem forcia facta agere ꝓ
ponūt. ſed nō ꝑſeuerant. q2 paulatim
ī virtutibus deficiūt. ⁊ ſancta deſideria
in eis langueſcunt. de quibus per bea
tum Gregoriuz. xix. moralium. ſic di
citur. Sunt nonnulli qui ad conuerſi
onem venientes non tales quales ce
perint perſeuerant. qui pauliſper per
enigmata temporum paciunt detrimē
ta virtutum. ſenſim quippe in eis deſi
deria ſancta langueſcunt et qui robu‑
ſta et forcia propoſuerunt debilia ⁊ in
firma conſūmant. ſed electoruz cōuer
ſatio plus finiendo peragit q̄ propo‑
nit inchoando et ſi tepidius prima in‑
choat feruentius extrema conſūmat.
Et idcirco infatigabilis in nouitate
perdurat hec Gregorius. Tales igit̄
qui ſic deficiunt a bono propoſito ha‑
bitum mutant aſſumentes veſtem re‑
ligioſam ſed non animum neq̄ moreſ
quia vicia et acta veteris hominis nō
deponentes ſolū de habitu quem ſum
pſerunt fiduciam habētes. De quibus
dicit beatus Gregorius ſuper ezechi
lem. X Sepe enī videmus non
nullos ad vocem predicationis quaſi
ex conuerſione compunctos habituz
non animum mutaſſe. ita vt religioſā
veſtem ſumerent. ſed anteacta vicia
nō calcarent. ire ſtimulis. agitari ma‑
licie dolore. ī proximi leſione feruēſce
re oſtenſis quibuſdam bonis ante hu
manos oculos ſuperbire. preſentis vi
te lucra inhyanter querere et de ſolo
exterius habitu quem ſumpſerunt vi
te ſanctis fiduciam habere. Quibus
quid aliud dicenduz eſt niſi hoc quod
magiſter egregius quibuſdaz legis ex
teriora ſeruantibus loquitur dicens.
Quia in criſto ihesu nec circumciſio
aliquid valet nec prepucium ſed no‑
ua creatura. Non enim magni eſt me‑
riti ſi quid forte erga nos agitur ī cor
pore ſed magnopere penſandum eſt.
quid agatur ī mente. nam preſentem
mundum deſpicere. tranſitoria non a
mare. mentem medullitus deo ⁊ prox
imo ſternere. contra illatas contume‑
lias pacientiam ſeruare. et cuſtodita
paciencia dolorem malicie a corde re
pellere. egenis ꝓpria tribuere aliena
minīe ābire. amicū ī deo diligere. ꝓpt̄

deum eos qui inimici ſunt amare. de af
flictõe proximi lugere. de morte eius
qui inimicus eſt nõ exultare. Hec eſt
noua creatura. ad veterez aũt hominez
pertinet preſentem mundum querere
tranſitoria ex concupiſcentia amare.
mentem in ſuperbiam erigere. paciẽ-
tiã nõ habere. ex dolore malitie de ꝓx
imi leſione cogitare. ſua indigentibuſ
nõ dare. atq̃ ad multiplicãdũ aliena
querere. nullum ꝓpter deum pure dili
gere. inimicicias inimicis reddere de
afflictõe proximi gaudere. cunctaq̃
vetuſti ſunt hominis q̃ vicz de radice
trahimus corruptõis. Hec gre. Hu-
iuſmodi aũt defectus virtutũ maxime
cauſantur ex hoc. qꝛ multi poſt perpe-
trata peccata ad deum ꝑ penitẽtiaz re-
deuntes cũ ceperint aliqua bona face-
re. ſtatim iniquitatũ ſuaꝝ quas prius
fecerunt obliuiſcũt. ⁊ mentis oculos
in quibuſdã bonis operibꝫ ſuis figũt
q̃ ſi timerent diſtrictõz venturi iudi-
cis. plus metuerẽt de malis ſuis. q̃ȝ de
bonis minus ꝑfectis exultarent. non
enĩz abſolutus eſt debitor. qui reddit
multa ſed qui reddit omnia. Vel q̃d
prodeſt bonam vitã capere. ⁊ nõ perfi
cere. magis quippe debemus inſpice-
re bona. que nõdũ fecimus q̃ȝ illa que
egimus De condictõe huiuſmodi ho
minũ dr̃ Beatus gre. xxij. moralium.
A Sunt nonnulli qui cũ bona ali
qua faciũt. iniquitatũ ſuaꝝ ꝓtin⁹ ob-
liuiſcunt. ⁊ cordis oculũ in conſide-
ratõe bonoꝝ opeꝝ que exhibent figũt.
atq̃ eo ſe iam ſanctos eſtimant. quo i
ter bona que agunt maloꝝ ſuoꝝ i qui
bꝫ ⁊ fortaſſe adhuc multiplicati ſunt.
memoriã declinant. qui ſi diſtrictõez
iudicis vigilanter attenderent plus
de malis ſuis metuerent. q̃ȝ de imper
fectis bonis exultarent. plus inſpice-
rent quedam de his. que adhuc agen
da ſunt quoniã debitores tenerentur.
q̃ȝ ꝙ operantes quedam iã debiti par
tem ſoluũt. neq̃ enĩ abſolutus eſt debi
tor qui multa reddit ſed qui omnia.
Deniq̃ quid prodeſt longũ iter cape-
re ⁊ nõ ꝯſummare. Qui ergo vitã eter
nam querimus. quid aliud quam que
dam itinera agimus. ꝑ que ad patriã
feſtinamus. Sȝ quid prodeſt ſi carpi
mus multa ſi ea que ad ꝑueniendũ re
ſtant negligimus reliqua. more itaq̃
viatoꝝ nequaq̃ debemus aſpicere q̃n
tum iam iter egimuſ. ſed quãtũ ſupeſt
vt peragamus. Amplius igit̃ debem⁹
inſpicere que bona necdũ fecimus q̃ȝ
ea que nos feciſſe gaudeamus. B
Sed hȝ hoc ꝓpriũ humana infirmitaſ
vt plus ei intueri libeat. quod ſibi in ſe
placet. q̃ȝ qđ diſplicet. Plerũq̃ enim
hoc vicio etiaz temptãtur electi. Ple
rumq̃ eoꝝ cordi ſuggeritur. vt bona
queq̃ fecerint. ad animũ reuocẽt et ſe
curitatis iam leticia exultent. Sed ſi
veri electi ſunt ab eo quo ſibi placent.
mentis oculos diuertũt. omnem in ſe
pacti boni leticiã deprimũt. ⁊ de his q̃
ſe minus egiſſe intelligũt triſticiã req̃
runt. indignos ſe eſtimant. ⁊ pene ſo-
li bona ſua nõ vidẽt. que in ſe videñ a
oĩbꝫ exẽplũ prebent. Hinc eſt qđ pau
lus dũ expleret in ſe bona poſtponeret
et ſi ſola adhuc reliqua cogitaret que
eſſent implenda dixit Ego me non ar
bitror apprehendiſſe. hinc eſt ꝙ vt poſ
ſet ſe humiliare de bonis. que agebat.
ſtudebat ad animũ ꝓterita mala redu
cere dicẽs. Qui prius fui blaſphem⁹
et ꝑſecutor ⁊ ꝯtumelioſus. Hec gre.
Propter talem igit̃ negligẽtiã. quaz
ſic admittimus in ſanctis virtutibus
prout patres noſtri ꝑfecerũt nõ ꝑfici
mus. illos enĩ legimus de die in diem
ꝑfeciſſe. nos vero vtinã poſſemus in
primo propoſito permanere. vt nõ mi

nus humiles timorati ſollicití et mi-
nus feruẽtes in medio ꝙ̃ in pᷣcipio
videremur. Sꝫ hec iõ nobis accidunt
q꞉ ꝑ dei miſericordiã a pctĩs ꝑ penitẽ
ciã liberamur. ex hac alleuiacõꝫ ĩ con-
ſcia noſtra ↄcipimus. ⁊ ex ↄſequẽti
nos ꝓpter hoc quãdaꝫ leticiã ineptam
effundimus. qđ ſatis volẽtibꝫ ꝓficere
incautũ eſt. Uñ bea. ber. Nõ ſine cau-
ſa cũ ſint nobis cũ patribꝫ eadem pᷣi
cipia. diſpar valde profectus ĩuenitᷣ
ipos eñ de die ĩ diẽ ꝓfeciſſe legimus
et curſum cõſũmaſſe. ſꝫ nũc magnus e
ſtimatᷣ quis q̃ ipa ↄuerſiõis pᷣcipia
cõſeruet. vt nõ minuſ humilᷣ timoratuſ
ſollicitus nõ minus feruens ĩ medio
ꝙ̃ in pᷣincipio videretᷣ. ¶ Cau
ſa aũt huius peſſime apoſtaſie hec ẽ. ꝙ
cũ ꝑ dei miſericordiã a peccatis libera
mur ⁊ remiſſionẽ ↄſequimur pctõꝝ ex
hac alleuiacõe ⁊ exoneratõe ↄſcĩe. q̃n
dam letã ⁊ iocũdam deuotionẽ ↄcepi
mus. quã dũ introꝛſuꝫ in ſpiritũ ↄuer
tere deberemus ⁊ ex hoc magis ac ma
gis ſeruire deo. iuxta Grego. Quanto
maiora beneficia a deo accepimus tan
to ad ſeruiẽdũ ei grauius obligamur.
tandẽ letam ⁊ iocundam fiduciã nõ ĩ
ſpiritũ ſed in exterioꝛẽ inepciã ↄmu
tamus qđ eſt iniquitãs maxima a qua
cautos nos facit apoſtolus di. vos in
libertatẽ vocati eſtis. cautũ ne detis eã
in occaſionẽ carnis. Uñ ad omnẽ gra
tiã nobis datam trepidemus timẽtes
ne indigne operemur ĩ ea. ꝙ aũt quoſ
dam videmus feruẽtes eẽ in ſeruicio
dei ⁊ in bonis operibꝫ. Quoſdaꝫ vero
vix ad parua faciẽda ↄpelli hoc opera
tur ſpiritus ſanctus q̃ habitat ĩ illis.
in iſtis vero non. Teſtatur hoc beatus
Bernardus ſic dicens. ¶ D ¶ Sunt
namq̃ quidam in religione. qui ad
omnia vite neceſſaria vel exercicia nõ
ſolum ambulant. ſed ⁊ currunt. ymo

volant vt eis vigilie breues ſed labo-
res appetibiles videantᷣ. alq̃ nõ ſic ſꝫ
cũ timoꝛe ⁊ cũ pudoꝛe vix ad yma cõ
pellimus. Uñ hec diuerſitas. niſi q꞉ il
los ignis diuinus inhabitat. iſtos vo
nõ. Hec ber. ¶ E ¶ Qui vero ſic frigi
di ſunt ĩ amoꝛe dei. illĩs nõ ſapit lectõ
nõ oꝛatõ. nõ deuotio. nõ ſilẽtium. non
vigilie. nõ ieiunia. nec cetera q̃ aguntᷣ
in ſancta religione eis dulceſcũt. ⁊ i-
deo tedet eos vita oꝛdinata. Unde cõ
ſequẽter ꝑ huiuſmodi tediũ deſiderãt
et querunt occupari exterioꝛibꝫ offi-
cĳs et occupationibꝫ. vt per talia tem
poraliter conſolentur. quia interioꝛa
bona non ſapiunt eis. Sed quia non
ſunt radicati bene in timoꝛe dei et ĩ ſan
cta conuerſatione. idcirco cum ad ex-
terioꝛa agenda effunduntur ſeu occu-
pantur. ab omni boni operis ſtatu era
dicãtur. valde eñ in terrenis actibus
infrigidatur animus. ſi per intima
dona nõ fuerit ſolidatus. De quo di-
cit beatus gregoꝛius. xĳ. moraliũ. Ni
ſi eñ pꝛius coꝛ longo ſtudio et diutur
na conuerſatõe in deſiderĳs celeſtibꝫ
conualeſcat. cum ad exterioꝛa agenda
refunditur. ab omni ſtatu boni operis
eradicatur. Quia ſunt nonnulli qui
poſt ꝑuerſa itinera ſanctas vias appe
tunt. ſed pꝛiuſq̃ in eis deſideria bona
roboꝛentur. quedam illos pꝛeſentis
ſeculi pꝛoſperitas accipit. que eos re-
bus exterioꝛibus implicat. et eoꝝ mẽ
tem dum a caloꝛe intimi amoꝛis retra
hit frigore extinguit. et quicquid de vir
tutum floꝛe apparere videbatur interfi
cit. In terrenis quippe actibus valde
frigeſcit animus. ſi necduꝫ fuerit per
intima dona ſolidatus. ¶ F ¶ Un
de neceſſe eſt vt loca maioꝛa in exte-
rioꝛa opera que humanis ſunt neceſſi-
tatibus pꝛofutura. illi exercenda ſu-
ſcipiãt qui hec diiudicare atq̃ ſemet

ipſos ꝑmere ex virtute intima noue-
runt nā cū infirmus quiſq₃ vel ad locū
regiminis vel ad exteriora agēda tra-
hitur. quo quaſi extra ſe ducit eradi-
catur. Quia arbor que radices prius
in altū nō mittit citius ventoꝝ impe-
tu ſternit. ſi ſe ad altā ceruicē extollit
eoq₃ citius ad yma corruit. quo alci⁹
ſine radice excreuit. Hec gre. Notan-
dū tamen qđ nōnunq₃ etiā religioſi vi
ri ꝑ officia exteriora ꝛ tꝑales curas oc
cupātur. ſed hoc faciūt nō ex ambitōe
alicuius vanitatis ſeu ſolatij tꝑalis.
ſed ſolo timore dei ac vtilitate ꝓximi
ſeu obediētia. ꝛ iō tales nō deficiunt
in bono ꝓpoſito ac ſancta cōuerſatō-
ne. ſed potius merētur q₂ aliud habēt
in deſiderio ꝛ aliud exercent officio:
Deſiderāt em̄ ſoli deo vacare ſed tam̄
ꝓpter timorem eius nō renuūt tꝑali-
bus curis ſubiacere. ¶ Vn̄ ſciē
dum ꝙ aliquis pōt eſſe ī ſeculo dupli
citer. vno mō ꝑ ꝑſentiā corꝑalē. alio
modo ꝑ mentis affectū. Quāuis igit
religioſi q̄ circa opa actiu e cure occu
pant ſint in ſeculo ſm̄ ꝑſentiā corpo-
ralem. nō tn̄ ſunt in ſeculo ſm̄ mentis
affectū. q₂ in exterioribꝫ occupāt nō
quaſi querentes aliquid in mundo. ſ₃
ſolum ꝓpter diuinū obſequium. Vtū-
tur em̄ hoc mundo tanq₃ nō vtētes. ſ₃
dictū pauli. De talibꝫ bē. gre. xviij. mo
ra. ſic di. Cū ↄſter plerūq₃ etiam bo
no non terreno ſtudio terrenis ſtudijs
implicari vn̄ ſepius contingit vt qui
ſolam celeſtem patriā diligūt. terre-
ne patrie curis ſub iacere videantur.
quoꝝ tamen miniſterium a prauorum
operibꝫ plerūq₃ in actibꝫ nōnunq₃ ve-
ro ante ſupernum iudicem ſola cogita
tione diſcernitur. Plem̄ quippe ſuper
na ſapientia ꝛ gratia diſcernunt. qua
liter debeant ad aliud vacare intrinſe
cus ꝛ ad aliud extrinſecus occupari.

vt ſi forte occl'ta dei ordīatōe. aliq̄d eis
nō appetentibꝫ. de huius ſeculi curis
imponitur cedāt deo. quē diligūt ꝛ ꝑa
more eius intrinſecus ſolam illius de
ſiderent viſitatōꝫ alias viſionē. Pre
timore vero eius impoſitam ſibi extri
ſecus humiliter expleant actionem.
vt et deo appetāt vacare ex gratia dile
ctionis ꝛ rurſum curas ſuꝑimpoſitas
ex condictione expleant ſeruitutis
Cunq₃ occupationes extrinſecus pro
ſtrepunt. Intrinſecus in animo eos
pacatiſſima quies tenet. Sicut em̄ vi
gor mentis frenandis ꝑeſt moribus
carnis ſic ſepe ſuper impoſitos tumul-
tus occupationis bene regit a[illegible]or qui
etis. quia exteriores cure ſi peruerſo a
more nō appetūt. nō ↄfuſo ſed ordina
to animo miniſtrari queūt. Sancti e-
tenim viri nequaq₃ eas appetunt ſed oc
culto ordine ſibi ſuꝑimpoſitas gemūt
et quamuis illā per meliorem intenti
onez fugiant. tamen ꝑ ſubditā mentē
portant. Quas quidē ſummope ſi lice
at vitare feſtinant. ſed timentes dei
occultas diſpenſationes tenēt. quod
fugiant. ꝛ exercēt quod vitent. intrāt
em̄ ad cor ſuū. ꝛ ibi conſulunt quid ve
lit occulta volūtas dei ſe ſeq₃ ſubditos
debere eſſe ſummis ordinationibꝫ con
gnoſcentes. humiliant ceruicem cor
dis iugo diuine diſpēſationis. Quiſ
quis vero talis ē q̄ licet tumultus vſē
tur extrīſecus nūq₃ ad eius exteriora
perueniūt ita vt agatur aliud intrinſe
cus voto. aliud extrinſecus teneat offi
cio. Hec gre. ¶ Debent igitur
viri ſpirituales curam exteriorum oc
cupationum aſſumere cum defuerint
alij q̄ debito modo poſſent illa admini
ſtrare. Vnde beatus gre. xix. moraliū
ſic dicit. Sciēdū ē ꝙ cū ꝓximoꝝ cau
ſis exterioribꝫ q̄ apte deſeruiāt deſint
dn̄t hi quoq₃ qui ſpiritualibus donis

pleni ſunt eoꝝ infirmitati condeſcen-
dere. terreniſq; illoꝝ neceſſitatibꝫ in-
quantum decenter. valent caritatis.
condeſcenſiõe ſeruire. Nec tedere ani-
mum debet ſi ſenſus eius ꝯtemplatõi
ſpiritualium ſemper intendens. ali-
quando pro diſpenſandis rebus mi-
nimis quaſi minoratus inflectit̃ quo
niam illud verbum per quod conſtant
omnia creata. vt prodeſſet hominibꝫ
aſſumpta humanitate. voluit paulo-
minus ab angelis minorari. Quid i-
gitur mirũ ſi homo ſe ꝓpter hominem
attrahat dum creator hominũ ⁊ ange
loꝝ formam hominis ꝓpter hoĩeȝ ſu-
ſcepit. Hec gre. ¶ Et quãuis religi
oſis viris timentibꝫ deũ ac amãtibꝫ.
nonnũq; ſit meritoriũ huiuſmodi cu
ram exteriorum ſiue terrenũ honoreȝ
ſubire. tamen q2 ſentiunt ſe ꝓpter ta-
les ocupatões in cordibꝫ ſuis in amo
re dei ⁊ ſãcto deſiderio ĩpediri ⁊ men
tes ſuas per diuerſas ſollicitudines
rerum temporalium diſſipari. Idcir
co gemunt ⁊ cõturbãt̃. eo ꝙ nõ lȝ eis
vacare ꝯpũctõi ⁊ deuotioni prout de-
ſiderant ⁊ prius facere ꝯſueuerũt. ⁊ i-
deo hec occupatõ magis eſt eis quedã
penalitas ſiue afflictio q̃ȝ ꝯſolatio.
De talibꝫ ſic dicit beatus Gre v. mo.
exponens illud iob. Quare data ẽ mi
ſero lux ⁊c̃. In ſcriptura ſacra nonnũ
q̃ȝ lucis nomine proſperitas. noctis
autem appellatione huius mundi ad-
uerſitas deſignatur. Vnde ⁊ ꝑ pſalmi
ſtam dicitur. Sicut tenebre eius ita ⁊
lumen eius. Quia eñ ſancti viri ita
proſperitatem ſeculi deſpiciẽtes cal-
cant ſicut ⁊ aduerſitatem eius calcan
tes tolerant. ⁊ ꝑ magnã mentis celſi
tudineȝ mundi ſibi ⁊ aduerſa ⁊ ꝓſpe
ra ſubſternẽtes dicũt. Sicut tenebre
eius ita ⁊ lumen eius. Ac ſi apertius
dicatur Sicut intentõnem noſtre for

titudinis eius triſtitie nõ premunt. ita
hanc nec blandimenta corrumpunt.
Sed q2 hec vt ꝑdiximꝰ bonoꝝ mentẽ
etiã cũ nõ ſubleuãt ꝑturbãt. Sancti
viri qui ſe in huius exilij erumna miſe
ros agnoſcunt clareſcere in eius pro
ſperitate refugiunt. Vñ bñ nũc dicit̃.
Quare data eſt miſero lux. Lux quip
pe miſeris dat̃ qñ hi q̃ ſublimia ꝯtẽ
plãtes eẽ ſe ĩ hac peregrinatõne miſe
ros agnoſcũt. claritatẽ trãſitorie pro
ſperitatis accipiũt. ⁊ tũc valde defleãt
q2 tarde ad patriã redeũt. tolerare in-
ſuꝑ onera honoris ꝯpellũt̃ amor eos
eternoꝝ conterit. ⁊ gloria de tpalibus
arridet. qui dũ cogitãt q̃ ſint que ĩ iſ
mis tenẽt ⁊ q̃ ſint. q̃ de ſublimibꝫ non
vidẽt. que ſint. q̃ ſe ĩ terra fulciũt. que
aũt de celeſtibꝫ ꝑdiderũt ꝓſperitatis
ſue merore mordẽt̃. q2 ⁊ ſi vident neq̃
q̃ȝ ſe ab ea funditus opprimi penſant
tamen ſollicite cogitationem ſuaȝ in
amore domini ⁊ in eius diſpenſatõe
partiri ſtudent. Vnde bene ſubditur
Et vita hiſ qui ĩ amaritudine anime
ſunt. In amaritudine quippe aĩe ſũt
omnes electi. quia vel punire ſe flen-
do non deſinunt. quod deliquerunt. vl̃
ſe graui merore afficiunt quia longe
huc a facie conditoris proiecti ĩ eter-
ne patrie gaudijs non ſunt. de quorũ
corde bene per ſalomonem dicitur
Cor quod nouit amaritudinem aĩe
ſue. in gaudiũ illius nõ miſcebit̃ alie
nus. In amaritudine ſunt namq; cor
da reproboꝝ. quia ipſis etiam prauis
deſiderijs ſuis affliguntur. ſed eandẽ
amaritudinem neſciunt. quia penſare
quod tolerant ſponte ſua amaritudi-
ne excecati non poſſunt. Ac cõtra cor
bonorum amaritudinem ſuam nouit
cui erũnã exilij qua proiectꝰ lacerat̃.
ĩtelligit et q̃ȝ ſint trãquilla q̃ ꝑdidit.
q̃ȝ ꝯfuſa. ĩ q̃bꝫ cecidit ſentit. Sed hoc

amaricatū cor ad gaudium ſuū ꝗ̄nꝙ
reducitur atꝙ in eius gaudio extrane
us non miſcetur q2 his qui nūc ab hoc
merore cordis foras ſe per deſideria
eijcit ſecluſus tunc ab illa intima ſolē
nitate eius remanebit. Hi itaꝙ qui in
amaritudine anime ſunt mori mundo
funditus ꝯcupiſcunt. vt ſicut ipſi in
ſeculo nihil appetūt ita iā a ſeculo nul
la obligatōe teneāť. R Et plerūꝙ
contingit vt iā homo mūdum mente
non teneat. ſed tñ mundus hominem
occupatōibꝫ aſtringat et ip̄e quidem
iam mundo mortuus eſt. ſed ip̄i mun
dus adhuc mortuus nō eſt. quaſi enim
viuus adhuc mūdus eum ꝯſpicit. dū
alio intentū in ſuis actibꝫ rapere con
tendit. Vñ ꝛ paulus cū perfecte ip̄e ſe
culū deſpiceret et talem ſe videret ait.
mihi mundus crucifixus eſt ꝛ ego mū
do. Mundus quippe ꝛ crucifixus fue-
rat. q2 hūc cordi ſuo iā mortuū nō cu-
rabat. ſed ꝛ ſeip̄m mūdo crucifixerat
qui talem ſe ei exhibuerat vt ab eo ꝗ̄ſi
mortuus ꝯcupiſci nō poſſet. Quia igi
tur nec paulus mundi gloriam quere-
bat. nec a mūdi gloria querebať. ꝛ ſe
mundo ꝛ mundus ſibi crucifixum eſſe
glorificabať. Nō q2 multi appetūt. ſ3
tñ vſꝙ ad culmen extinctōis omīno
de nō aſſurgūt recte gementes dicunt
Quare data eſt ꝛc̄. Vita quippe ama-
ricatis datur cū huius mundi gloria
triſtibus gemētibuſꝙ tribuitur. in ꝗ̄
mimirum vita pena validiſſimi timo
ris ſe afficiūt. q2 ſi ꝛ ip̄i mūdum non
teneāt adhuc tñ tales ſe eſſe metuunt.
qui a mūdo teneāť q2 niſi ei quantulū
cumꝙ viuerēt hos ad vſum ſuū ꝓcul
dubio nō amaret ꝛ mare etenim viua
corpora in ſeip̄o retinet nā mortua ex
tra ſe protinus expellit. Sequiť. Qui
expectāt morte3 ꝛ nō venit. deſiderant
quippe mortificare ſe funditꝰ ꝛ ab om

ni viſa glorie tp̄alis extīguere. ſ3 occl
tis ſepe dei iudicijs vel p̄eſſe in regimi
ne vel occupari iniunctis honoribꝫ cō
pellūť. atꝙ inter hec mortificatione3
pleniſſimā indeſinēter expectant. ſed
expectata mors nō venit quia eorum
vſus temporali glorie etiam nolens
viuit. quam tamen ꝓpter diuinū timo
rem tolerant. ſed intus quidem deſi-
derium pietatis. foras autem explēt
miniſterium ordinis. quatinus nec a
perfectione per intentionem recedāt
diſpoſitioni conditoris per ſuperbia3
cōtradicant. mira etenim diuinitatis
pietate agitur. cum is qui ꝑfecto cor
de ad contemplationem tendit huā-
nis miniſterijs occupať. vt etiā mīris
infirmioribꝫ eius mēs ꝑfecta ꝑficiat
et quo ſeipſum imperfectum reſpicit
inde ad humilitatis culmen ꝑfectior
efficiť. nōnunꝙ enim perfecti viri vñ
deſideriorum ſuorum detrimenta to-
lerant. inde maiora lucra conuerſis a-
lijs portāt. quia dum eis vacare vt ap
petunt non licet rapere ſecū alios qui
bus admiſcentur libet. Fit ergo mira
diſpenſatione pietatis dei vt vñ ſe de
ſpectores eſtimāt. inde locupletiores
ad celeſtis patrie conſtructionem ſur
gant. nōnunꝙ vero idcirco ad accep
ta deſideria minime perueniunt. vt ip
ſa interueniente tarditate. ad eadem
deſideria relaxato mentis ſinu dilatē-
tur et que extenuari fortaſſe īpleta po
terant magna diſpenſatione agitur vt
repulſa creſcant. Sic quippe mortifi-
cari appetunt vt iam perfecte ſi liceat
conditoris ſui faciem contemplentur
ſed eorum deſiderium differtur vt ꝑfi
ciat et tarditatis ſue ſinu innitatur vt
creſcat. Unde bene ſpōſa ī ſponſi ſui
deſiderio anhelans clamat. In lectulo
meo ꝑ noctem queſiui. quem diligit
aīa mea. ꝗ̄ſiui illū ꝛ ñ īueni abſcōdit

ſponſus. dum querit̃ vt nõ inuentus.
ardẽti⁹ q̃rat̃ ⁊ differt̃ vt q̃rẽs ſpon-
ſa capatioꝛ reddita multiplicius quã
doq; inueniat qđ querebat. Sequitur
Gaudetq; vehementer cũ inuenerit
ſepulchꝝ. Sicut eñ ſepulchꝝ locus ẽ
in quo abſcondit̃ coꝛpus. ita diuina
contemplatio quoddã ſepulchꝝ ẽ mẽ
tis. quo abſconditur anima. Quaſi eĩ
huic mundo adhuc viuimus. cũ men
te in eum foꝛas agamur. ſed moꝛtui ĩ
ſepulchro abſcondimur cũ mortifica
ti interius in ſecreto eterne ꝯtempla
tionis celamur. Sancti igit̃ viri ab ĩ
poꝛtunitate deſiderioꝝ tꝑalium. a tu
multu inutiliũ curaꝝ. a clamoꝛe per-
ſtrepentium perturbationũ ſemetip-
ſos ſacri verbi gladio moꝛtificare nõ
deſinũt. atq; intus ante dei faciem in
ſinu mentis abſcondunt. De quibus
Paulus dicit Moꝛtui eñ eſtis vos ⁊
vita veſtra abſcondita eſt cũ criſto in
deo. Qui eñ moꝛtẽ querit. gaudet cũ
ſepulchꝝ inuenit. q2 quo mortificare
ſe appetit valde ad inuentã requiẽ cõ
templationis hylareſcit. vt extictus
mundo lateat ⁊ a cũctis exterioꝝ reꝝ
et tꝑaliũ ꝑturbatõibꝫ intra ſinũ ſe in-
timi amoꝛis abſcondit. Hec gre. Ec-
ce quõ deuoti viri ac religioſi ĩuiti oc
cupantur cũ curis rerũ tꝑaliũ. q̃ vero
ipſas occupatões exterioꝛes ſubeãt
ꝑpter timoꝛẽ dei ⁊ obediẽtiam quã ſu
perioꝛibꝫ ſuis exhibent hoc faciũt.
L Ecõuerſo illi timoꝛe ⁊ amoꝛe dei
carent qui ſecularibꝫ curis libenter in
tendũt. ⁊ quanto magis ꝑ exterioꝛes
occupatões mente diſtrahũtur tanto
frigidioꝛes ĩ dilectõe dei ⁊ celeſti deſi
derio efficiũtur. De hoc ꝑ beatũ gre.
dicitur. Intenti eñ curis ſecularibus
tanto inſenſibilioꝛes intus efficiũtur
quanto ad ea que foꝛis ſunt ſtudioſio
res efficiũt̃. vſu q̃ppe terrene cure a ce
leſti deſidꝰio obdureſcit aĩ⁹. ⁊ dũ ipſo
vſu ſuo durus efficit̃ ꝑ actõẽ ſecli ad
ea emolliri nõ valet. que pertinẽt ad
caritatẽ dei. Hec gre. M Quiue
ro ſic induratur ꝑ affectũ inoꝛdinatũ
in actõibꝫ ſeculi ꝯſciẽtiã acquirit ꝯfu
ſam. cũ aũt in ſe requiẽ ꝑpter remorſũ
conſcientie inuenire nõ poterit cũ in
tentõe foꝛas egredit̃. ⁊ in his que fo-
ris ſunt hoc eſt in voluptatibꝫ carnali
bus ⁊ laſciuijs ⁊ ceteris malis dlecta
cionẽ querit. De hoc bea. aug. in glo-
ſa ſuper pſalteriũ dicit Quiſq; in coꝛ
de ꝑmitur mala ꝯſcĩa. inquietũ habet
coꝛ. q̃ autem quietũ non habet coꝛ. ha
bitare ĩ coꝛde ſuo libenter nõ poteſt ta
les foꝛas exeũt a ſeipſis cum intẽtõe.
et de his que foꝛis ſunt circa coꝛpus
delectantur. quietem in nugis in ſpec
taculis in luxurijs et in omnibus ma
lis querunt. ⁊ qua re ſibi volunt eſſe be
ne extra quia non eſt in illis intus bñ
vnde gaudeant in conſcientia. Hec
aug. N Hi tales qui ſic ſunt per
concupiſcẽtias ſeculi et carnis diſſipati.
querunt in hoc mundo proſperari ali
os rebꝫ ⁊ honoribꝫ ꝑcellere. quietẽ q̃
eſt in monaſterio reputant laboꝛem.
Curam vero et fatigationem quã ha-
bent in rebus ſecularibus exiſtimãt de
lectationem. Iſta tangit Beatus gre
goꝛius. xvi. moraliũ. ſic dicens Quiſ
quis in hoc mundo proſperari appe-
tit. ceteros rebꝫ tranſcendere et hono
ribus tumere. huic nimirum cura ſecu
laris in delectatione eſt quies in la-
boꝛe. Valde enim fatigatur ſi deſit cu
ra ſecularis qua fatigat̃. peruerſe eñ
mentes inde delectabiliter paſcunt̃.
vñ ꝑ ĩquietudinẽ ĩceſſãter agãt̃ Hec
gre. Qui igitur ſic viuunt et talem diſ
ſolutã vitã ducũt. habitum quidẽ religi
onis deferunt ſed concupiſcentijs car
nis dediti mũdo viuũt. Vñ qñ eos cũ

ſecularibꝰ perſonis occupari vel ꝯuer
ſari contigerit. habitu et geſtu ſe eſſe
religioſos ſiſīant ⁊ q̄ꝛ n̄ ſūt q̄ꝺ p̄tēdūt
etiam in ypocriſis vitiū incidūt. quo/
rum ſtudiū eſt nō virtutes amare. ſed
vitia palliare ⁊ tegere. De quibꝰ dic̄
beatus Ber. P Triſticia ypocri/
tarum non in corde ſed in facie eſt. o/
ues ſunt habitu ⁊ vulpes actu ⁊ crude
litate lupi. Neq̄ em̄ eſt apud eos vir/
tutes colere ſed celare vitia. Hec ber.
Poſt ypocriſim ſequūtur etiā alia vi/
cia q̄ monachos tales īordinatos ap/
prehendunt ſcꝫ ſuꝑbia auaricia. que ī
religioſis ſunt valde rep͛henſibilia.

Q De ſuꝑbia eoꝝ dicit beatus ber.
Magis ammiranda eſt ſuꝑbia mona
choꝝ q̄ꝫ luciferi. ille ſuꝑbiuit in celo.
iſti in cenobio. ille in delicijs. iſti ī mi
ſerijs. ille optus omni lapide p̄cioſo.
iſti in ſacco ⁊ cilicio. R De aua
ricia vero eoꝝ dicit beatus Jero. Qui
amat pecunias deum amare nō poteſt.
Si peculiaritas in monachis ſit neq̄
cōcordia neq̄ pax in ꝯgregatōe eoꝝ ē
vel erit. Quid eſt monachi habitus ni
ſi deſpectio mūdi quō ergo mundū de
ſpiciunt qui querūt auꝝ. vbi auꝝ ibi ⁊
viciū. placet tibi criſti milicia nō que
ras lucra. Poſt huiuſmōi aūt vitia iā
p̄miſſa monachū inordinatū ⁊ diſſo/
lutū multa alia incōueniētia ſequunt̄
S Nā ſunt multi fratres inordīa
ti in diuerſis ꝯuētibꝰ. quibꝰ mōaſteri
um vel ambitus carcer eſt. lectio ablo
minatō. quies vexatō. ſilentiū tediuꝫ
Hi tales terū t̄paliū damna gemunt
ruinam vero virtutū nō plāgūt ad la/
crimaꝝ ꝯpunctōꝫ rudes et indocti ad
recitandum fabulaꝝ nugas facūdi cū
ſtant ad orandū nō plorant nec ſuſpi/
rant. Cū vero ſunt in auditorio rident
et in cachinno exaltāt vocem ſuam. et
alia q̄ꝫplura ſatis rep̄hēſibilia ⁊ ablo

minabilia. qui ſolent exercere religiō
ſi inordinati et diſſoluti. Quoꝝ exe/
crabilem conuerſatōꝫ. Anſhelmus in
quadam auctoritate tangit ſic dicens
Sunt quidā in congregatōe. qui faci
unt ad oculū ſeruitium quibꝰ clauſtꝝ
carcer eſt: caritas cathena eſt. ꝯtinētia
ꝯpedes. lectio ablo⁊iatio. quies vex
atio. ſilētiū amaritudo. meditatō faſti
diū. Hi tales ad diſcurrēdū huc atq̄
illuc ꝓmpti. ⁊ alacres ad ſedēdū. in
clauſtro egri ⁊ debiles ad p̄candū de
um bruti ⁊ muti. ad tractādū de bobuſ
⁊ ouibus aſtuti ⁊ acuti. damna rerum
temꝑaliū gemūt ⁊ plangunt. ruinam
virtutū nō dolēt nec ſentiūt ad inueſti
gandū lacrimaꝝ ꝯpūctōꝫ rudes ⁊ in
docti. ad recitādum fabulaꝝ nugas fa
cundi ⁊ faceti. Cū ſtāt ad orandū nec
plorāt nec ſuſpirāt cū ſedent in audi
torio in riſu ⁊ chachīno exaltāt vocē
ſuam Abbati adherent pro cibis ⁊ po
tibꝰ potius. q̄ꝫ pro vite merito aut ſan
ctitate. Priorem obſequunt̄ ꝓ q̄ꝫuiſ
portiuncula quam exſpectāt. non pro
ſpiritualibꝰ exercicijs que ipſi nō amāt
In pſalmodia ſtertūt ⁊ ſomniāt in le
cto detrahunt ⁊ diiudicant. iſti tales ſe
ſe ignorant mundum amāt. deſideria
carnis adhuc ſuſpirant. ab ignorātia
ſui oritur ſecuritas. ex concupiſcentia
mundi leuitas. ex deſiderio carnis ſu
perflua cura et cordis anxietas Secu
ritas reddit eos tepidos. leuitas va
gos. cura diuiſos per ſecuritateꝫ tepe
facti vacant per leuitateꝫ. a preceptis
molleſcunt. per anxiam curam turbā
tur ⁊ anxij fiunt. Hec anſelmus. Bea
tus etiam Bernardus huiuſmodi per
uerſas ac vicioſos hominum condic
tiones rep̄hendēs dr. O homo velox
ad menſam. tardus ad eccleſiā potēs
ad potādū. ſꝫ eger ad pſallēdū piger ad vigil
ad fab'las. ſōnolēt' a d vigilias ꝓmpt'

ad loquendum. ſed inuitus ad pſallē
dum. ꝓmptus ad detractōem ſed tar/
dus ad orōnem. inuidie amator. chri
ſti ꝑſecutor. feſtucam reſpiciens ſꝫ tra
bem non ꝯſiderans. alterius mala con
temnens ſed ſua non deſerens ceteros
rephendis. ſed teipſum non corrigis
malicie inuentor ſed diſcipline deſtru
ctor. amicus viciorꝝ ſed hoſtis virtutū
Hec ſunt que hoīem excecant ⁊ a deo
ſepant. hec ſunt que hoīem ꝯuerſuꝫ ad
veritatem faciunt ꝑuerſum monachū
demoniacū. chriſtianū antichriſtū. hec
ber. Ex his igit̃ dictis iam premiſſis
colligere poſſumus ad quātas inordi/
nationes ⁊ diſſolutōnes deuenerit ſta
tus monachorꝝ. Quod iterꝝ beatus ber.
ꝯmemorans vitam ⁊ ꝯuerſatōnem de
teſtabilem quorundam modernorum
monachoruꝫ ſic dicit. Quis in princi
pio cum ordo cepit monaſticus ad tan
tam crediderit monachos inertiam de
uenire. O quantū diſtamus ab his qui
in diebꝰ anthonij extiterunt monachi
Siquidem illi cū ſe inuicem per tem/
pus ex caritate reuiſerent tanta ab in/
uicem auiditate panē angelorꝝ ꝑcipie
bant. vt corporis cibo penitus obliti di/
em plerumqꝫ totum ieiunis ventribꝰ.
non mentibꝰ tranſigerent. Et hic erat
ordo rectus qñ digniori parti plus al's
prius ſeruebat̃. nobis autem ꝯuenien/
tibꝰ in vnum iam non eſt dominicā ce
nam manducare. paneꝫ quoqꝫ celeſtē
nemo eſt qui requirat. nemo qui tribu
at. nihil de ſcripturis. nihil de ſalute a
nimarꝝ. ſed nuge ⁊ riſus ⁊ verba ꝓfe/
runt̃ inter prandendum. quantum fau
ces dapibꝰ tantū aures paſcunt̃ rumo
ribꝰ. quibꝰ totus intentus modum ne
ſcias in edendo. interim auteꝫ fercula
ferculis apponunt̃. ⁊ ꝓ ſolis carnibus
a quibꝰ abſtinet̃ grandium piſciū cor
pora duplicant̃. tantoqꝫ accuratiore ⁊

arte cocorꝝ prepantur. quatenus qua/
tuor ⁊ quīqꝫ ferculis deuoratis prima
non impediant nouiſſima. nec ſatie/
tas minuat appetitū. venter quippe onē/
ratur dum neſcit. ſed varietas tollit fa
ſtidiū. ⁊ dum iam ſtomachus crebris
ructationibꝰ impletū ſe indicat. nec dū
tamen curioſitas ſatiat̃. Infelix ergo
ſtomachus cum omnia ſuſcipe cogit̃.
oppreſſus magis obruitur qꝫ reficitur.
⁊ iam vero ſic ſurgenti a menſa quid a
liud libet niſi dormire. Si autem ad vi
gilias indigeſtum ſtomachū cogeris
ſurgere non cantū ſed planctū potius
extorquebis. Miror etenim vnde in/
ter monachos tanta intemꝑantia in ci
bis ⁊ potationibꝰ. in veſtimentis ⁊ le/
ctiſternijs. in equitaturis ⁊ ꝯſtruēdis
edificijs moleſcere potuit. Ecce enim
ꝑcitas putatur auaricia. ſobrietas au/
ſteritas credit̃. ſilentiū triſticia repu/
tat̃. Econtra remiſſio diſcretio dr̃. lo
quacitas affabilitas. cachinnatio io/
cunditas. mollicies veſtimentorum ⁊
equorꝝ faſtus honeſtas lectorꝝ. ſuperflu
us cultus mundicia. cumqꝫ hoc alteru
trum impendimus caritas appellatur
Iſta enim caritas deſtruit caritatē. hec
diſcretio diſcretionem ꝯfundit. talis
miſcdia crudelitate plena eſt. qua vi/
delicet ita corpori ſeruitur vt anima iu/
guletur. hec bernar. Ecce videmus quā
ta indecentia diſſolutio ⁊ inordinatō
per religioſas ꝑſonas modo geritur in
ſancto ordine. ⁊ ideo merito dolendū

¶ Nam quilibet qui ſic peruerſe
agit in quo abrenūciauit ſeculo. Ille
vocatus eſt quippe monachus ad ordi
nem ꝓpter hoc vt tribulatōnem ſuſtine
at. ⁊ de ſeculari leticia ipſe ſollicitus
eſt. Vocatus eſt ad nuditatem. ad ſitī
ad vigilias. ad lamentatōem. ad taci
turnitatē ⁊ humilitatē ⁊ ceteras virtu
tes. ⁊ ipſe in omnibꝰ cōtrarium facit.

Quid igiť talis monachus faciet cuꝫ
iudicatur? fuerit in extrema hora mor
tis ſue. De hmōi religioſis abbas ef
frem. in quadā omelia ſic dicens eſt.
In quo huic ſeculo renunciaſti ſi kme
curſum requiē ſecularem requiris. in
tribulationem quippe vocatus es. ⁊ tu
de ſeculari ꝓcūctaris leticia in nudita
tem vocatus es. ⁊ tu de veſtimento ſtu
dium habes. In ſitim quoqꝫ vocatus
es. ⁊ aquā rennuens vinum bibere de
lectaris. ad ꝑlium nihilominus inui
tatus ⁊ ſine armis ſpūalibꝫ tu ꝯgredi
cupis. Ad vigilias quoqꝫ vocatus es.
⁊ tu inercia ſomni atqꝫ pigricia reſol
ueris ad fletū. ⁊ ad lamentationeꝫ vo
catus es. ⁊ tu cū chachinno riſum ef
fundis. In taciturnitatē vocatus es.
⁊ tu multiloquio vano delectaris in ſe
ꝑatione vocatus es. ⁊ tu vicinitatem
negligentiū vitam ſuā non refugis.
heredem te regni ſui vocauit criſtus. ⁊
tu que terrena ſunt ſapis. In manſue
tudinē ⁊ humilitatem vocatus es ⁊ tu
ſuꝑbꝫ ⁊ elatus incedis. In aſſiduam
meditationem ⁊ collationē vbi voca
tus es. ⁊ tu vnius hore ſpaciū faſtidire
incipis. Et q̄d ei in illa die dicturus
es ſi tua vicia expurgare neglexeris.
queſo dilectiſſimi ſic agite vt cū fidu
cia ſimus añ tribunal terribilis ⁊ ma
gni regis ⁊ in ꝯſpectu miliū ſanctoꝝ.
hec Effrem abbas V Eſt etiā ali
ud q̄ꝺ ſatis reꝑhenſibile ē in ſancta re
ligione videlicet de ꝑlatis ⁊ ſubditis
nā ſunt nōnulli ꝑlati. qui ꝓpter ſtatum
ꝑlationis. quē hñt ſuꝑ alios. ſe extol
lunt ſubiectos ſibi deſpiciunt. ⁊ quos
poteſtate ꝑcellunt etiā vite meritis ſe
ꝑcellere credūt. cūctis ſapiētiores ex
iſtimant ſe eē. qꝛ vident ſe ceteris am
plius poſſe. cū laudanť extolluntť ⁊ ta
les ſe eē credunt. q̄les ſe foris audiūt
X Sꝫ quilibet ꝑlatus ſuā fragilita
tem debet aſpicere ⁊ ſe in corde ſuo hu
miliare ac ꝑ humilē ꝯuerſationē ſuis
fratribꝫ ſtudeat ſe ꝯformare. ⁊ tñ zelo
dei peccantibꝫ. ꝑ cenſuram iuſticie dꝫ
obuiare De talibꝫ ꝑlatis beatus greg.
xxvj. moral. ſuꝑ illo verbo Deus po
tētes non abijcit cuꝫ ipſe ſit potens ſic
dī. In vſu vite mortalis. quedā ex ſe
metipſis ſunt noxia. quedam vero ex
hiis que circa ipſa vſantur Ex ſemetip
ſis quedā noxia ſunt ſicut peccata atqꝫ
flagicia. quedā vo nōnunqꝫ nobis ex
hiis que circa ipſa ſunt nocent. ſicut tē
poralis potentia. magna eſt eñi tpalis
potentia. que apud deū meritū ſuum
de bona adminiſtratione regiminis in
uenit nonnūqꝫ tñ qui preminet ceteris
elatione cogitationis intumeſcit. ⁊ dū
ad vſum eius cūcta ſubiacent. duꝫ ad
votū velociter iuſſa ꝯplenť. dum oēs
ſubditi ſi qua bene geſta ſunt laudibus
efferunť. male geſtis aūt nulla auctori
tate ꝯtradicunt. Dum plerumqꝫ lau
dant etiā q̄ꝺ obiurgare debuerūt ſedu
ctus ab hiis que infra ſubdunť ſupra ſe
animus attolliť. ⁊ dum foris im mēſo
fauore circūdať. intus veritate vacua
tur. atqꝫ oblitus ſui in voces ſe ſpargit
alienas. talē ſe credit. qualē interius
diſcernere debuit. ſubiectos deſpicit.
eoſqꝫ equales ſibi nature ordine non
agnoſcit ⁊ quos forte poteſtate excelle
rit tranſcendiſſe etiam ſe vite meritis
cūctis ſe amplius eſtimat ſapere. qui
bus ſe videt āplius poſſe Plerūqꝫ dūꝫ
ſubiectoꝝ affluentia aīmus inflať in
flurum ſuꝑbie ipō potentie faſtigio le
nocinante corrumpiť. Omnis eñi po
teſtas cauta regentis indiget vita. igi
tur bene hanc exercet ille. qui ſcit ꝑ il
lam ſuꝑ culpas ſe erigi. ſcit etiā cum
ceteris equalitateꝫ poni. Humana eñi
mens plerumqꝫ extolliť. etiam cū nul
la poteſtate fulcitur. quanto magis in

altum ſe erigit. ⁊ cum ſe etiã poteſtas
adiungit. Cũ ergo potentie tpalis mi
niſteriũ ſuſcipit ſumma cura vigilan-
dũ eſt. vt ſciat quiſqꝫ ⁊ ſumere ex illa
quod adiuuat ⁊ purgare qđ temptat ⁊
ſe equalem cuz illa ceteris tenere. ⁊ ſe
tñ peccantibus zelo vltionis preferre.
Quam diſcretõez agnoſcimus ſi pau
lum imitemur. paulus bene agẽtibus
fratribꝫ prelatũ ſe eſſe neſciebat cũ di
ceret. Non qꝛ dominamur fidei veſtre
ſed adiutores ſumus gaudij veſtri. Atꝫ
ilico ſubiunxit. fide eñ ſtatis. Ac ſi di
ceret. ideo nõ dominamur fidei veſtre.
qꝛ fide ſtatis. equales ei vobis ſumus
vbi vos ſtare cognoſcimus. quaſi ſe p̃-
latum fratribꝫ eſſe neſciebat cum dice
ret. facti ſumus puuli in medio veſtꝝ.
nos aũt ſeruos veſtros habetis per ihe-
ſum chriſtũ. ſed tñ cũ culpa que corri-
gi debuiſſet inuenit. ilico ſe magiſtruz
eſſe recoluit dicens Quid vultis. in v̄
ga veniã ad vos. hec grego. A De
ſubditis etiam ſciendũ ꝙ ſunt nõnul
li fratres ꝯuentuales qui prelatos ſu-
os in factis ſuis dijudicant ⁊ etiam ſu
per eos murmurant. ⁊ mores eorũ per
verba indecentia corrigunt. ſeip̃os ve
ro incorrectos relinquunt. nec aliquã
diligentiã adhibent vt ꝓprium ſtatũ or
dinent ad ꝑfectum virtutis. Quãdoqꝫ
etiam cogitant ſi in dignitate aut offi-
cio eſſent melius diſponere vellent qꝫ
illi ordinare hec. ſuum autẽ ſtatum in
quo ſunt nec ſollicite diſcutiunt nec e-
mendant. B Sed quilibet deuo-
tus ac religioſus ſubditus ſuam ꝯſciẽ
tiam reſpiciat. ⁊ prelatoꝝ ſuorũ facta
non iudicet nec reprehendat. Et quã-
uis forte fuerit in eoꝝ vita qđ iure re-
p̃hendi poſſit. ipſi tamen ꝓpter hoc ſuo
ſuperiori reuerentiã exhibere nõ omit
tant. opa tamen eoꝝ ſiqua reprehenſi-
bilia ſunt imitanda non ſunt. Attẽde
re etiam debet ſubditus ꝙ poteſtas re-
giminis ſiue prelatura nõ poteſt admi
niſtrari ſine ſtudio cure temporalis. Un
de ꝙ ipſi vexant in exterioribꝫ occupa
tionibꝫ. inde ſubditi ſine omni ſollici
tudie melius vacare poſſunt in dei lau
dibꝫ. Et cuz ſubditus ac religioſus in
ſuo clauſtro ac ambitu exiſtens bonis
moribꝫ ⁊ virtutibꝫ rutilat. ſuum ſupe-
riorem qui curam exteriorẽ gerit non
accuſet. De hoc tractat beatus grego.
xxv. moꝝ. ſic dicens Subditoꝝ mẽs
ad cuſtodiam humilitatis edomat. ſi
infirmitas ꝓpria inceſſanter attendit
ſed tunc vires noſtras examinare vera
citer negligim⁹. cũ de nobis fortia cre
dimus. ⁊ idcirco eos qui nobis p̃ſunt
diſtricte iudicamus. Quo enim noſip
ſos minus agnoſcimus eo illos quos
reprehendere nitimur plus videmus.
Cõmunia hec mala ſunt que ſepe a ſub
ditis in prelatos. ſepe a prelatis ĩ ſub
ditos ꝯmittunt. qꝛ omnes ſubditos
qui preſunt minus qꝫ ipſi ſunt ſapien
tes arbitrant. Et rurſum qui ſubiecti
ſunt rectoꝝ ſuoꝝ actiones iudicant. ⁊
ſi ipſos regimẽ tenere ꝯtingeret. ſe po
tuiſſe agere melius putant. Unde ple
rumqꝫ fit ꝙ ⁊ rectores minus pruden
ter ea que ſunt agenda videant. qꝛ eo-
rum oculos nebula elationis obſcurat
Et nõnunqꝫ is qui ſubiectus eſt hoc cũ
prelatus fuerit facit qđ dudũ fieri ſub
iectus arguebat. Et ꝓ eo ꝙ illa que iu
dicauerat ꝑpetrat ſaltem qꝛ iudicabat
erubeſcit. Igit ſicut prelatis curandũ
eſt ne eoꝝ corda ſingularis ſapĩe loc⁹
ſupior extollat. ita ſubiectis ꝓuidẽdũ
eſt ne ſuoꝝ rectoꝝ facta diſpliceãt. Si
aũt magiſtroꝝ vita iure reprehenditur.
oportet vt eos ſubditi etiã dum diſpli
cent venerent. Sed hoc eſt ſolerter in
tuendũ. ne aut quem venerari neceẽ eſt
imitari appetas. aut quem imitari de-

ſpicis venerari ꝯtemnas. ſubtilis em̄
via tenenda eſt rectitudinis videlicet
⁊ humilitatis. vt ſic reprehenſibilia ma
giſtroꝝ facta diſpliceāt. quatenus ſub
ditoꝝ mens a ſeruanda magiſtri reue
rentia non recedat. Sunt vero nõnul-
li qui ſi paꝝ quid de ſpirituali ꝯuerſati
one inchoanti cū rectores ſuos tꝑalia
agere ⁊ terrena ꝯſiderant. mox ordinē
ſupne diſpenſationis accuſant. ꝙ ne-
quaq̄ bene ad regendum p̄lati ſunt. ꝑ
quos ꝯuerſatōis infime exempla mō
ſtrant̄. Sed hi nimirum dū tꝑare ſe a
ſeniorum ſuoꝝ reprehenſione negligunt
culpe ſue negligentibus meritis ſuis
vſq̄ ad reprehenſionem ꝯditoris exce
dūt. cuius profecto diſpoſitio inde ab
humilibꝰ rectior agnoſcit̄ vnde ab ela
tis nō recte iudicat̄. q2 em̄ poteſtas re
giminis adminiſtrari nō poteſt ſine ſtu
dio tꝑalis. Aliqñ oīpotens deus mi-
ra diſpenſatione pietatis vult tenere
ſpūalium mentes a terrena cura. diſ-
iuncte ſunt. onus regiminis duris ac
laborioſis cordibꝰ iniungit. vt tanto
illi ab hoc mūdo ſecurius lateant quā
to hi exterius ſollicitudinibꝰ libenter
elaborant. In exhibitione quippe ſuſ-
cepti oneris ꝓ ipſis quoq̄ vtilitatibꝰ
ſubditoꝝ dure vie tolerande ſunt hu-
mane ſeruitutis. Et ſepe vt dictum eſt
miſericors deus quos tenere diligit e-
os ſollicite ab externis actionibꝰ abſ-
condit. Nam ⁊ plerumq̄ paterfami-
lias ad eum laborem ſeruos dirigit. a
quo ſubtiles filios ſuſpendit. Et inde
filij ſine vexatiōe decori ſunt. vñ ſerui
in puluere fedant̄ ¶ Quod q̄ recte
in eccl̄ia diuinit' agat̄ ipſa tabernaculi
ꝯſtructione ſignat̄ Ad moyſen quippe
diuina voce precipit̄ vt ad tegēda ſan
cta ſanctoꝝ ex biſſo cocco atq̄ iacīcto
vela texent̄. iuſſumq̄ eſt vt ꝓtegendū
tabernaculum vela cilicina ⁊ pelles ex-
tenderent̄. que nimiꝝ vel pluuias vel
ventos vel puluerē tolerarent. Quid
ergo ꝑ pelles ⁊ cilicia quibꝰ tabernacu
lū tegit̄ niſi groſſas hoīm mentes acci
pimus que aliqñ in eccl̄ia occulto dei
iudicio quāuis dure ſint p̄ferunt̄. que
q2 ſeruire curis tꝑalibꝰ non renitunt̄
oꝝ vt temptationū ventos ⁊ pluuias de
contrarietatibꝰ huius mūdi portent.
Quid vero ꝑ iacinctū coccum biſſum
q̄ ſignat̄ niſi ſanctorū vita tenera vel
clara q̄ dū caute in tabernaculo ſub ci
licijs abſcondit̄. ſua integra pulcritu-
do ſeruat̄. vt em̄ intra interiora taber-
naculi. biſſus fulgeat coccus choruſcet
iacinctus ceruleo colore reſplendeat.
deſuꝑ pelles ⁊ cilicia imbres ⁊ ventos
⁊ puluerē portent Qui igit̄ ⁊ magnis
virtutibꝰ in ſancte eccl̄ie ſinu ꝓficiunt
ꝓpoſitoꝝ ſuoꝝ vitā deſpicere non dēt
cū vacare eos rebꝰ exterioribꝰ vident
q2 hoc ꝙ ipſi ſecuri intima penetrāt ex
illoꝝ adiumento eſt. qui ꝯtra ꝓcellas
ſeculi huius exterius laborāt. Quam
em̄ candoris ſui grām retineret ſi biſ-
ſum pluuia tangeret. aut q̄d fulgoris
⁊ claritatis coccus ⁊ iacinctus oſten-
deret ſi hec ſuſceptus puluis fedaret.
Sit ergo deſuꝑ textura cilicij fortis
ad puluerem. ſit inferius color iacin-
ctus aptus ad decorem. ornent eccl̄ias
qui ſolis rebꝰ ſpiritualibꝰ vacant. te-
gant eccl̄iam quos ⁊ labor reꝝ tꝑalium
grauat Nequaq̄ ergo contra rectores
ſuoꝝ exteriora agentem. murmuret is
qui intra ſanctam eccl̄iam ſpiritaliter
iam fulget. ſi em̄ tu ſecure interius vt
coccus rutilas. cilicium quo ꝓtegeris
cur accuſas. hec grego. ¶ D ¶ Circa
hoc etiam notandū ꝙ ſunt nõnulli ſub
diti. q̄ cū ꝯſpiciunt p̄latos ⁊ ſuperiores
ſuos vite inordinate ⁊ voluptatibꝰ de-
ſeruire ac negocijs ſecularibꝰ nimis
intendere. eo audacius ad laſciuias ⁊

ad alia inconuenientia etiã ipſi ſolent
frena laxare. q2 tanto minus timẽt ex
cedere ⁊ inordinate viuere quanto ma
gis ꝯſiderant illos qui eis deberent ꝑ-
eſſe viam veritatis ac diſcipline decli-
nare. De hoc beatus greg. in mora. ſic
dicit. Sciendũ eſt q2 qd̓ a minoribus
voluptuoſe agitᷣ maioꝝ diſciplina co-
hibetᷣ. Cum vero maiores ipſi volupta
ti deſeruiunt nimiꝝ minoribꝫ laſciuie
frena laxantᷣ. Quis enim ſub diſcipli
ne ꝯſtrictõne ſe retineat. qñ ⁊ ipſi qui
ius diſcretõnis accipiunt ſeſe volupta
tibꝫ relaxãt. Quia ꝯtra nos hoſtis tũc
vehementius vires accipit. qñ ⁊ ipſos
qui ꝓ cuſtodia diſcipline prelati ſunt.
ſibi ſeruire leticie cognoſcit. tanto eñ
licentius ad feriendũ occupat. quãto
⁊ hi qui intercedere poterant volupta
ti vacant. Sic etiam dum ꝓ vtilitate
ſubditoꝝ rectores nimis temporalibꝫ
curis inſeruiunt. pleriqꝫ eoꝝ exemplo
decreſcunt. qd̓ verum valde quis eẽ ab
neget cuꝫ curari a paſtoribꝫ terrena qꝫ
celeſtia ſollicitius vident. hec grego.
¶ Mouere etiaꝫ forſan aliquos
poteſt. cur omnipotens deus nõnullos
qui videbanᷣ eſſe bone ⁊ ſancte vite ex
tare permittat ⁊ in pctm̃ cadere. De
hoc ſciendũ eſt ꝙ ſunt plures cauſe ꝑ
ter quas hoc accidere ſolet. Nam ſunt
nonnulli qui aliquam virtutẽ habent.
vel etiam plures per quas innoteſcunt
hominibꝫ ⁊ ideo veneranᷣ. ſed in qui-
buſdam vitiis ſiue peccatis occulte in-
uoluti ſunt que a ꝓximis ignorantur.
⁊ ideo dñs qui eſt inſpector cordium
nonnunqꝫ tales in aperta vitia cadere
ꝑmittit vt cognoſcanᷣ ab aliis mani-
feſte quales ſunt qui prius in occulto
vitioſi fuerunt. Eſt ⁊ alia cauſa ꝓpter
quam permittunᷣ in peccatum cadere
videlicet ſuperbia vel elatio. Sunt nã
qꝫ nõnulli qui caſtitatis ꝟtute preemi
nent ſed humilitatem cordis non ha
bent. ⁊ cum occulte per ſuperbiam eri
gunᷣ manifeſte in carnis facinora cor-
ruere permittunᷣ. ¶ Sed notan
dũ ꝙ nõnunqꝫ caſus iſtorũ eſt cautela
electoꝝ. nam electi cũ reſpiciũt tales
in quodam religioſo ſtatu eſſe. ⁊ tñ ꝑ
ter occulta alia vitia. aut ſupbiam in
carnis lubricum vel alia peccata cade-
re. talia inqꝫ ꝯſiderantes incipiunt de
um magis timere. ⁊ in cunctis q̃ agũt
ſtudent cautiores eſſe ⁊ in humilitate
perſeuerare. Iſta tangit beatus grego.
xxxiii. morali. exponens illud iob. Et
ſternet ſibi auꝝ quaſi lutum ſic dicẽs.
Mouet fortaſſe aliquem. cur miſeri-
cors deus ꝑmittit fieri iſta vt leuiathã
iſte nunc per ſuggeſtiones validas au
rum. id eſt viros ſanctitatis claritate
fulgentes. quaſi lutũ ſibi vitiis inqui-
nando ſubſternet. ſed citius reſponde-
bimus. q2 aurum qd̓ prauis eius per-
ſuaſionibꝫ quaſi lutum ſterni potuerit.
aurũ ante dei oculos nunqꝫ fuit. Sepe
namqꝫ homo multis peccatis inuolui-
tur ⁊ in vna aliqua virtute magnus vi
detur. ipſa quoqꝫ virtus inanis deficit.
q2 dum innoteſcit hominibus ꝓculdu
bio laudaᷣ. eiuſqꝫ laus inhianter appe
titur vnde fit vt ipſa quoqꝫ virtus nõ
ſit. dum abſcondit qd̓ diſplicet. ꝓdit
qd̓ placet. que vtriqꝫ eſſe merita apud
deum poſſunt. quando ⁊ mala occulta
ſunt ⁊ bona publicata. Plerumqꝫ eñ
vt diximus latet ſuperbia ⁊ caſtitas in
noteſcit. atꝫ ideo diu oſtenſa caſtitas
circa finem vite perditur. q2 cooperta
ſuperbia vſqꝫ ad finem incorrecta reti
neᷣ. Alius elemoſinis vacat. propria
diſtribuit. ſed tñ multis iniuſticiis ſer
uit. vel fortaſſe linguã in detractõnibꝫ
exerit. Et fit plerũqꝫ vt is qui miſeri-
cors fuerat. iuxta fineꝫ vite ſue ⁊ rapa
citatis ⁊ crudelitatis ſtimulis inarde-

ſcat quod valde iuſto iudicio agitur ꝙ
perdat̄ ante hoīes vnde hoīb9 placuit
qui hoc vnde deo diſplicuit corrigere
nunꝗ curauit. alius patientie ſtudet
ſed inuidere alijs ⁊ ſeruare maliciam
in corde nō cauet. Fit qūoqꝫ impatiēs
q2 latebat dolens Hi itaqꝫ ꝑ aliquid
aurum ſunt ⁊ per aliquid lutū atqꝫ hoc
aurum quaſi lutum ſternit̄. quando oc
cultis exigentib9 meritis etiaʒ virtus
que publice claruerat diſſipat̄. Sepe
etenī omnipotens deus occulta quorū-
dam mala diu tolerat. ⁊ aperta eorum
bona electoꝝ ſuorum vſib9 profutura
diſpenſat nam nōnulli mundū nequa
quam funditus deſerentes. non perſe-
ueraturi anguſtum iter aripiunt. ſed
ad querendam anguſtam portaʒ exem
plo ſuo eos qui ꝑſeueraturi ſunt accen
dunt Unde ⁊ plerūqꝫ ↄtigit vt ipſum
hoc ꝙ bene viden̄t viuere non ſibi ſed
potius ſolis electis viuant. dum exem
plis ſuis ad bene viuendi ſtudia perſe-
ueraturos aut non perſeueraturi pro-
uocant. Sepe quoſdam videmus viā
ingredi ad locum propoſitum feſtina-
re. quos alij quia euntes conſpiciunt
ↄſequunt̄. eundem pariter locum pe-
tunt. ſed fit plerūqꝫ vt irruente aliquo
in placationis articulo. poſt ſe redeant
qui preibant ⁊ hi ad locuʒ veniant. qui
ſequebant̄. Idcirco enim virtutis iter
non perſeueraturi inchoant vt eis qui
peruenturi ſunt. qua gradiantur viam
oſtendant. quorum videlicet caſus vti
litate non modica electorum profecti
bus ſeruit. q2 illorum lapſum dū ↄſpi
ciunt. de ſuo ſtatu ↄtremiſcunt ⁊ ruīa
que illos damnat. iſtos humiliat Diſ
cunt enī in ſuperni adiutorij prote-
ctione confidere. dum pleroſqꝫ ↄſpici
unt de ſuis virib9 cecidiſſe. Quando
ergo bene agere viden̄t reprobi. quaſi
planū iter electis ſeqn̄tib9 monſtran-
tur. Quando vero in lapſum nequicie
corruunt. electis poſt ſe ꝓgentib9 qua-
ſi cauendā ſuꝑbie foueam oſtendunt.
Hec greg. De hoc etiam habet̄. xxvj.
mora. vbi idem beatus grego. tractās
illud. Qui docet nos ſuꝑ iumēta terre
ſic dicit. Iumenta terre ſunt. qui vſu
vite carnalis yma appetunt. volucres
vero celi ſunt. qui ſuperbe curioſitatis
ſtudio ſublimia ꝑſcrutant̄. illi viuen-
do ſe deponunt. infra ꝙ̄ ſunt iſti. inqui
rendo ſe eleuant vltra ꝙ̄ poſſunt. illos
in īfimis voluptas deijcit carnis. iſtos
quaſi in ſuꝑiorib9 erigit libido curioſi
tatis. illis ꝑ ſacra eloquia dicit̄ Noli
te fieri ſicut equus ⁊ mulus. quib9 nō
eſt intellectus. iſtoꝝ ſuꝑb9 labor incre
patur cū dr̄. Altiora te ne queſieris ⁊
fortiora te ne ſcrutatus fueris Docet
igit̄ nos deus ſuꝑ iumenta terre ⁊ volu
cres celi. quia dum hoc qd̄ ſumus ag-
noſcimus nec carnis nos infirmitas
deijcit. nec ſpiritus ſuꝑbia eleuat. nec
defluendo de ſublimib9 inflammamur
Qui enī labit̄ carne. iumentoꝝ appeti
tu ꝓſternit̄. qui vō extollit̄ mente. mo
re volucrum q̄ſi leuitatis penna ſuble-
uat̄. Sed ſi vigilanter attendit̄. vt ⁊
mētis humilitas ⁊ carnis caſtimonia
teneatur. cito cognoſcimus. quia alte
rum cuſtoditur ex altero. nam ſepe ſu-
perbia luxurie ſeminarium fuit. quia
dum eos ſpiritus quaſi in altum erex
it caro in infimis merſit. Hi enī voti
us ſecrete eleuātur ſed poſtmodū pub
lice corruunt. quia dum occultis intu
meſcunt motibus cordis. apertis ca-
dunt lapſibus corporis. Sic ſic elati
iuſta fuerant feriendi retributione vt
q2 ſuꝑbiendo ſe hoīb9 ꝓferunt. luxuri
ando vſqꝫ ad iumentoꝝ ſimilitudinē de
uoluāt̄. hō q̄ppe cū in honore eē nō in
tellexit. ↄparatus eſt iumētis ⁊c̄. Quaſi
ſcientie eī illos in altū ꝑna ſubleuaue

rat. de q̇bꝫ paulꝰ dicebat Qꝛ cū ꝯgno
uiſſent deū non ſicut deū glorificauerīt
⁊ gratias egerunt. Quomō autem iu
mentoꝝ aut pluſ q̄ꝫ iumentoꝝ volupta
te ceciderunt ſubdit dicens Tradidit
illos deus in deſideria cordis eoꝛuꝫ in
immundiciā. Ecce caro merſit quo ſu
perba ꝯſcientia ſubleuauit. ⁊ a volatu
volucrum vltra appetituꝫ lapſi ſunt iu
mentoꝝ. atqꝫ inde ſub ſe ꝓſtrati ſunt.
vnde ſuper ſe ire videbanẝ. Curandū
itaqꝫ eſt ⁊ omni cuſtodia mens a ſuper
bie tumoꝛe ſeruanda. non enim añ ocu
los dei vacue tranſuolant cogitatōes
noſtre. ⁊ nulla momenta tp̄is per ani-
mum tranſeunt ſine ſtatu retributōis
Intus ergo videt deus ꝙ mentem ele
uat. ⁊ idcirco foris ꝑmittit inualeſce-
re qđ dedonat. intus prius extolliẝ qđ
foris poſtmođ luxurie coꝛruptōe feria
tur. Occultam videlicet culpā ſequiẝ
aperta percuſſio. vt malis exterioꝛibꝫ
interioꝛa puniānẝ ⁊ coꝛ publice coꝛru
at qđ latēter tumebat. Proinde ꝑ hu-
militatis cuſtodiam ſeruanda eſt mū-
dicia caſtitatis. Unde. Si enī pie ſpi
ritus ſub deo premiẝ. caro non illicite
ſuper ſpūm eleuaẝ. Habet quippe ſpi-
ritus ꝯmiſſum ſibi dominiū carnis. ſi
tū ſub domino recognoſcit iura legiti-
me ſeruitutis. nam ſi autoꝛē ſuperbiē
do ꝯtemnit. ⁊ iure a ſubiecta carne pre
lium ſuſcipit. Unde ⁊ ille pꝛimus hō
inobediens mox vt ſuperbiendo pecca
uit pudenda ꝯtexit. Qui enim ꝯtume
liam ſpūs deo intulit. mox ꝯtumeliam
carnis inuenit. ⁊ qui autoꝛi ſuo ſubdi
tus eſſe noluit. ius carnis ſubdite quaꝫ
regebat amiſit. vt ⁊ in ſeipſo videlicet
inobedientie ſue ꝯfuſio redundaret. ⁊
ſupatus diſceret quid elatus amiſiſſet
Sic enim plerunqꝫ virus libidinis de
radice naſciẝ elatōnis. qꝛ tunc caro vi
cit cū ſpūs latenter intumuit. Hinc ē

enim ꝙ longa ꝯtinentia repente ſolui
tur. hinc eſt ꝙ plerumqꝫ ⁊ vſqꝫ ad ſeni
um virginitas ſeruata vitiaẝ. G
Quia igiẝ negligiẝ humilitas coꝛdis
rectus iudex deſpicit etiam integrita-
tem coꝛpoꝛis. ⁊ quandoqꝫ per apertuꝫ
malum repꝛobos annūciat. ꝙ dudum
repꝛobos in occulto tolerabat. nā qui
diu ſeruatum bonū ſubito perdit. apđ
ſemetipſum intus aliud maluꝫ tenuit
ex quo aliud malū ſubito erumpit per
quod ab omnipotenti deo etiā tunc ali
enus extitit. quando ſe ei per mundici
am coꝛpoꝛis inhrere mōſtrauit Quia
igiẝ mentis elatio ad pollutōeꝫ pertra
hit carnis. repꝛoboꝝ coꝛ a volatu volu
crum ad petulantiam labiẝ iumentoꝝ.
Sancti aūt viri ne appetitu beſtiali ad
luxurie voraginem deuoluanẝ. ſollici-
te cogitatōnes mentis a ſuperbie vola
tu cuſtodiunt. ac ne in infima deſipien
do coꝛruant. omne quod ſublimiter ſa
piunt humiliter premūt. Recte itaqꝫ
dicitur. Qui nos docet ſuꝑ iumēta ter
re. Sancti enim viri ſuper iumēta ter
re edocti ſunt. quia quicquid in ymis
poteſt ambiri deſpiciunt. quia nihil in
hac vita quod preterit querunt. Suꝑ
volucres quoqꝫ celi eruditi ſunt. Per
omnes immundoꝝ ſpūum inſidias cō
prehendunt. ⁊ poteſtates aereas quas
adhuc per carnis infirmitatem tolerāt
etiam vite meritis calcant. Mentes
quippe ſanctoꝛum tranſitoꝛia cuncta
deſpiciunt. ⁊ ſub ſe labi quicquid ſuꝑ
bit. quicquid preterit ꝯtemplantur. ⁊
quaſi in quodam rerum vertice conſti-
tute. tanto ſibi omnia ſubeſſe ꝯſpiciūt.
quanto ſemetipſos auctoꝛi omniū ſub
dunt. atqꝫ inde cūcta tranſcendūt vn-
de creatoꝛi omniū vera humilitate ſub
ſternunẝ. hec greg. Ex his igiẝ dictis
colligere poſſumꝰ q̄ꝫ cautos ⁊ hūiles
nos eē opteat. ſi in vita religioſa ⁊ vir

tuoſa volumus vſqꝫ ad finē ꝑſeuerare
H Sed qꝛ de ſtatu inordinato qui
heu modo ꝑ quoſdam exercet̃ in ordi-
ne tractare incepimus. reſtat vt illa ite
rum ꝓſequamur. Unde ꝯſiderandum
vt ſupra dictū eſt. ꝙ monaſtica diſci-
plina valde modernis tꝑibꝫ deficit. ⁊
a ſua ꝑfectiōe langueſcit. oēs que ſua
ſunt querūt. ⁊ ſpreto celeſti deſiderio.
terrena auide ꝯcupiſcūt Cur igit̃ ad il
la que ꝓ diuino amore ꝯtempſimus.
ꝑ malū deſideriū iterum redimus. ⁊
votum qđ ꝓmiſimus deo ꝑ inordina-
tam vitam alꝰ affectionem violamus
De hoc ꝑ petrum damia. ſic dꝛ Ad tā
tam quippe fecem quotidie ſemetipſo
deterior mūdus iſte deuoluit̃. vt nō ſo
lum cuiuſlibet ſiue ſecularis ſiue eccle-
ſiaſtice ꝯdictionis ordo a ſtatu ſuo col
lapſus iaceat. ſed etiam ipſa monaſtica
diſciplina ſoletenus vt ita dixerim re
clinata ab aſſueta illa celſitudinis ſue
ꝑfectione langueſcit. periit pudor. ho-
neſtas euanuit religio cecidit. ⁊ facto
velut agmine omnium ſanctoꝝ virtu-
tum turba ꝓcul abſceſſit Oēs eñ que
ſua ſunt querūt ⁊ ꝯtempto celeſti deſi-
derio terram inceſſabiliter ꝯcupiſcūt.
Et qꝛ ſub ipſo mundi fine poſt mundū
inhyare nō deſinunt. quaſi poſt alta pe
lagi in litus euecti terram remigio in
aniter pulſant. Nos igit̃ qui mūdi ab
renunciatores dicimur qui terreni fru
ctus naufragium euaſiſſe gloriamur.
cur ad ea que ꝓ diuino amore ꝯtemp-
ſimus retrogradis nitentes greſſibꝫ.
male eſtuanti deſiderio recolemus Et
dum cautionem quam cū xp̄o pepigi-
mus frangimus. violate fidei potius
tormenta metuere q̄ꝫ ꝑmia poſſumus
de noſtra ꝯuerſione ſperare. hec petrus
damia. I Quicunqꝫ ergo religio
ſus violat fidem agendo contra votū
quod ſuo ſpopondit creatori. iure apo-
ſtata debet cenſeri. naꝫ ſicut duobꝫ mo
dis receditur a deo fide vel ope in eodē
ſic duobꝫ modis efficiunt̃ hoīes apo-
ſtate relinquentes fidē aut praua opa
agentes Unde ſi monachus agit con
tra ſuam profeſſionem mortaliter pec
cando merito apoſtata debet nuncupa
ri. etiaꝫ ſi habitum deferat religionis
De quo beatus grego. ſuper ezechie-
lem ſic dꝛ Sciendum ꝙ ſicut duobus
modis a deo recedit̃. ſic duobꝫ modis
a deo apoſtate hoīes fiunt. Nam vnuſ-
quiſqꝫ a creatore ſuo fide recedit. aut
ope. ſicut ergo q̄ a fide recedit apoſta-
ta eſt. ita qui per aduerſuꝫ opus quod
deſeruerat redit ab oīpotenti deo apo-
ſtata abſqꝫ vlla dubietate deputabitur
etiam ſi fidem tenere videat̃. hec gre-
go. K Notandum etiam ꝙ ſunt
in ſancta religione. qui ſolum gloriant
tur de eo ꝙ plures annos habeāt in or-
dine. ꝙ vero ipſi raro vel nunq̄ꝫ glorio
ſe vixerunt modicum ꝑpendunt. Hi
tales qꝛ in virtutibꝫ nondum profece-
runt nouicios ſe eſſe recognoſcāt ⁊ nō
monachos antiquos Unde beatus ber
nardus Si in ordine. xl. annos egiſti
⁊ virtutibꝫ non profeciſti ſed in pri-
mo gradu ſtas quo intraſti. ego noui-
cium te iudico L Eſt ⁊ aliud in or
dine multum reprehenſibile videlicet
murmurationis vitium. Quod tamē
beatus benedictus in regula prohibet
diſcretiſſime dicens Hoc ante omnia
ammonentes vt abſqꝫ murmuratione
ſint fratres. quod mandatum regule
a ſubditis minime obſeruat̃. nā ꝓpter
modicam occaſionem nōnulli fratres
prorumpunt in murmurationes inter
duꝫ cauſantes de cibo ⁊ potu ⁊ ceteris
minus diſcrete. Inſuꝑ ꝯiudicātes
ſuos ſuꝑiores ⁊ prelatos ac alios offi
ciales aſſerētes ipſos inordinatos vel
minꝰ ꝓuidos aut negligētes eē ſꝫ tiere

debent tales monachi. ne ꝓpter vitium
murmuratõis ꝓuocent iram dei. aut
etiam ſeparent̃ de numero filioꝝ eius
De hoc etiã beatus Baſilius dĩ. Non
erit de nũero fratꝝ chriſti qui murmu
rare incitat̃ ob exiguum victus ſui. de
mentiſſima enim plaga anime mur
mur oſtendit̃ fore. ⁊ ſuſurratio huius
vite. hec baſilius. Et quicunqꝫ delecta
tur in murmure priuat ſe diuina ꝯſola
tione. Unde beatus hieronimꝰ. Expers
eris ꝯſolationis diuine ſi ꝯſolatõnem
recipis a murmure. hec hieronimus
M Et ſicut ſubditi peccant mur
murando. ſic etiam prelati laborare ⁊
ſtudere debent vt non dent illis occaſi
onem murmurandi. ne forte ⁊ ipſi in
currant ꝓpter hoc pctm̃ ⁊ iram dei.
N Etiam ſciendũ eſt ꝙ ſicut ꝓfi
cientes in ordine efficiunt̃ valde vir
tuoſi. ſic econuerſo deficientes in bo
nis moribꝰ efficiunt̃ multum vitioſi.
qꝛ tales poſtpoſito omni timore dei. fa
ciunt ea q̃ non expediunt. ſcelera mul
ta ⁊ enormia ꝯmittendo. De hmõi re
ligioſis dĩ beatus auguſti. Sicut non
vidi meliores q̃ꝫ qui ꝓfecerunt in or
dine. ſic non vidi deteriores q̃ꝫ qui de
fecerunt in eodem. O Et notan
dũ ꝙ omnes qui in ſtatu religionis vi
uunt inordinate. miſerabiliores ſunt
omnibꝰ hominibꝰ. qꝛ nec deum habent
nec mundũ. nam ſi explent ſuas volu
ptates occulte peccando. tñ ſpriment
deprehendi. ⁊ ideo frequẽt̃ in quadam
cordis anguſtia ſunt ꝯſtituti. Et ideir
co ſeculũ non habent. qꝛ libere peccare
non preſumunt. deũ etiam nõ habent.
qꝛ preuaricando eius indignatõem in
currũt. De hoc dicit beatus hieronimꝰ
Nota de mũdi ꝯtemptoribꝰ. ſ. mona
chis ⁊ alijs habitu religioſis. ſi ꝓpoſi
tum ſuũ religioſe viuendo impleuerũt
cũ domino iudices erunt. ſin aũt miſe
rabiliores omnibꝰ hominibꝰ. qꝛ nec de
um habent nec ſeculũ. hec hieronimus
Non ſolũ tales in hoc mũdo miſerabi
liores ſunt. verꝫ etiam eterna damnatõ
apprehendet eos in futuro. Unde bea
tus bernar. Qui in loco ordinis ſine or
dine viuunt ad illum ordinẽ deueniũt
vbi nullus ordo ſed ſempiternus hor
ror inhitat. P Unuſquiſqꝫ ergo
monachus ⁊ religioſus ꝑpendat ⁊ pti
meſcat periculum anime ſue. ⁊ abſtra
hat ſe a ꝯcupiſcentijs carnalibꝰ. ⁊ ab
huius ſeculi vanitatibꝰ non ſoluꝫ men
te ſed etiam corpore. qꝛ ꝯuerſari inter
hoĩes ſeculares monachis minime ex
pedit. maxime tñ illis qui nondum in
bono ꝓpoſito ⁊ vita religioſa ſunt fun
dati. nã videndo ⁊ audiendo ea que in
ſeculo gerunt̃ debilis animus faciliter
ad temptatiõem trahit̃. ⁊ ideo mun
dus ⁊ eius occupatões ſunt fugiende
De hoc yſaac abbas ſyrie ſic dĩ. Expe
dit monacho nullatenus ꝯmiſceri op
pugnantibꝰ eum. ſed ab eoꝝ aſpectibꝰ
abſtinere. ⁊ elongare a ꝓpinquitate ip
ſoꝝ. ⁊ hoc dico non ſolum ꝓ ventre. ſꝫ
etiam ꝓ omnibꝰ in quibꝰ examinatur
monachoꝝ libertas. Cum enim homo
accedit ad deum fedus init cum domi
no de his abſtinere. que ſunt hec. non
videre faciem mulierũ. non reſpicere
formoſorum aſpectus. non concupiſ
cere quicq̃ꝫ. vel epulari delicata. orna
tum veſtium non videre. non videre ho
minũ ſecularium dignitateꝫ. qꝛ multas
vires acquirunt vitia de ꝓpinquitate
eorum. laxantium ⁊ alterantium ath
lete ſapientiam ⁊ ꝓpoſitum eius. ſicut
aſpectus bonorum mouet arbitriũ ha
bentis zelum vt inclinetur ad operatio
nem ipſorum. manifeſtũ eſt ꝙ ipſorũ
contraria potentiam etiam habent ca
priuandi animam ⁊ ſi nihil agit plus
ſolitario. ad infeſtationem tamen pre

lioꝝ adducit. ⁊ infructuoſa facit men
tis perturbationē. Ad vnūquodq̃ nā
q̃ corporis membrum habet homo pug
nam. ⁊ debet cuſtodire ſeipm̄ ⁊ dimi/
nuere pugnam ſuam in ipſis. Quam/
uis enī homo ſibi facit violentiam ad
bonum. periclitatur tn̄ ex eis vidēdo ſem
per atq̃ concupiſcendo. hec abbas yſaac
Q Ecce q̃ periculoſum eſt monacho
conuerſari in ſeculo. monachi enī offi
cium eſſe debet fugere turbas. amare ſi
lentium. fletibus inſiſtere. ſimplicitati
ſtudere. innocentiam vite ac ſanctimo
niam amare. Si vero oppoſitum fece/
rit a culpa liber non erit. Hoc tangit
hugo de ſancto victore ſic dicens. Li/
ber a culpa non eſt qui alienum vſurpat
officium Si monachus es. quid fa
cis in turba. ſi amas ſilentium. cur de
clamantibus aſſidue intereſſe delecta/
ris. tu ſemper ieiunijs ⁊ fletibus debes
inſiſtere. ⁊ tu philoſophari q̃ris. ſim/
plicitas monachi philoſophia eius.
Sed docere inquis alios volo. non eſt
tuum docere ſed plangere. Si tamen
doctor eſſe deſideres audi quid facias
vtilitas habitus tui. ⁊ ſimplicitas vul
tus. innocentia vite ⁊ ſanctitas conuer/
ſationis tue docere debet homines. me
lius ergo fugiendo mundum doces q̃
ſequendo. Hec hugo de ſancto victore
Et beatus bernardus. Monachus nō
habet docentis ſed plangentis officiū
cui opidum carcer eſſe debet ⁊ ſolitudo
paradiſus. hec bernardus Unde quili
bet deuotus monachus fugiat mun/
dum ⁊ ea que in mundo ſunt ⁊ religio
ſe viuat. ⁊ quod foris oſtendit hoībus
per habitum. intus ſtudeat ſeruare corā
deo per bonam vitam. Ad hoc hortatur
beatus grego. ſic dicens. Monachus
reuerentiā ſui habitus in actibus in lo/
cutione. in cogitatione ſemper circum/
ſpiciat ⁊ ea que mundi ſunt perfecte de/
ſerat. ⁊ quod oſtēdit humanis oculis
habitu. hoc ante oculos moribus preten/
dat. hec gregorius. Laboret ingr̄ mo/
nachus vt a vitijs ſtudeat abſtinere ⁊
in virtutibus ſe exerceat. ſit humilis
manſuetus ⁊ caritatiuus ⁊ timorē dei
ſemper pre oculis habeat. nam de mo/
nachis inordinatis dicit Abbas paſtor
ſic. Qui querulοſus eſt qui malum pro
malo reddit monachus nō eſt. qui ma/
liciam in corde ſuo retinuerit mona/
chus non eſt. qui iracundus eſt mona/
chus non eſt. qui elatus ⁊ verboſus eſt
monachus nō eſt. Qui vero monachus
eſt ſemper manſuetus eſt. humilis cari/
tate plenus ⁊ timorē dei ſemper ⁊ vbi
q̃ pre oculis habet vt non peccet. Hec
abbas paſtor. Item qualis debeat eſſe
verus monachus dicit Johānes abbas
in tractatu de. xxx. gradibus ſic. Mo
nachus eſt qui ſolum que dei ſunt agit
cogitat ⁊ loquitur chriſto vnitus in om/
ni tempore loco ⁊ negocio. Monachus
eſt violentia nature indeſinens ⁊ cu/
ſtodia ſenſuū indeficiēs. Monachus
eſt ſanctificatum corpus expurgatum
os ⁊ illuminata mens Monachus eſt
merens ⁊ dolens anima indeſinenter.
memoria ſe exercens vigilans ⁊ dor/
miens. Et quis putas eſt fidelis ⁊ pru
dens monachus. qui ſub obediētia la/
bore ⁊ dolore calorem ſuū cuſtodit in
extinguibilem ⁊ ad ſuum exitum ignē
igni ⁊ feruorem feruori ⁊ amorē amo
ri ⁊ deſiderium deſiderio ſolicitudinē
ſolicitudini quotidie addere non ceſſa
uit. Hec iohannes abbas. De virtu/
te ⁊ condictione deuotorum ⁊ bonorū
monachorum dicit. beatus bernardus
ſic. Ille verus eſt monachus. qui deuo
tionem tenet in choro. patientiā in ca
pitulo. diſciplinam in labore. medita
tionē in lectione. feruorem in oratiōe
caſtitatē in temptatione. tolerantiā in

aduerſitate. humilitatē in pſperitate.
hec bernar R Si vero tantam per
fectionem monachoꝝ que modo p ſan
ctos patres premiſſa vel alibi in ſcrip
tura legit̃ ꝓpter noſtram fragilitatem
ſeruare nequimus. ſuppleat hoc in no
bis humilitate ꝯſcientie deuotio. com
pungamur quotidie in fletibus q̄ꝺdiu
ꝑegrinamur a dño deo noſtro ⁊ a luce
vultus eius. Accuſemus ⁊ ꝯfiteamur
imperfectum noſtrum ⁊ defectus nr̃os
agnoſcentes paupertatez noſtram. dñs
liberabit nos. Ad hoc faciendū hortat̃
nos beatus bernardus ſic dicens Mag
nam iacturā ꝓfeſſionis noſtre ſupple-
at pietas ⁊ deuotio ꝯſcientie humilia
te. Sint nobis lacrime noſtre panes
die ac nocte q̄ꝺdiu dr̄ anime noſtre vbi
eſt deus tuus. hoc eſt q̄ꝺdiu peregrina-
mur a dño deo ⁊ a lumine vultus eius
Unū quidem erat neceſſariū. ſed qui
nec in vno figimur nec in multis ope-
rando ⁊ laborando exercemur. in quo
ordine ꝯputabimur. vtinā cum illo de
quo apoſtolus dr̄. Et qui non operatur
credenti aūt in eum qui iuſtificat im-
piū. reputat̃ fides eius ad iuſticiaz ſcḋm
ꝓpoſitum gratie dei. vtinā cum pecca
trice illa cui multū dimiſſum eſt quo-
niam dilexit multū. nam ⁊ in diligen-
do deū retributio magna. Sicqꝫ frēs
obſecro non excuſemus ſed accuſem⁹
nos ⁊ ꝯfiteamur. ⁊ qui magni noīs
vmbram ⁊ pſonale q̄ꝺdam figmentū
perfectionis apud hoīes induimus.
apud deū ꝯſcientie noſtre cognoſcen-
tes paupertatē non vſqꝫquaqꝫ a verita
te recedamus ⁊ veritas liberabit nos.
hec bernar. Et q̄uis ꝓpter fragilitatez
ac defectus noſtros non valeamus per
uenire ad perfectum ſtatū monachoꝝ.
tamen ꝓut poſſumus cū adiutorio dei
in bono opere nos exercere debemus.
menſurā etiam virium noſtraꝝ perpen
damus. ⁊ ſcḋm ꝙ ſuppetant vires ad ex
tirpanda vitia ⁊ ad virtutes inſeren-
das laboremus. Qui igit̃ ad ſanctum
ordinem nos veniſſe gaudemus. tota
noſtra intentō circa hoc verſet̃ vt mēs
noſtra virtutum armis accincta in ſpi
ritali certamine debellare contendat.
De his ⁊ alijs ſtatum religioſorū tan
gētibus petrus damiani ſic dicit. Ple
roſqꝫ vidimus iam dudum in ſacro or
dine conſtitutos. qui necdum norunt
quid in ieiunijs. quid in vigilijs quid
in reliquis celeſtis diſcipline ferre ſtu
dijs potuiſſent. Et cuz ſcriptura dicit.
qui ignorat ignorabit̃. quo pacto vel a
deo cognoſci vel deū mereat̃ cognoſce
re qui ſemetipm̄ in eius obſequio con
uincit̃ ignorare Qui ergo ſemetipſuz
vult vincere ſuarum virium menſurā
turpe eſt noticiam non habere. Quia
quiſquis in militie ſpūalis agone pro
fecerit in hoc ꝓbatio eſt. ſi iam debilio
rem ꝯtra ſeuitioꝝ ꝯtumaciam ſentit ſi
ſurgentes in ſe motus carnis facile im
primit. ſi tumultuantiū cogitationuz
ſtrepitū minore iam labore ꝯpeſcit. ſi
naſcētes carnalis illecebre ſpīas mox
vt oriri ceperint reſecat. ſi tumentia ſu
perbie luxurie ceterorumqꝫ vitiorum
colla gladio ꝓtinus diuini amoris ob
truncant. Ceterum quid prodeſt. diu
quempiam ſacre intereſſe militie quē
velut ſub ipſa primi tyrocinij rudimē
ta remiſſis manibus ⁊ tenero pede ad-
huc publice videas claudicare. a qua
nimirum negligentie diſſolutōne pre
dicator egregius diſcipulos prohibet
dicēs. Remiſſas inquit manus ⁊ diſ
ſoluta genua erigite. ⁊ greſſus rectos
facite pedibus veſtris. ne claudicans
quis erret. Docta manus ad prelium
facile venit ad triumphum. Corpus
attritum lorica promptum fertur ad
pugnam. Monacho nempe cui adhuc

impoſſibile eſt ſupbiam premere. aua-
riciam cohibere. inuidie fauces extin-
guere. nudam mentem a luxurie petu-
lantia cuſtodire. qui virus malicie ad
uerſus offendentem nequit expellere.
qui pro ſeruanda cenſura iuſticie ſuc-
cumbit iniuriam ſuſtinere. quid aliud
dicendus eſt. niſi qꝫ quantum ad pro-
feſſionem quidē iam in ſacra milicia
nomen dedit. ſꝫ quid ſit ſpirituale cer
tamen penitus non agnouit. ymo ad ꝑ
fectionem tendentibꝫ hec totis viribꝫ
obſeruare neceſſe eſt vt ſalubriter rigi
di magis diſcant iſta nocere atqꝫ vin-
cere. Pudeantqꝫ hi qui ſe mortuos ꝓ
fitent̃ eſſe cum xp̄o rebelles motus car
nis. ac paſſiones aīorum adhuc in
ſe procaciter viuere. Diſcat igitur mi
les xp̄i dum adhuc nouus eſt manus
ꝯſerere. diſcat emergentibꝫ quibuſqꝫ
vitiis ꝓut res dictauerit obuiare. huc
illuc circūductis viuacis experientie
oculis. ꝓuidus vertat. ⁊ ſingulis qui-
buſqꝫ iaculis que mittūt̃ ꝯgrue defen-
ſionis tegmen opponat. vt ſuperbiam
humilitate deiiciat. gulā ſobrietate re
ſtringat. manſuetudine iracundiam
calcet. Auariciam largitate refrenet.
ardorem libidinis terrore perpetui ig
nis extinguat. odiū trabem flamma ſua
uiſſime caritatis exurat. Delectat̃ cer-
te deus iſto certamine qui ſubtiliter ac
ꝓfunde ꝯſiderat totum quicquid eſt il
lud. quod verſat̃ in mente. Gratulant̃
angeli ad tale ſpectaculum. videntes
ꝙ humana natura in eo ꝙ ꝯtra ſeipā
pugnat ad eoꝝ ſe ꝯſortium vnde fue-
rat eiecta reformat̃. ⁊ ſibi rixando ad
veram ꝓculdubio pacem tendit quā
olim ſibimet ꝯſenciendo qꝫ nō repug
nauit amiſit. nec cōqueramur fratres
mei ſi ad votum mox cuncta non vinci
mus ſi huius conflictione certaminis
erumnas labores anguſtias ⁊ grauiſſi

mum ſepe fluctuantis aīe tedium ſuſti
nemus. in hoc enī nobis diuina diſpen-
ſatione ꝓſpicitur. ne repentina victo-
ria in arrogantiam animus noſter ex-
tollatur ⁊ de altitudine ſua ꝓfundius
corruat ſi non auctori deo ſed victorie
vires attribuat. Unde fratres cariſſi-
mi qui ad ſacrum ordinē nos veniſſe
gaudemus. hic noſtra tota interior ver-
ſari debet. videlicet vt mens noſtra vir-
tutum armis in ſpirituali certamine
ſe ſemper exerceat. ⁊ vitioꝝ potentia.
que circa nos miteſcere neſciunt. fer-
uido ſpiritu debellare ꝯtendant. para-
ti ſimus ſemper irruentes vitioꝝ cune-
os ac fremētes beſtias de agro noſtri
cordis eiicere. nullumqꝫ eis in ea que
noſtri iuris ſunt ꝑmittamus locum ꝑ-
uerſe dominationis habere. hec pertuꝫ
dami. ❡ Audiuimus igit̃ nunc
ex premiſſis ꝯdictionem ⁊ diſſolutā
vitam quorundam fratrum in habitu
quidem religionis exiſtentium. ſed ꝑ-
uerſe viuentium. audiuimus etiam cō-
uerſationem ſanctam ⁊ ordinatam re-
ligioſorum ac deuotorum monachorū.
Quiſquis ergo in bono propoſito ⁊ in
ſtatu religioſo ſe eē deprehenderit. in
eodem ſancto propoſito ac ꝯuerſatōne
bona ſeu virtuoſa ſtudeat ꝓficere ac ꝑ-
ſeuerare. vt cū ſanctis ⁊ religioſis mo-
nachis premium ⁊ gloriam poſt hanc
vitā valeat obtinere. Quiſquis vero
in diſſoluta inordinata ac ꝑuerſa vita
ſe poſitum eſſe ꝯſpexerit. timorē mor-
tis ⁊ penam gehenne ante oculos men
tis reducat. ⁊ penitentiā a ſuis prauis
actibꝫ agere non obmittat. Quicquid
ergo peruerſe agendo ꝯtra dominum
ſe ꝯmiſiſſe ſenſerit hoc totum ꝑ opera
penitentie ſuperius premiſſa videlicet
per ꝯtritionem ꝯfeſſionem ⁊ ſatiſfacti-
onem delere ſtudeat. puniat inqꝫ ſeip-
ſum per cordis ꝯtritionem. lacrimas

fundendo. per oris confeſſionem ruborem ſuſtinendo. per ſatiſfactōnem opera virtuoſa exercendo. ⁊ de cetero a ſimilibꝰ malis cauendo. Qui autem ſic ſe punit veniam ſuorum ſcelerum a domino ꝯſequetur. De tali penitente dicit beatus auguſtinus. Quid eſt homo penitens niſi homo iratus ſibi. qui vt a deo accipiat veniam ſuo iudicio de ſe ipſo exigit penam. hec auguſtiꝰ. Non ſolum autem talis penitens peccatorū veniam. imo etiam gratiam in preſenti ⁊ ſi pſeuerauerit gloriam in futuro. a chriſto domino obtinebit. ſed ⁊ ſtatum priſtinum religioſoꝝ monachorū ꝓpter mala ⁊ peruerſa opera perditum per huiuſmodi penitentiaꝫ ſe domino cooperante reformabit. Sic igitur habemus de ſtatu incipientium qui vt ſupra dictum eſt ꝯſiſtit in vera penitentia ⁊ eius partibus. videlicet contritōne confeſſione. ⁊ ſatiſfactione. ⁊ quibuſdam circumſtantijs tangentibus eiuſdem penitentie partes. De quibus omnibus prout dominus donauit tractando hanc materiam dicta quedam ⁊ autoritates ſanctorum patrum in vnum collegi vt condictio ſiue ſtatus incipientium ſiue penitentiū aliqualiter iſta legentibus pateſiat.

Explicit liber primus Ualogranati.

Incipit ſecundus liber qui tractat de ſtatu proficientium.

Diſtinctio .I. Filius

Acceptā informatione a te pater ⁊ doctrina ſalubri de ſtatu penitentium ſeu incipientium. nūc inſtrui deſidero de ſtatu ꝓficientiuꝫ. ⁊ primo in quo ꝯſiſtit ſtatus ꝓficientium de hoc ꝑte cupio edoceri.

Capitulū .I. Pater. T

Scire debes ꝙ ſtatus ꝓficientium ꝑut ſupra dictum ē in tribꝰ ꝯſiſtit. videlicet in peccatoꝝ ſiue vitiorū deteſtatōe. in virtutum operatiōe. ⁊ in temptationū perpeſſione. Poſtq̄ꝫ igitur peccator poſt mlta flagicia ⁊ crimina eſt ad deum ꝯuerſus per penitentiā ⁊ in eadem ſtudet domino cooperante cum omni ſollicitudine perſeuerare. hic talis ſtatum incipientiū eſt egreſſus. U. Sed neceſſe eſt vt quilibꝫ penitens ſeu deo ſeruiens incipiens ꝑacta penitentia. vel adhuc in actu penitentie exiſtens peccata perpetrata aut quecunq̄ꝫ alia ſcelera nondum cōmiſſa ex totis viribus ⁊ cum ſumma diligentia vitare teneť omne peccatū mortale deteſtando ſi deſiderat ſtatum proficientium ingredi. qui vt dictum eſt primo ꝯſiſtit in vitioꝝ deteſtatione.

Filius.

Quid eſt peccatuꝫ quod primo deteſtari ſeu vitare debent ꝓficientes.

Ca. II. Pater. X

Peccatum a do-
ctorib9 diuerſis modis diffi-
nitur Primo a beato augu. ſic. Pecca-
tum eſt voluntas retinendi vel ꝯſ. quen-
di qđ iuſticia vetat Item ſic ab eodez
Peccatum eſt dictum factum vel ꝯcu-
pitum contra legem dei. Tercio a bea-
to ambro. ſic. Peccatum ē ꝑuaricatio
legis diuine ⁊ celeſtium inobedientia
mandatoꝝ. Item de eodem a beato au-
guſtino. ſic dr. Peccatuz eſt ſpreto in-
pluſq̄ debemus tribuimus carni hoſtē nutrimus. ⁊ ſi neccītati eius que debemus nō reddimus ciuē necamus. Satianda itaq̄ eſt caro. ſed adhuc vſq̄ vt in bono nobis ope famulando ſufficiat. nā quiſquis ei tantū tribuit vt ſupbiat ſatiare penitus ignorat. ars nāq̄ magna eſt ſatiari. ne vnuſquiſq̄ p ſatietatē carnis ad iniquitatē prūpat turpitudinis. hec greg. G Filie aūt gule ſunt iſte. videlz Scurrilitas. inepta leticia. immūdicia. ebetudo mentis. immodeſtia. inhoneſtas. crapula ebrietas. inſuſtinētia. inuerecundia. immoderātia. vaniloquiū. Scurrilitas aūt eſt que mouet ad vba ſcurrilia Inepta leticia ē laſciuia carnis ſiue geſtus corpis inordinatus laſciuiā mentis demonſtrās. Immūdicia eſt q̄ ſolet puenire ex gula. vt ſunt vomitus ⁊ eructatōes fetide ac luxuria. Ebetudo mentis eſt ſubuerſio rōnis. Immodeſtia eſt corpis ſupfluitas. Inhoneſtas eſt lautiora fercula querere ⁊ operā dare. Crapula eſt exceſſus in cibo. Ebrietas eſt exceſſus in potu. Inſuſtinētia eſt ſtatutū tps puenire in comedendo. Inuerecūdia eſt feda verba ⁊ turpia pferre. Immoderātia. ciboꝝ minus appetitus. Vaniloquiū eſt ocioſa vba ex more pferre Vltimo ſciendū q̄ gula ɔplectif. ſ. comeſatōem. ebrietatē. ⁊ ppie loquēdo pſimonia opponif comeſationi. ⁊ ſobrietas ebrietati.

F Filius.

Poſt informatōem de vitio gule. nunc de peccato luxurie. Et quid ſit luxuria a te cupio edoceri.

Ca. XII. Pater. P

Scire debes q̄d luxuria ſcḋm hugonē de ſancto victo. eſt ɔcupīa expiende voluptatis carnalis inimici. Itē luxuria eſt ex immundis deſiderijs veniens lubrica carnis ⁊ mentis pſtitutio. Eſt etiā luxuria incontinentia corpis de prurituu libidinis naſcens Notandū autem q̄ peccatū luxurie eſt valde piculoſuꝫ. q2 hoc facinus plus q̄ cetera vitia mentē quam cepit pſternit ⁊ eneruat. Unde hugo in libro de clauſtro anime Nihil mentē citius eneruat q̄ cum aliquis ad luxuriā affectū cordis inclinat. Et hugo de ſancto victore. Luxuria eſt immoderata carnis petulantia. dulce venenū. importuna lues. pniciosa potio. que humanū corpus debilitat. ⁊ virilis animi robur eneruat. hec hugo. Vñ reſiſtendū eſt viriliter huic vitio. q2 nihil ita vaſtat corda hoīm ⁊ ſubijcit ſuo dominio cū preualet quemadmodū libido. Quod teſtaf beatus augu. qui ſic dicit. Felicius ſeruif homini q̄ libidini. q2 libido ſeuiſſimo dominatu vaſtat corda mortaliū. Et iſtius ſeruitutis atrocitas declaraf dupliciter. Primo cū voluntas noſtra ſit ita libera vt non poſſit ab aliqua creatura citra deū cōpelli. tn̄ ſeruitus libidīs ita ipſam ſubiugat ſucceſſiue. vt poſtq̄ fuerit ei per ɔſuetudinem ſubmiſſa. teneat eam ſic captiuam vt vincaf faciliter ab omni malo ⁊ pareat quaſi cocta Scḋo declaraf q2 in ceteris dominijs q̄nto facilius ⁊ melius ſeruit quiſq̄. tanto miti9 tractaf ⁊ remuneraf a dn̄o ſuo. in iſta aūt tyrannide qua voluptas ɔpellif ad pretereundū libidinē quanto perfectius exequif eius preceptū. tanto ferocius in fine opis excruciaf. Peſſima ergo hec peſtis vicꝫ vitiū luxurie cū mentem pfecte inuaſerit totaliter cor hoīs excecat. nullūq̄ bonū cogitare pmittit. nā ipſe amor carnalis ⁊ libidinoſus eſt inſatiabilis. cū eñ extinctus fuerit iterꝫ reaccendif. ⁊ poſt explerōem turpis voluptatis. iterꝫ inopiā patif.

nec ſaciat ⁊ exceptis paſſionibꝰ quas patit. eam nihil aliud cogitare ꝑmittit. Iſta ꝯmemorat beatus hieroni. ſic dicens Cum luxuria mentem inuaſerit nullum bonum cogitare permittit. Amor enim mulierū ſemꝑ inſaciabilis eſt. qui extinctus reaccendit. ⁊ poſt copiam iterum inopiam patit animum ꝗ virilem effeminat. ⁊ excepta paſſione quam ſuſtinet. aliud cogitare non ſinit. omnia bona nature ꝯſumit qꝛ naturales vires corporis eneruat rōnem ꝑturbat ingeniū hebetat nec rōni paret que impetu ducit. qui etiam luxuriat viuens mortuus eſt. ⁊ ferreas mentes luxurie domat libido Unde amor eius inſaciabilis inferno ꝯparatur. hec hieronimus Bene igitur luxuria inferno comparatur. qꝛ ipſa cum gehenne familiarem quandā habet ſimilitudinē Teſtatur hoc beatus bern̄. qui ſic dicit. Luxuria eſt peſtis. que cum gehenna familiarem habet ſimilitudinem. In gehenna enim ſunt tria. ſ. dolor ferens. vermis ꝯſcientie vrens. flamma putens. ſic luxuria feret ꝑ infamiam. vrit per ꝯſcientiā. putit ꝓ ꝯcupiſcentiam Luxuria eſt peſtis omni monſtro damnioſior. que corpus eneruat. animam commaculat. famam ꝑdit. primum offendit deū amittit De eodē etiam dicit beatus hieronimus O infernalis luxuria cuius materia gula. cuius flamma ſuperbia. cuius ſcintille prauum colloquiū cuius laus infamia. cuius cibꝰ inopia cuius finis gehenna I Et notandū ꝙ ſicut mundicia cordis ac corporis efficit hominem membrum chriſti. ſic fornicatio ⁊ libido facit membrū meretricis Teſte apoſtolo qui dicit Neſcitis q̄m corpa veſtra mēbra xp̄i ſunt. tollens ꝰ mēbra xp̄i. faciam membra meretricis. abſit Neſcitis q̄m qui adheret meretrici vnum corpus efficit. cum ea. qui adheret deo vnus ſpiritus eſt. fugite fornicationē. omne enim peccatum quodcunqꝫ fecerit homo extra corpus ē. qui autē fornicat in corpus ſuum peccat. Ex quibꝰ verbis ſancti apoſtoli colligere poſſumus. ꝙ maximum ſcelus ſit fornicatio. que templū dei videlicet hominem ita turpiter violat. Et ꝓ ꝯſequens facit membrū meretricis R Unde yſidorus fornicatio eſt maximū ſcelus. qꝛ per carnis immundiciam templum dei violat. ⁊ tollens membrū xp̄i facit meretricis Et dicit innocentius de eodem. O extrema libidinis turpitudo. que non mentem effeminat. ſed ⁊ corpus eneruat. non ſolū maculat aīam ſed fedat pſonam ſemꝑ illā ꝓcedunt ⁊ ardor ⁊ petulantia. ſemꝑ comitat feror ⁊ immūdicia. ſemꝑ ſequit dolor ⁊ penitentia. hec innocentius. Audientes igit ex predictis tot ꝑicula huius vitij. neceſſe eſt vt huic peccato videlicet luxurie animus in pꝛīcipio viriliter reſiſtat. qꝛ ſi admittit ⁊ in ꝯſuetudinē ducit etiam in quandā neccītatem peccādi ꝯuertit. Unde beatus aug. Ex volūtate ꝑuerſa facta eſt libido ⁊ dū ſeruit libidini facta eſt ꝯſuetudo. ⁊ dū ꝯſuetudini nō reſiſtitur facta eſt neccītas. hec augu. Cū autē hec mortifera peſtis mentē ſic obſederit. nocte ac die hominē quieſcere non ꝑmittit. Quod teſtat beatus ambroſi. ſic dicens Seruus criminū ſtimulus libido eſt. que quietū nūqꝫ manere patitur affectū. nocte feruet. die anhelat. Hec ambroſius Nec mirꝫ ſi hoc vitiū faciat ſemper animū inquietum. quia qui prauo ac laſciuo amore ardet hic. talis mente ac corꝑe langueſcit ⁊ ideo nunqꝫ quieſcit. De hoc dicit oroſius ſic. Qui dilectione praua eſtuat. procul dubio mente ⁊ corpore egrotat. Unde maligni ſpiritus ꝗuis de omni pec-

cato gaudeāt cū nos lapſos in aliqua vitia intellexerint. tñ maxime de for/nicatione letant̄. q2 hoc facinus vali/dius ꝙ̄ cetera vitia corda ⁊ corpora ho minū occupat ⁊ vaſtat. Unde dic̄ gloſa. Cum demones de omni pctō gaude ant. precipue tñ gaudent de fornicatō ne ⁊ ydolatria. ¶ Et notanduꝫ ꝙ ↄtra hunc peſtiferū morbū. videliꝫ lu xurie viciū triplex poteſt eſſe remediū Primū eſt mortis frequens meditatō Unde beatus greg. Ad reſtringenduꝫ carnis illecebram ⁊ luxurie feditatem nil tantū valet ꝙ̄ ſi frequenter cogite/mus ꝙ eadē caro non lōge poſt vermi bus ſcaturiet ⁊ in fetidā materiā con/uertet̄. hec greg. Secundū remedium ꝙ homo debet fugere occaſiōes hmōi vitij. viꝫ familiaritatē mulierū ⁊ om nia alia que pñt mentē ad hoc peccatū inclinare. Unde beatus ambrō. ſup il lud dictū apoſtoli. Fugite fornicatōeꝫ ſic ait. Cum alijs vitijs pt expectari cō flictus. ſed hanc fugite. ne approxime tis. q2 non poteſt vinci. Et beatus Ihe ro⁹. Rethe dyaboli eſt luxuria. ſi quis hac capit̄ non cito ſoluit̄. In iſto tam graui ⁊ periculoſo prelio nemo pt vin cere niſi fugiat. nemo pt firmiter ꝑdu rare niſi carnē domet abſtinētia ⁊ ieiu nio. Hec ihero. Terciū remediū eſt ꝙ homo dꝫ primos motus carnales cuꝫ titillat̄ in ſeipſo refrenare anteꝙ̄ ptra hant mentē ad delectatōem ⁊ ↄſenſuꝫ peccati. Unde beatus bern. de vitio gu le qd eſt qddam incitamentū luxurie ſic dicit. Notandū ꝙ ardor libidinis ꝑ aliqua parua occaſione excitatur. ⁊ niſi ilico reſpuat̄. ſubito totū corpus occupat eſtuat urit ⁊ incendit. primo carnē tactam modicū titillat. deinde delectatione turpi mentē maculat. ad extremū per ↄſenſum prauitatis men/tem ſibi ſubiugat. Unde ps. ait. Filij hominū vſq3 quo graui corde ⁊ pingui corpis vt quid diligitis vanitatē. ⁊ ve ritatē negligitis. pinguedo carnis. de licie corporis. ſaturitas ventris aut an te mortem vos deſerent. aut vos illa in morte relinquitis. hic caro vermibus illic anima ignib9 deputat̄. donec rur/ſus infelici collegio collegati in tormē/tis penalib9 ſocient̄ qui ſocij fuerūt in vitijs. Una nāq3 pena implicat quos vnus amor in crimine ligat. O delica te qui delicijs ⁊ diuitijs circumfuſus es ↄfuſionē expectas ⁊ mortē. non eſt re/gnū dei eſca ⁊ potus. nō purpura. non biſſus. q2 diues ille vtrūq3 circumda/tus in puncto ad inferna deſcendit.

Quid ad hec dicitis vos guloſi ⁊ luxu rioſi quorū deus venter eſt. quorū vſus oīs aut in ventre aut ſub ventre eſt. qui in luxuria nutriſtis corda ⁊ corpora ve ſtra. Audite q2 eſca ventri ⁊ venter eſcis deputat̄. deus aūt ⁊ hunc ⁊ has deſtru/et. Calix demoniorū eſt ſupbia. detrac/tio ⁊ inuidia. crapula ⁊ ebrietas. q̄ cū impleuerint mentē vel ventrem. xp̄us ibi non inuenit locū. Quō ignis ⁊ aq̄ ſimul eſſe non pñt. ſic ſpūales ⁊ carna les delicie in eodē ſe non patiunt̄. vbi crapulam ructantis inter pocula ſenſe rit xp̄s. vina ſua dulciora ſuper mel ⁊ fauū menti ꝓpinare dedignat̄. vbi cu/rioſa ciborū diuerſitas paſcit ventrem celeſtis panis ieiunam deſerit mentē. hec bernar. ¶ Qd autē gula ſiue ebrietas occaſio ſit libidinis. de hoc dt beatus hiero. Venter mero eſtuans ci to ſpumat in libidinē. Venter enim ⁊ genitalia vicina ſunt. ⁊ vnū alteri ſub miniſtrat. ex vicinitate enim mēbrorū ſequit̄ ↄfederatio viciorum. ¶

Sciendum etiam ꝙ ſunt ſeptem ſpe/cies luxurie. videlicet fornicatio. adul terium. inceſtus. ſtuprū. raptus. ſacri/legium. vitium ↄtra naturam. Forni/

catio est omnis vsus meretricū .i. vidu
arū ⁊ ꝯcubinaꝝ. Adulterium est alieni
thori violatio. Incestus est ꝯsanguine
arum ⁊ affinium abusus. Stuprum est
virginū illicita violatio. Raptus est
cū puella a domo patris educit̄ vt cor
rupta in vxorem habeat̄. Sacrilegiuꝫ
est quo ꝯtinentia deo sacrata ledit̄. vt
in religiosis ⁊ clericis in sacris ordini
bus ⁊ in his qui emiserunt votum ꝯti
nentie. Vitium ꝯtra naturā est quo na
turalis vsus coeundi ꝑuertit̄ qđ tam
malum ⁊ detestabile est vt non de faci
li nominet̄ q꞉ pctm̄ sodomie seu con
tra naturā oē vitiū supat. nam hoc fla
gicium mors est corpoꝝ. exterius inte
ritus aiaꝝ. spm̄ sanctum de corde eijcit.
Intentorez diabolū introducit hoc vi
tium. oīa maculat. oīa polluit. ⁊ nihil
purum aut mundū esse ꝑmittit. ad ex
tremū a deo sepat ⁊ diabolo ꝯiungit.
De hoc vitio petrus dami. sic dr̄. Viti
um sane contra naturā oīm immanita
tem supat vitioꝝ. hoc siquidem vitiuꝫ
mors est corpoꝝ. interitus est aīaꝝ. car
nem polluit mentis lumen extinguit.
Spm̄ sanctum de templo humani cor
poris ⁊ pectoris eijcit. intētorem luxu
rie diabolū introducit. eunti laqueos
parat. cadenti puteū ne egrediat̄ opi
lat. infernum aperit. paradisi ianuam
claudit. Celestis ihrusalē ciuem tarta
ree babilonis facit heredeꝫ. abscindit
membrū ecclie. in ipm̄ voraꝫ ꝓijcit ge
henne estuantis incendiū. hoc vitiū su
perne ciuitatis muros conat̄ euertere.
⁊ rediuiua exuste zodome satagit me
nia repare. hoc est enī qđ sobrietatē vi
olat. pudiciciam necat. castitatem iu
gulat. virginitatem spurcissime cogita
tionis mucrone trucidat. oīa fedat oīa
maculat. oīa polluit. ⁊ quantū ad se ni
hil puruꝫ. nihil a sordibꝫ alienū. nihil
mundū esse ꝑmittit. a deo aīam etiam

sepat. vt demonibꝫ ꝯiungat. hec pestilē
tissima sodomoruꝫ regina sue tiranni
dis leges obseqn̄tem hoībꝫ turpem.
deo reddit odibilem. Infelici quippe
aīe postq̄ hic venenatissimus coluber
dentes semel infixerit. illico sensus ad
imitur memoria tollit̄. mentis acies
obscurat̄. immemor dei obliuiscit̄ sui
hec pestis fidei fūdamēta euacuat. spei
robur eneruat. caritatis vinculū dissi
pat. iusticiā tollit. fortitudinem subu
it. tempantiam eximit. prudentie acu
men obtundit. Quid amplius dicam
qñquidem oīm virtutum cuneū de cu
ria humani cordis expellit. omniuꝫ vi
cioꝝ barberiem. velut euulsis portarū
repagulis intromittit. nimiꝝ. q꞉ quē
hec atrocissima bestia cruentis semel
faucibꝫ deuorata cūctis bonis opibꝫ
quibusdā suis vinculis obligat. ꝑ oīa
nequissime prauitatis abrupta ꝑcipi
tāter effrenat. mox nāq̄ vt q̄sq̄ i hāc ex
treme ꝑditiōis abyssum fuerit lapsus
a supna patria exul efficit̄. a xpi cor
pore sepatur totius ecclie auctoritate
ꝯfundit̄ oīm sanctoꝝ patrum iudicio
ꝯdemnat̄ inter hoīes in terra despicit̄
a celestium ciuium ꝯtubernio reproba
tur q꞉ ⁊ nūc humane irrisionis obpro
brium. ⁊ postmodū damnationis cogi
tur ꝑferre tormentū. hec petrus dami
ani. Sed ne quis ꝓpter huiōi tam gra
ue scelus etiam post lapsum tā īmanis
facinoris in desperationē corruat. idē
petrus damiani. ad penitentiam ⁊ ad
spem habendā de diuina misericordia
etiam de hoc scelere sic inuitat dicens
Quisquis huius zodomitice turpitu
dinis se contagione fedauerit. nisi fru
ctuose penitentie satisfactione purgat
tus fuerit nunq̄ habere poterit gratiā
dei. nunq̄ xpi corpore ⁊ sanguine dig
nus erit. nunq̄ celestis patrie limen
intrabit. Unde exurge queso O homo

ad penitentiam . qui in huius miſerie
voluptatis ſopore deprimeris . reuiui-
ſce tandem qui letali coram inimicis
tuis gladio corruiſti. Caue ergo ne te
baratꝝ deſperationis abſorbeat . mens
fiducialiter ex diuina pietate p̄ſumat.
ne ꝓ magnitudine criminis impenitens
obdureſcat . non eſt peccatoꝝ deſpera-
re ſed impioꝝ . nec magnitudo crimi-
num in deſperationē adducit animuꝫ.
ſed impietas . ſi enī tantum potuit dy-
abolus vt te in huius vitij ꝓfunda ſub
mergeret . quanto magis virtus xp̄i te
poterit ad deum de quo lapſus es verti
ce reuocare. nunquid qui decidit non
adijciet vt reſurgat. cecidit aſinus car
nis tue in lutum ſub pondere. eſt ſtimu
lus penitentie qui pungat. eſt manus
ſpūs que viriliter extrahat Non ergo
te ex diuine miſerationis largitate diffi
das . ſi tñ infatigabiliter in penitentia
ꝑſeuerare ꝯtendas. hec petrus dami.
Apoſtolus etiam paulus inter cetera
vitia de hoc ſcelere enormi ad chorin.
ſcribens mentionē facit. ⁊ tales vitio
ſos in huiuſmodi crimine collapſos
eſſe damnandos ſic ꝯmemorat di. An
neſcitis qr iniq̄ regnū dei ñ poſſidebūt
nolite errare. neqꝫ fornicari . neqꝫ ydo
lis ſeruientes . neqꝫ adulteri neqꝫ mol
les . neqꝫ maſculoꝝ ꝯcubitores . neꝫ fu
res . neqꝫ auari . neqꝫ ebrioſi . neqꝫ ma-
ledici . neqꝫ rapaces regnum dei poſ-
ſidebunt. Poſtqꝫ vero apoſtolus hos
criminoſos enumeraſſet . non ſolū ab-
lutionem ſeu delectationem hoꝝ vi-
tioꝝ ſed etiam iuſtificatōem ⁊ ſancti-
ficatōeꝫ tales eſſe ꝯſecutos demōſtrat
cum ſubdit dicens . Et hec aliquando
fuiſtis . ſed abluti eſtis . ⁊ ſanctificati
eſtis in nomine dñi noſtri ieſu chriſti
⁊ in ſpū dei noſtri Ex his ergo dictis
tam premiſſis colligere poſſumus ꝙ
non ſolum hoc peccatum videlicet cō-
tra naturam verumetiam omnia crimi
na ꝑ pñiam poſſunt deleri . dummodo
homo de facinoribꝫ ſuis ꝯmiſſis dole-
at . peniteat . ac de cetero a ſimilibꝫ ca-
ueat . quia multum diſplicet deo itera
tio peccati . nam ipſe dominus ad mu-
liereꝫ in adulterio deprehenſam dixit.
Quis te ꝯdēnauit mulier . que reſpon
dit . Nemo domine . Et dixit . Nec ego
te ꝯdemnabo . vade amplius noli pec
care . In quibꝫ verbis magna fiducia
lapſis in peccata tribuitur . qui poſt la-
pſum per pñiam reſurgentes . ⁊ in ipa
perſeuerantes ſe poſtmodū a ſimilibꝫ
cuſtodiunt. ¶ Poſtmodū ſcien
dum ꝙ filie luxurie ſunt iſte . videlicꝫ
Impudentia . cecitas mentis . incon-
ſideratio . inconſtantia . amor ſui . pre-
cipitatio . odium dei . affectus preſen-
tis ſeculi . deſperatio futuri ſeculi . Im
pudentia eſt exterioribꝫ ſignis luxuri-
am demonſtrare. Cecitas mentis eſt
inconſideratio mortis ⁊ inferni . quia
ſm̄ beatum auguſtinū . In opere luxu-
rie tota ratio abſorbetur . Inconſtātia
eſt ad cogitandum ⁊ ꝯſiderandū nunc
illud nunc iſtud . Amor ſui eſt quo ali-
quis deſiderat longam vitam vt exple
at voluptates ſuas . Precipitatio eſt q̄
quis p̄cipitanter currit ad peccādū . ex
ponens ſe ꝑiculo mortis ꝓpter luxuriā
faciendā . Odiū dei eſt qđ fit cū d̄s ab
ſtrahit ſe ⁊ punit eos qui ſequunt̄ car-
nis delicias ad q̄s inclinat luxuria . Af
fectus p̄ntis ſcl'i eſt appetitus honoꝝ.
diuitiaꝝ . ſanitatis fortitudīs ⁊ hmōi
ꝑ que luxurioſus homo finē ſuū ꝯſeq̄t̄
Deſpatio futuri ſcl'i eſt diffidētia gl'e
vel venie ꝯſequēde ⁊ hec eſt filia luxurie
ꝯſummate. Sic hēmus de pctō luxu-
rie ⁊ de ceteris capitalibꝫ pctīs ⁊ cete
ris vitijs ꝓut dñs donauit expoſitum.
Sequit̄ q̄ñ talia . ſ . pctā predicta ſunt
mortalia vel non   Filius.

Poſtq̄ informatus ſum de ſeptē vicijs capitalibꝰ ſiue mortalibꝰ nunc ſcire deſidero qn̄ p̄dicta peccata ſint mortalia vel qn̄ poſſint eſſe venialia. Ca. XIII. Pater P

Omnia vitia pre dicta q̄uis ſemꝑ ſint peccata non tn̄ ſemper ſunt mortalia. Q

Qn̄ vana gloria mortale pctm̄ dr̄ dupliciter. Primo rōne finis. ꝓpter quē laus appetit̄. Sic illi faciunt qui bona opa ad hūc finē opant̄ vt aliqđ lucruꝫ tpale videlicet pecuniā vel aliaꝝ qualiumcūq̄ reꝝ ab hoībꝰ ꝯmodū cōſequi valeant. Scđo rōne opis in quo laus appetit̄. qđ fit qn̄ homo bonum opus operat̄ ad hūc finē vt laudē ⁊ fauorem capiat ab hoībꝰ. ⁊ ſuum aīm totaliter laxat in eandē laudē ⁊ fauorē ꝑ inordinatā ⁊ nimiam delectationē R

Circa primū ſciēduꝫ ꝙ quadruplici fine laus appetit̄. Primo ad vitanduꝫ malum infamie. ſic Samuel ſe laudauit .j. regum. Secundo ꝓpter vtilitatē aliquā ſpūalem vt eſt gloria dei vel edificatio proximi ſicut paulus ſe ꝯmēdauit. ad chorin. ij. Tercio ꝓpter lucꝝ auaritie ſicut pharisei qui deuorabant domos viduaꝝ. ſimulantes longā orōnem. Quarto ꝓpter actū alicuius pcti venialis ſicut qn̄ quis laudari vult. eo ꝙ venialiter in laude delectet̄. primuꝫ eſt ꝓuidentie. ſecundū eſt caritatis dei ⁊ ꝓximi. terciū eſt mortale peccatum. qꝛ ꝓpter auariciā fit ⁊ lucrum tpale vt dictum eſt. quartuꝫ eſt veniale. Sequitur ſecunda cauſa quare vana gloria ſit peccatum mortale ſ. ratiōe operis per quod laus querit̄. Hoc aūt etiam poteſt fieri tripliciter qꝛ laus quandoq̄ requirit̄ per opera illicita. quandoq̄ per opera quedam alia. quandoq̄ ꝑ opera virtutum. Si primo modo ſic eſt tale peccatum quale eſt illicitum. ſ. mortale vel veniale. Si ſecundo ſic eſt peccatuꝫ veniale vt habere diuitias vel veſtes precioſas. Verūtamen ſi talia de ſe ſint īordinata vt ſint occaſio mortalis peccati. vt quando mulier ornatu meretricio ad capiendas aīas preparat̄. ⁊ ſimilia tunc eſt peccatuꝫ mortale. Si tercio modo id eſt ſi laus queratur ꝑ opera virtutum. hoc eſt dupliciter. qꝛ appetitus laudis adiungit̄ operi virtutis tantum. ſicut ꝯtingit in cantu vel predicatione quandoq̄ ⁊ in quibuſdam alijs operibꝰ virtuoſis. ⁊ tunc eſt peccatum veniale vel laus eſt ſi nis principaliter preſtitus operi virtutis ⁊ operanti. ita ꝙ ſibi ꝯſtituit finem vltimum ſe totaliter fundens ſup huiuſmodi delectationeꝫ vane glorie. ⁊ ſic eſt peccatū mortale quia tunc inheret ei vt fini vltimo.

Sequitur de inuidia

Ca. .XIIII. S

Inuidia eni ex ſuo genere eſt mortale peccatum qꝛ cū inuidia ſm remigium ſit dolor de alieno bono ꝯtrariat̄ directe caritati. que non emulat̄ ſed congaudet veritati Caritati vero nihil eſt contrarium niſi mortale peccatū. tn̄ illud qđ ex genere ē mortale poteſt eſſe veniale in quantum vel in primo motu ꝯſiſtit vel extra rationem ſuam trahitur. Dolor ergo de alieno bono ē quadruplex qꝛ vel eſt primo primus motus ex natura veniens. ſicut q̄dam naturaliter inuidi ſunt. ⁊ hoc nullum eſt peccatum. cum nullo modo in noſtra ſit poteſtate. Vel eſt ſecundo primus motus. quando. ſ. appetitus ſine completa deliberatione tali paſſioni afficit̄ ⁊ ſic eſt veniale peccatum. vel eſt actus voluntarius deliberatiue. ⁊ hoc fit cū bō voluntarie

deliberato animo admittit ⁊ ꝯſentit vicio inuidie. ⁊ ſic eſt mortale pctm̄ ¶ Vel trahitur per intentōem extra rōnem ſuā vt qn̄ dolor ſurgit ex cā bona. ſicut qn̄ dolet aliquis de bono tꝑali alterius qꝛ videt illud redundare in detrimentū aīe illius vel etiam in detrimentū communitatis. ⁊ dolor talis bonus eſt. qꝛ maius bonū eſt magis appetendū

¶ Capitulum XV. ⁊

IRa ex ſuo genere ē mortale pctm̄. qꝛ ſm̄ caſſiodoꝝ. Ira ē motus animi ꝯcitatus ad penam ꝓuocanti inferendā. Talis aūt motus ꝯtriatur caritati que non irritatur. nec cogitat malum. i. ad Chorin. ¶ Eſt aūt ira triplex. Prima eſt remiſſus affectus ꝯtra ꝓximū per quē nō dolet de malo ꝓximi. nec gaudet de bono eius ſed fit ei indifferens. ⁊ ſic nō eſt pctm̄ mortale. ſed eſt imꝑfectio caritatis. Scđa eſt actualis impatientia. abſqꝫ appetitu vindicte. ⁊ talis motus etiaꝫ deliberatiuus eſt veniale pctm̄. qꝛ hꝫ incompletā ratōem ire. Tercia eſt impatientia cū appetitu vindicte. Et hoc tripliciter. Qnqꝫ enī ira eſt ex natura. ſicut in melancolis in quibꝫ ſm̄ phūm ꝯtinue mordetur natura. ꝓpter qđ ſemꝑ ſunt turbulenti. ⁊ ſic nullū eſt peccatū cū ſit motus naturalis Qnqꝫ eſt ab appetitu deliberato ⁊ tunc eſt veniale ſicut aliꝗ primi motus. qnqꝫ aūt eſt a voluntate deliberatiua. ⁊ tunc eſt peccatum mortale.

¶ Caplm XVI. x

ACcidia ex genere ſuo eſt veniale peccatū. quia ſm̄ augu. Accidia eſt tediū eterni boni Hoc aūt nō opponitur caritati ſed facit diminutōꝫ feruoris caritatis. in quo ꝯſiſtit oē pctm̄ veniale Illud ergo tedium vel eſt motus naturalis ⁊ ſic nullū eſt pctm̄. vel eſt motus appetitus ꝯtriſtati de ope ſpūali laborioſo. ⁊ ſic eſt pctm̄ veniale. Cū vero tediū redundat in omiſſionē que ſunt neccāria ſaluti. vel obmittuntur ea ad que tenetur quis vt eſt horas canonicas pſoluere. ad quas obligati ſunt qui ſacros ordines pceperunt. tunc eſt pctm̄ mortale. A Unde thomas de aquino. Sicut inuidia que eſt triſticia de bono ꝓximi eſt pctm̄ mortale in ſuo genere inquantū ꝯtrariatur caritati quantū ad dilectōeꝫ ꝓximi. Ita accidia q̄ eſt triſticia boni ſpūalis diuini eſt pctm̄ mortale ex ſuo genere inqꝫtum ꝯtrariatur caritati quantum ad dilectiōem dei. ⁊ hoc verificatur in omībus pctīs que ſunt mortalia ex ſuo genere. ſed motus imꝑfecti in genere taliū pctōꝝ non ſunt pctā mortalia. que. ſ. ſunt abſqꝫ deliberatōe rationis. vn̄ tales motus accidie ſunt pctā venialia. nam etiā in viris ꝑfectis pōt eſſe imperfectio motus accidie ſalteꝫ in ſenſualitate. ꝓpter hoc ꝙ nullus eſt ita ꝑfectus in quo nō maneat aliq̄ cōtrarietas carnis ad ſpūm Sed qn̄ affectus carnalis ita ꝑualet rōni vt ex deliberatiōe homo triſtetur de bono ſpūali ⁊ diuīs manifeſte. talis motus eſt pctm̄ mortale. hec tho. Si aūt illud qđ fit ex obmiſſione boni vel difficultate aggrediendi bonū ducit in deſꝑatōem. tunc iā accedit ad pctm̄ in ſpūm ſctūm. Et qnqꝫ illud tediū ita creſcit ꝙ etiaꝫ ducit in tediū vite. intantū ꝙ iniꝗciat ſibi manus. tunc iam ſimilis erit iude qui laqueo ſe ſuſpendit.

¶ Capitulum. XVII.

AVaricia dicitur dupliciter. Uno modo ſecundum ꝙ eſt oppoſitum iuſticie. ⁊ hoc modo ex ſuo genere eſt mortale

peccatum. ſic enĩ ad auariciã ptinet ꝙ aliquis iniuſte accipiat vel retineat res alienas qḋ ptinet ad rapinam vel ad furtuʒ. que ſunt mortalia. Alio modo poteſt accipi auaricia ſm̄ ꝙ opponitur libertati alias liberalitati ⁊ ſm̄ hoc importat inordinatũ amorem diuiciaꝝ. Si ergo in tantum amor diuitiaꝝ creſcit ꝙ pferatᷣ caritati. vt. ſ. ꝓpter amorem diuitiaꝝ aliquis non vereatᷣ facere ↄtra amorem dei ⁊ ꝓximi. ſic auaricia erit peccatum mortale. Si aũt homo q̄ꝫuis ſuꝑflue diuitias amet. non tñ prefert amorem eaꝝ amori diuino. vt. ſ. ꝓpter diuitias nõ velit aliquid facere ↄtra deũ ⁊ ꝓximum ſic auaricia ẽ pctm̃ veniale B Et qꝛ auaricia eſt immoderatus amor ſiue appetitus habendi ſciendum ꝙ ſi aliquis appetit aliena appetitu ↄpleto. qui etiam ꝓcederet in opus ſi facultas adeſſet ſic eſt peccatũ mortale Item ſi quis appetit illicita voluntate ↄpleta vt ſi aliquis indignus conatᷣ beneficiũ eccleſiaſticũ adipiſci. ſic eſt iterũ peccatũ mortale. Itẽ ſi quis appetit talia ſiue ſint aliena ſiue illicita cũ voluntate cõditionata. ſ. ſi poſſet habere ſine offenſa dei ac iniuria ꝓximi. ⁊ tũc vel nullũ vel veniale pctm̃ eſt Item ſi quis ſimpliciter appetit habere ſuꝑflua ⁊ hoc appetitu ſuffocante mentem a cura ſui ⁊ a ↄſideratione diuinoꝝ. hoc eſt peccatũ mortale. Iteʒ ſi quis ſuꝑfluo amore inheret tpalibꝫ tñ infra amorẽ dei. hoc eſt peccatũ mortale. Item ſi quis retinet ea que ad neccitatem ſuam ⁊ ſuoꝝ pertinent vel ad ↄſiderationem ſui ſtatus ⁊ ſuoꝝ ſm̄ quod decet ſuam dignitatẽ. hoc nõ eſt pctm̃ Item ſi quis retinet ſuperflua reſpectu vtriuſqꝫ iã dictoꝝ ⁊ hoc tpe neccitatis extreme alicuius. ⁊ ſic eſt pctm̃ mortale. Item ſi quis retinet ſuperflua citra extremam neceſſitatem ex inſaciabili cupiditate ſic etiam eſt peccatum mortale. Precipuum aũt ſignũ talis affectus eſt. ꝙ enĩ quis potius res putreſceri ſinit q̄ꝫ vtiliter alijs diſpenſaret. ꝙ aũt vitiũ auaritie ydolatrie ↄpetit. de hoc thomas de aquino ſic ait. C Apoſtolus nõ dı̇t ꝙ omnis ſimpliciter auarus non habeat partẽ in regno xp̄i ⁊ dei ſed addit qḋ eſt ydolorum ſeruitus. illa enĩ auaritia a regno xp̄i excludit. que ↄpatᷣ ydolatrie. eo ꝙ honorẽ deo debitũ exhiberet creature. inquantũ in tpalibꝫ bonis finem ↄſtituit. qḋ ſoli deo debet. nã cupiditas extinguẽs caritatẽ eſt illa. que finem cõſtituit in temporalibꝫ bonis. illa aũt que finem non conſtituit q̄ꝫuis ſupercedit debitũ modum non extinguit caritatem ſed impedit eam in ſuo actu. hec thomas. Ex quibus dictis colligere poſſumus ꝙ nõ oĩs auaricia ſit ydoloꝝ ſeruitus vel peccatum mortale. ſed ſolũ illa que extinguit totaliter caritatẽ Unde auaritia poteſt eſſe peccatum veniale in certis caſibꝫ vt premiſſum eſt.

Ca. XVIII. D

Gula eſt immoderatus appetitus edendi. qḋ poteſt eẽ q̄tuor modis. Primo ſi ibi ẽ ſolus appetitus cibi ⁊ hoc nũq̄ꝫ ẽ pctm̃ nec etiã delectatõ in cibũ ↄñs eſt pctm̃ in quantũ ordinatᷣ ↄtra defectũ ſibi contrariuʒ. hec enĩ pure ſunt naturalia. in quibꝫ nõ eſt meritũ neqꝫ demeritũ Secundo ſi appetitui neccitatis adiungitur appetitus delectatõis. ⁊ voluptatis in cibo. hoc ẽ veniale pctm̃ Tercio ſi ẽ ibi tranſgreſſio p̄cepti vt cũ aliquis ſine neceſſitate ſoluit ieiuniũ eccl̃e. vel religioſus comedit carnes. cũ hoc in ſuo ordine ſit prohibitum ſub precepto. ſic eſt pctm̃ mortale. Quarto ſi appetitus

comedendi eſt cū libidine. vt quando nimio ⁊ finali affectu inheret delectati oni cibi ⁊ nimis ingurgitat ſe. ⁊ hoc ē peccatū mortale. De hac gula thomas de aquino. Vitium gule ꝓprie ↄſiſtit in ↄcupiſcentia inordinata. Si ergo inordinatio accipit in gula ſm auerſionem a fine vltimo. ſic gula erit peccatum mortale. quod quidē ↄtingit qñ delectationi gule inheret homo tanq̄ fini ꝓpter quem deū ↄtempnit. paratus ſcʒ ↄtra precepta agere vt delectatōes huius aſſequat. Si vero in vitio gule intelligat inordinatio ↄcupiſcētie tm̄ ſm ea que ſunt ad finem. vtpote qꝛ nimis ↄcupiſcit delectationes ciboꝝ. nō tamen ita ꝙ ꝓpter aliquid faceret ↄtra legem dei ⁊ eſt peccatū veniale. hec thomas. ¶ De vitio etiam ebrietatis ſciendum ꝙ culpa ebrietatis conſiſtit in immoderata ⁊ inordinata cōcupiſcentia ⁊ vſu vini vel alterius pot9 qui inebriare poteſt. Hec autem ebrietas ↄtingit eſſe tripliciter. Uno modo ſic ꝙ neſciat potum eſſe immoderatum ⁊ inebriare potentē. ⁊ cum neſcit vini fortitudinem. ⁊ ſic ebrietas poteſt eſſe ſine peccato. ⁊ ſic noe creditur inebriatus fuiſſe. Alio modo ſi aliquis ꝑcipiat potum eſſe immoderatū. non tamen exiſtimat potum eſſe potentē inebriare. ⁊ ſic ebrietas poteſt eſſe cuʒ peccato veniali. Tercio modo poteſt ↄtingere ꝙ quis bene aduertat potum eſſe immoderatū ⁊ inebriare potentē ⁊ tm̄ magis vult ebrietatē incurrere q̄ȝ a potu abſtinere. ⁊ talis ꝓprie dͬ ebrius ⁊ ſic ebrietas eſt pctm̄ mortale. qꝛ volēs homo ⁊ ſciens priuat ſe in ſenſu rōnis

Capitulum XIX. ¶

Luxuria ex ſuo

genere eſt pctm̄ mortale. qꝛ cōtra illud preceptum. non mechaberis

¶ Concupiſcentia vero luxurie diſtinguit ſeptē modis. Primus eſt cum ↄcupiſcentia cōſiſtit in primo motu tm̄. ⁊ ſic veniale peccatū. Secundus eſt cum ſequit ↄſenſus in delectatōem. licʒ nō in opus velit procedere ſic eſt mortale peccatū. Tercius cum ↄſentit in opus ita ꝙ velit carnaliter peccare ſi occurreret oportunitas. ⁊ ſic iteꝝ eſt peccatū mortale. Quartus modus eſt cum nō ſolum tenetur corde. ſed paſcit viſu. ⁊ ſic iteꝝ eſt peccatum mortale. Unde dͬ Math. v. Qui viderit mulierē ad ↄcupiſcendū eam ⁊c. id eſt animo ⁊ ſine intendit mulierē vt eam ↄcupiſcat. qꝛ ſm auguſtinū hoc iam non eſt titillari ſed plene ↄſentire libidini. Bene autem dͬ ad ↄcupiſcendum eam. qꝛ ſi aliquis videret mulierem vt rem pulcram ⁊ vlterius non ꝓcederet. tunc vel nullum eſſet peccatū vel ſolum peccatū curioſitatis. Quīt9 modus ē in ſtultiloquio. vt cū quis mulierē ꝓcatur ⁊ ꝓpter libidinē habet cū ea familiaria colloquia. qꝛ ⁊ hoc eſt mortale peccatum. Sextus modus vocat ab apoſtolo turpitudo. vt in oſculis. in amplexibꝰ. ⁊ tactibꝰ laſciuis. ⁊ hoc eſt pctm̄ mortale. ⁊ tanto grauius quanto magis per talia libido accendit ꝓpter nimiam approximationē ad ignem. Notandū tn̄ ꝙ tangere mulierē preter malā intentionē non eſt peccatū. ſimiliter cuʒ intentione boni ex necītate. ſed tangere ex libidine. vel oſculari ad ſe non pertinentē eſt mortale peccatum. Septimus modus eſt cum ↄcupiſcentia ꝓcedit in opus. ita ꝙ ꝑficit opus luxurie hoc eſt ſꝑ peccatū mortale niſi excuſet per matrimonium. ¶ De moribus aūt ↄcupiſcentie carnalis nicolaus de lyra in glo. ſuper illo verbo. Omnis qui viderit mulierē ad concupiſcēdū. ſic ait. Uidere abſolute mulierem

non eſt malum. ſed quantū ex eo ſequi
tur ↄcupiſcentia interior. ⁊ iſta ↄcupi
ſcentia primo ꝓcedit ſic qꝛ primo ex
aſpectu mulieris cauſat ↄcupiſcentia
in appetitu ſenſitiuo. qui dꝛ ſenſualitas
⁊ preuenit actum rationis. ⁊ ſic nō eſt
mortale. nec veniale peccatū. cuius ra-
tio eſt. quia talis mot9 ſenſualitatis
non eſt in poteſtate hōis ⁊ ꝑↄſequens
non eſt pctm̄. ſed retentio huius ↄcu-
piſcentie poſtq̄ ꝑcepta eſt bene eſt pec-
catū. vnde dr aug. Non eſt in poteſta-
te noſtra quatenus viſis nō tangamur
ſed in ptāte noſtra eſt reſpuere vel ac-
ceptare. Et ſic patet ꝙ predictus mo-
dus ſenſualitatis non eſt pctm̄. ſed eſt
materia exercende virtutis ſi ei reſiſta
tur ꝑ rationem. ſi aūt teneat ꝑ delecta
tionem moroſam abſq̄ ↄſenſu tūc eſt
peccatū ſed veniale. Si autem ſequat
ↄſenſus in aīo. tunc eſt mortale pctm̄.
anteq̄ exprimatur facto vel ſigno. Et
ideo de tali ↄcupiſcentia que eſt ↄſen-
ſus dr ſaluator. Jam mechatus eſt in
corde tuo. Et hec de luxuria. Sic igit
habemus. qn̄ pctā capitalia ſunt mor
talia ſiue venialia Filius. P

SCire etiā deſidero vtrū ſint plu-
ra pctā criminalia ſiue mortalia
exceptis iſtis ſeptem capitalibꝫ vitijs
que modo premiſſa ſunt Et etiam que
ſint peccata venialia ⁊ que remedia va
lent delere pctā venialia. de his cupio
informari.

Ca. .XX. Pater.

SCire debes qḋ
etiaȝ ſunt alia q̄ plurima cri
mina exceptis ſemptem principalibꝫ
vitijs. que mortalia peccata dicuntur
nam omnes tranſgreſſiones decalogi
⁊ mortalia ſunt peccata J Nume
rus aūt. decem preceptorum ſic ſumit
quia quedam ordinant nos ad deum.
quedam ad proximū. quod deus inſi-
nuare voluit. quando in duabꝫ tabu-
lis illa dedit. Jn prima tabula tria pre
cepta ptinent que pertinent ad deum.
quorum primū pertinet ad patrem qꝛ
eſt de diuina vnitate. Secundum ad
filium. qꝛ eſt de iuramēti veritate. Ter
cium ad ſpiritum ſanctū qꝛ de ſpiritua
li vacatione. Jn ſcda tabula fuerūt ſe-
ptem ꝑcepta ad proximum ptinentia
quorum primum eſt de exhibendis ho
nis vt eſt illud. Honora patrem ⁊ ma
trem. Reliqua ſex ſunt de cauendis
malis que inferri poſſunt corde ore vel
opere. Opere ledimus proximū ꝓpter
quod dant tria precepta Primū non
occides. Secundum nō mechaberis
Tercium non furtuȝ facias Ore quo
q̄ ledimus ⁊ contra hoc eſt illud. Nō
dices contra proximum tuum teſtimo
nium falſum. Corde ledimus ꝓximū
dupliciter. quandoq̄ enī reſpectu rei
rationalis de hoc dr non concupiſces
vxorem ꝓximi tui. Quandoq̄ reſpe-
ctu rei irrationalis. Unde dr. Non
ↄcupiſces rem proximi tui.

Ca. .XXI. R

PRimum prece
ptum decalogi tres habet clau
ſulas. Prima eſt. Non habebis deos
alienos coram me. vbi ꝓhibemur ado
rare creaturā ſpūalem. i. angelos Se
cūda ē. Nō facias tibi ſculptile. i. ima
gines fictas que nullius rei naturalis
repreſentatiue ſunt Tercia nec omnē
ſimilitudinē. ſ. ymaginem rei natura-
lis. Et ſequit que eſt in celo deſup. vel
ſolis ⁊ lune ⁊ que in terra deorſum vel
hominis bouis ⁊ ſimilium. neq̄ eorū
que ſunt in aquis ſub terra. i. piſcium
Nō adorabis. ſ. actu exteriori nec co-
les ſcilicet affectu interiori L Ex
his patet ꝙ nō reprehendunt criſtiani

qui faciunt ymagines non quidem ad
adorandū ſed ad memorandu3. honor
aūt qui exhibetˀ ſanctis nō latrie ſ3 du
lie. prima clauſula oſ̄dit iudeos ⁊ ſa-
racenos eſſe ydolatras q2 deos habent
alienos. Iudei quidē meſſiam ⁊ anti
xp̄m. ſaraceni machometū. Contra ſe
cundā. ſ. non facias tibi ſculptile faci
unt heretici qui non credūt in deo niſi
qd̄ de ymaginatōe ⁊ fantaſia ꝯfingunt
Contra terciam faciūt mali xp̄iani. q2
ſuperbꝰ colit ſimilitudinē eorum que
ſunt in celo deſup. nam ſup omnia di-
ligit prelaturā. Auarus colit ſimilitu
dinē eoꝝ que ſunt in terra. Voluptuo
ſi colunt ſimilitudinem eoꝝ que ſunt
in aquis hoc eſt delicias. ¶ Se
cundū preceptum eſt. Non aſſumas
nomē dei tui invanum. Hic ꝓhibetˀ iu
ramentū qd̄ fit ſine cauſa ⁊ periurium
Vterq3 enim. ꝓ nihilo iurans ⁊ falſo
iurans aſſumit nomen dei invanū. q2
primus ſine cauſa noīat ſummam veri
tatem. ſecundus aūt ꝯtemnit. Tribꝰ
modis quis peccat in ꝑiurio. vel iurā-
do ꝯtra ꝯſciam. vel iurando illicitum.
vel veniendo ꝯtra iuramentum ¶
Terciū eſt. Memento vt diem ſabba-
ti ſanctifices. non facies omne opus.
In hoc precepto qd̄dam eſt morale vt
vacatio que eſt ad deū orando. dolēdo.
meditando. qd̄dam eſt cerimoniale vt
aſſignatio diei ſeptime. que figurabat
tropologice ceſſatōnem a peccatis. al
legorice quietem corporis xp̄i in ſepul
cro. anagogice requiē eternā in celo
¶ Iſtud ergo preceptū triplici-
ter accipi pōt. Primo generaliter vt
ceſſemus a vitijs. Scd̄o ſpecialiter vt
ceſſemus ab operibꝰ corporalibꝰ. que
impediunt vacatōem ad deum. Tercō
ſpecialiſſime vt eſt in viris ꝯtemplati-
uis vt ab omnibꝰ mundanis ſeparent
ſe vt totalr̄ deo vacent. Pria vacatio ē
neccāria. ſcd̄a eſt debita. tercia ꝑfecta.
Scd̄m ergo ꝙ ſabbatū d̄r requies ſi-
ue vacatio ad deū. ſic dies dn̄ica ꝑt di-
ci dies ſabbati. ⁊ quelibet dies ſtatuta
ad diuinā venератōem. in quibꝰ ceſſan
dū eſt ab ope ſeruili. i. a pctō ⁊ ab ope
impediente vacatōem ad deū. opa em̄
ſeruilia dicunt ab eccīa opa mechani
ca. agricultura. mercatura. plantatio.
¶ Quartū preceptū. Hōra pa-
trem tuū ⁊ mrēm tuam. Huic precep
to additˀ ꝓmiſſio. ſ. vt ſis longeuus ſu
per terrā. q2 ꝯgruū eſt vt ꝯſeruatio vite
aliene mereatˀ ꝯſeruatōem vite ꝓprie.
Pater d̄r in hoc mandato qui eſt prin
cipiū per generatōem quo ad eē natu
re vt pr̄ carnalis. vel qui eſt principiū
per miniſtratōem regenerationis quo
ad bn̄ eſſe vt prelatus ſpūalis Honor
hic intelligitˀ duplr̄. ſ. exhibitio corpo
ralis in ſuſtentatōe. ⁊ ſpūalis in reue
rentia ⁊ obīa. Sed obedientia diuerſi
ficatˀ ſm̄ diuerſificatōem patꝝ. q2 pa-
tri ſpūali debemus tm̄ obedire in ſpūa-
libꝰ. ꝑlato ſeculari. ſ. regi in tpalibus
reipublice. carnali in diſpoſitōe rei fa
miliaris. ¶ Quintū preceptu3
eſt. Non occides. Hic explicite ꝓhi-
betˀ homicidium. ſed implicite oīs mo
tus ire ꝯtra ꝓximu3. ſiue ille ſit cordis
tm̄ vt ira. ſiue oris vt contumelia. ſiue
operis vt percuſſio citra mortē vel de-
pilatio. ¶ Diſtinguitˀ homicidij
genus duplr̄. ſ. veꝝ quod d̄r corporale
⁊ interpretatiuū quod d̄r ſpūale. Ho
micidium ſpirituale duobꝰ modis fit.
Vno modo obmittendo. vt cum quis
videt alium in extrema neceſſitate. ⁊
non ſubuenit ei. interpretatiue d̄r eum
occidiſſe. Alio modo fit ꝯmittendo. ⁊
hoc qn̄q3 corde. ſcil3 odiendo. Iohan.
Qui odit fratrem ſuum homicida eſt.
quandoq3 ore. ſc3 detrahendo. quia il-
le cui detrahitˀ occiditˀ in ꝯſcia illius.

qui audit detractionem. in qua prius
viuebat p bonã famã. quãq ope. ſ. ma
lo exemplo alicui occaſionẽ ruine pre
ſtando. ⁊ tũc dr̃ interpretatiue illũ oc
cidere S Sextũ p̃ceptũ eſt Non
mechaberis in quo p̃cepto vt dr̃ aug.
prohibet omnis illicitus cõcubitus ⁊
oĩm membrorũ oĩs illicitus vſus. T
Septimũ eſt. furtũ nõ facies. vbi ſm
auguſti. phibet oĩs ɔtrectatio rei alie
ne ex cupiditate V Octauũ p̃cep-
tum eſt. non loqueris contra primuʒ
tuũ falſum teſtimoniũ. hic phibet oẽ
genus mendacij. vt dr̃ augu. qd̃ ter mi
nat p tres differentias X Eſt enĩ
mendaciũ pnitioſum. qd̃ nocet. offici
oſum qd̃ pdeſt. iocoſum qd̃ delectatur
Includit enĩ in hoc p̃cepto taciturni-
tas veritatis tpe neceſſitatis. tñ cauſa
⁊ opportunitas facit ipſam taciturnitatẽ
eſſe licitam A Nonũ ⁊ decimum
precepta. non ɔcupiſces domũ proxi
mi tui. nec deſiderabis vxorẽ eius nec
ſeruum nec ancillã nec bouẽ nec aſinũ
nec oĩa que illi⁹ ſunt B Duo phi
bent hic. ſ. ɔcupiſcentia carnis in vxo-
rẽ primi ⁊ ɔcupiſcẽtia oculorũ in re
aliena. nam ad hec duo maxime incli-
natur natura corrupta. ad vnum pter
ɔſeruationeʒ ſuippius indiuidui. hic
non phibet appetitus. qui ex corrupti
one fomitis vel a ſenſualitatis delecta
tione orit. qꝛ impoſſibile eſt ꝙ ille ɔcu
piſcentie nõ ſint in nobis. ſed phibet
appetitus qui eſt ex conſenſu rationis.
Quamuis ad iſta duo determinet tan
tum. tamen dr̃ ibi phiberi vniuerſali-
ter oĩs ɔcupiſcentia male voluntatis
Et hec breuiter de decem preceptis di
cta ſunt. C Item quedaʒ pctã nu
merant ab apoſtolo ad romanos pri-
mo. ſ. ydolatria vitium contra naturã
iniquitas. malicia. fornicatõ. auaricia
nequitia. inuidia. homicidium. ɔten-
tio. dolus. malignitas. ſuſuratio. de-
tractio. contumelia. ſuperbia. elatio.
inuentio malorum. inobedientia. in-
ſipientia. ⁊ incompoſitio. quibus ad-
iungit illos qui ſunt ſine affectiõe abſ
ꝗ federe ⁊ ſine miſericordia Poſt hec
omnia ſubiũgit apoſtolus ꝙ qui talia
faciunt. digni ſunt morte ſcilicet eter
na. Item ad galathas quinto de qui
buſdam facinoribꝰ ſic ait. Manifeſta
autem ſunt opera carnis. que ſunt for
nicatio. immũdicia. luxuria. auaricia
quod eſt ydolorum ſeruitus veneficia
inimicicie. contentiones. emulatiões
ire. rixe. diſſenſiones. ſecte. inuidie.
homicidia. ebrietas. comeſſationes.
⁊ his ſimilia. que predico vobis ſicut
predixi quia qui talia agunt regnũ dei
non conſequentur. Ex quibꝰ dictis a-
poſtoli colligere poſſumus p̃miſſa pec
cata eſſe mortalia. quia dicit agentes
huiuſmodi ſcelera dignos morte eter
na. nec poſſe tales conſequi regnum
dei. Et pro intelligentia horum vicio
rum. notandum ꝙ malicia eſt quando
aliquis damnũ molitur alicui Nequi
tia eſt temeritas. quando quis auder
quod nequit. Vel ſic Nequitia eſt in-
tempãtia ſui. Suſurratores ſunt. qui
inter amicos diſcordias ſeminant.
Inuentores malorum ſunt. qui nouũ
genus cuiuſcunq mali inueniunt ver-
bo vel facto Inſipientes ſunt non diſ
cernentes inter bonum ⁊ malum. In-
ɔpoſiti habitu ⁊ inceſſu quia incõpo
ſitio corporis indicat qualitateʒ men-
tis. Sine affectione id eſt ſine dilecti
one proximi. abſq federe id eſt ſine
ſocietate ⁊ pace. ſine omni miſericor-
dia quia non compatiuntur miſeriẽ.
Immũdicia eſt que nõ eſt ɔtra naturã
Impudicitia eſt nõ pudice viuere Ri
xe ſunt qñ ex ira ſe aliqui ad inuicem
pcutiũt Diſſenſiões ſũt qñ aliq̃ prop

diſſentientes faciũt in eccleſia. Secte
que grece dicunt hereſes. Ebrietates
aſſidue. comeſſatões ſupflue veneficia
ſunt incantatões. Cetera vero vitia p
apoſtolũ ſupius premiſſa ſupius ſunt
expoſita qñ de mortalibus peccatis ⁊
eorundẽ filiabus eſt tractatũ. Beatus
etiam aug. plurima pctã mortalia enu
merat cũ dicit. Mortalia ſunt homici
dium. ſacrilegiũ. adulteriũ. fornicatio
falſum teſtimoniũ. rapina. furtum. ſu
pbia. inuidia. auaricia. ⁊ ſi lõgo tem-
pore teneat iracundia. ⁊ ebrietas ſi aſ
ſidua ſit deputat in eoꝝ numero. quicũ
q aliqđ de iſtis pctis in ſe dominari p
miſerit niſi digne peniteat in eterno ig
ne cruciabit. hec aug. Sic patꝫ de pec-
catis mortalibus.

Capitulum .XXII.

De venialib⁹ ve
ro pctis ſciendum eſt ꝙ ſunt
diuerſa. ⁊ longũ eſſet omnia replica-
re. De quib⁹ beatus aug. mentionẽ fa
cit. que cõmemorans ac dicens P
Que aũt ſunt minuta pctã licet omni
bus nota ſint. tamen qꝛ longum eſt vt
omnia replicent. opus eſt vt ex eis ali
qua nominemus. Quotiens aliquis
in cibo ⁊ potu plus accipit ꝗ neceẽ eſt.
ad minuta pctã nouerit ptinere. Quo
tiens plus loquit ꝗ expedit. quotiẽs
paupem importune petentez exaſpat.
quotiens cũ ſit corpe ſanus alijs ieiu-
nantib⁹ ipẽ prandere voluerit. aut ſom
no deditus tardus ad eccleſiam ſurgit
Quotiens excepto filioꝝ deſiderio vx
orem ſuam cognouerit. quotiẽs in car
cere poſitum tardius requiſierit. infir
mos tardius viſitauerit. ſi diſcordes
ad concordiam reuocare neglexerit. Si
plus aut pximũ aut vxorem aut filium
aut ſeruum exaſperauerit ꝗ oportet. ſi
amplius fuerit blanditus ꝗ oportet. ſi
cuicunq maiori pſone ex voluntate aut
neceſſitate adulari voluerit. ſi ſe aut in
eccleſia. aut extra eccleſiã fabulis ocio
ſis de quib⁹ in die iudicij ratio reddẽ
da eſt occupauerit. ſi dum iocantes in
caute iurauerimus. ⁊ tñ hoc p aliquã
neceſſitatẽ implere non potuerimus.
vtiq piuramus. ⁊ cũ omni facilitate
maledicimus. hec auguſt. In quibus
iam memoratis peccatis minutis ſiue
venialib⁹ poſſumus colligere etiã om-
nia alia ſimilia eſſe pctã venialia. quia
longũ eſſet ſingula talia explicare.

E Et notandũ ꝙ omnis culpa ſepa
rat a deo. Hec aũt ſeparatõ pfecte qui
dem fit per pctm̃ mortale. Im perfecte
vero per pctm̃ veniale. Per pctm̃ enim
mortale omnis mens auertit a deo per
pctm̃ aũt veniale retardat affectus ho-
minis ne ita pmpte ferat in deum. ſed
vtrumq pctm̃ per pniam deletur Et ſi
cut mortale pctm̃ remitti nõ pt. quãdiu
voluntas pctõ inheret. ita etiã nec pec
catum veniale. ſed ad remiſſionẽ pecca
ti mortalis pfectior exigit pnĩa. ad pec
catum autem veniale requiritur actua-
lis quedã diſplicentia. Et ſciendum
ꝙ homo in grã cõſtitutus poteſt vitare
oĩa pctã mortalia. ⁊ ſingula pctã veni-
alia. ſed non oĩa. Unde pnĩa de pctis
mortalib⁹ requirit vt homo pponat ab
ſtinere ab omnib⁹ ⁊ ſingulis mortali-
bus peccatis. Sed ad pniam venialiũ
peccatoꝝ requirit ꝙ homo pponat ab-
ſtinere a ſingulis. non tñ ab omnibus
Iſta tangit beatus thomas de aquino
ſic dicens Notandum ꝙ culpa ſepa
rat a deo. ſed hec ſeparatio pfecte qui-
dem fit per peccatum mortale. imper-
fecte aũt per pctm̃ veniale. Nam p pec
catum mortale mens omnino a deo a-
uertit. vtpote contra caritatem agẽs.
Per peccatum autem veniale retarda-
tur affectus hominis. ne ita prompte

in deum feratur. Et ideo vtrumq; pec
catum per penitentiam quidem remit
tit̃. qꝛ ꝑ vtrumq; deordinatur voluntas
hoīs. ꝑ immoderatā ↄuerſionem ad
bonum creatum. Sicut em̃ peccatum
mortale remitti non poteſt. q̃diu vo/
luntas peccato adheret ita etiã nec pec
catũ veniale. qꝛ manente cauſa manet
⁊ effectus. Exigit̃ aũt ad remiſſionē
peccati mortalis ꝑfectior penitentia.
ſcilicet vt mortale ↄmiſſuȝ deteſtet̃ quã
tum in ipſo eſt. vt ſcilicet diligentiam
adhibeat ad rememorandum ſingula
peccata mortalia vt ſingula deteſtetur
ſed hoc non ad remiſſionem venialiuȝ
requirit̃. tñ actualis quedã diſplicen
tia. puta cum aliquis hoc modo in de/
um fert̃ ſcd̃m affectum ⁊ res diuinas
⁊ quicquid ſibi occurreret. qđ eum ab
hoc motu retardaret diſpliceret ei. ⁊
doleret ſe hoc ↄmiſiſſe. etiam ſi actu de
illo non cogitaret qđ tamen non ſuffi/
cit ad remiſſionem peccati mortalis.
niſi quantum ad peccata oblita poſt di
ligentem inquiſitionē. qꝛ de quolibet
peccato mortali tenet̃ homo ſpeciali/
ter conteri. vnde debet homo recogita
re ad inueniendũ peccatum ↄmiſſum.
Si peccatum omnino a memoria exci
derit. tunc ex impotentia faciendi ex/
cuſat̃ a debito. ⁊ ſufficit generalis con
tritio de omni eo in quo deuȝ offendit
Sed quando impotentia tollit̃. ſicut
cum ad memoriam peccatum reuoca/
tur. tũc tenet̃ ſpãliter ↄteri homo. Etiã
ſciendum ꝙ homo in gratia conſtitu/
tus poteſt vitare omnia peccata morta
lia ⁊ ſingula. poteſt etiam vitare ſingu/
la peccata venialia ſed non omnia. Et
ideo pñia de peccatis mortalibꝫ requi
rit ꝙ homo ꝓponat abſtinere ab oībꝫ
⁊ ſingulis pctīs mortalibꝫ. ſed ad pe/
nitentiam venialium peccatoꝝ requiri
tur ꝙ ꝓponat abſtinere a ſingulis. nõ

tamē ab omnibꝫ. qꝛ infirmitas huius
vite hoc nõ patit̃. Debet tñ habere ꝓpo
ſitũ ſe preparandi ad venialia pctã minu
enda. alioquin eſſet ei ꝑiculum defici/
endi. cum deſereret appetitum ꝑficien
di ſeu tollendi impedimenta ſpũalis
ꝑfectus. q̃ ſunt venialia. hec thomas.
De remiſſione etiam venialiuȝ pctõꝝ
ſciendum. ꝙ oīa venialia pctã tollunt̃
per diuerſa remedia videlicet per eu
chariſtie dignam ſumptionem. per ex
tremam vnctionē. ⁊ per generalem cõ
feſſionem. ꝑ tunſionem pectoris. per
dominicam orationē. per epiſcopales
benedictionem. per aque benedicte aſ
perſionem. Per hec igit̃ remittunt̃ ve
nialia peccata. non tñ ſemꝑ remittunt̃
totaliter quantũ ad penam. qꝛ ſi ſic aliꝗs
qui eſſet omnino immunis a pctõ mor
tali aſꝑſus aqua benedicta ſtatim auo
laret ſed reatus pene remittit̃ ſcd̃m mo
tum feruoris in deũ. qui per predicta
excitat̃ ſcd̃m magis ⁊ minus. De hoc ſꝫ
thomam de aquino ſic dꝛ. Notandum
ꝙ triplici ratiõe aliqua cauſant remiſ
ſionem venialium pctõꝝ. Uno modo
in quantũ in eis infunditur gratia. qꝛ
ꝑ infuſionem gratie tolluntur venialia
peccata. ⁊ hoc modo per euchariſtiam
⁊ extremā vnctionem. ⁊ vniuerſali/
ter per omnia ſacramenta noue legis.
in quibꝫ ↄfert̃ gratia. peccata venialia
remittuntur. Secundo in quantũ ſunt
cũ aliquo motu deteſtationis peccato/
rum. ⁊ hoc modo confeſſio generalis
tũſio pectoris. ⁊ oratio dominica ope
rant̃ ad remiſſionem venialiũ pctõꝝ.
Tercio modo in quantũ ſunt cũ motu
reuerentie ad deuȝ ⁊ ad res diuinas ⁊
hoc mõ benedictio epãlis. ⁊ aſperſio a
que benedicte opant̃ ad remiſſionē ve
nialiũ pctõꝝ. Et quidē ꝑ ꝓdicta tollun
tur venialia pctã quantuȝ ad culpã. nõ
virtute illius ſanctificatiõis nõ tñ ſed

etiam virtute caritatis citius motus ꝑ
predicta excitat᷑. Non aūt per qͦlibet
predictoꝝ ſp̄ tollit᷑ reatus pene. qꝛ ſic
qui eſſet oīno immunis a pctō̄ morta-
li aſperſus aqua benedicta ſtatim auo-
laret. Sꝫ reatus pene remittit᷑ per pre-
dicta ſm̄ motum feruoris in deū. qui
per predicta excitat᷑ qn̄qꝫ magis qn̄qꝫ
minus. hec thomas ¶ Notandū
etiaꝫ ꝙ peccatū cum per pn̄iam citius
non tergit᷑. aut peccatū eſt. aut cā̄ pec-
cati. aut peccatū aut pena peccati nam
ex vno vitio ſubſequens culpa oritur.
qꝛ ipſum ſuo pondere mox in aliō tra
bit. ex quo cecata mēs ducit᷑ vt peius
ex alio liget᷑. Et cum pctm̄ ex peccato
orit᷑ iam non pctm̄ tm̄modo. ſed pecca
tum eſt ꝛ pena peccati. qꝛ iuſto iudicio
omnipotens deus cor pctō̄ris obnubi-
lat. vt precedentis peccati merito etiā̄
in aliud cadat. nam plerūqꝫ vnū idēqꝫ
pctm̄ ꝛ peccatū eſt ꝛ pena peccati. Qd̄
ſic oſtendi pt̄ Ventris namqꝫ ingluui
es in feruorē̄ luxurie plenitudinē̄ car-
nis inſtigat. perpetrata aūt luxuria ſe-
pe aut periurio aut homicidio tegitur.
ne ꝓ huiuſmodi peccato puniat᷑. Iſta
ꝯmemorat beatus greg. xxv. mora. ſic
dicens. Omne quippe peccatū qd̄ cuꝫ
citius penitendo non tergit᷑ aut pecca-
tum eſt aut cā̄ peccati. aut peccatum ꝛ
pena peccati. Pctm̄ namqꝫ qd̄ penitē-
tia nō diluit. ipſo ſuo pondere mox in
aliud trahit. Unde fit vt non ſoluꝫ ſit
peccatū. ſed etiam peccatū ꝛ cauſa pec
cati. Ex illo quippe vitio culpa ſubſe-
quens orit᷑ ex quo cecata mens ducit᷑
vt peius ex alio liget᷑. Sed cum pecca
tum ex pctō̄ oritur. non iam pctm̄ tan
tummō̄ ſed eſt ꝛ pena peccati. qꝛ iuſto
iudicio omnipotens deus cor pctō̄ris
obnubilat. vt precedentis peccati me
rito etiam in aliud cadat. Quē̄ enim
liberare noluit. deſerendo ꝑcuſſit. Nō

ergo immerito pena peccati dꝛ ꝙ iuſte
deſup̄ irrogata cecitate ex precedē̄tis
peccati vltō̄ne ꝑpetrat᷑. qd̄ videliꝫ agi
tur diſpoſitō̄e ſup̄ius ordinata. ſed in-
ferius in iniquitate ꝯfuſa. vt ꝛ p̄cedē̄s
culpa ſit cauſa ſubſequentis. ꝛ rurſuꝫ
culpa ſubſequens ſit pena p̄cedentis.
Unde ꝛ de infidelibꝫ ꝛ lubricis ſctūs
paulus dicit. Qui cū̄ cognouiſſent de-
um non ſicut deū glorificauerunt. aut
gratias egerunt. Et paulo poſt. ꝓpter
qd̄ tradidit illos deus in reprobū ſen-
ſum. in deſideria cordis eoꝝ. in immū
dicias. vt ꝯtumelijs afficiant corpora
ſua in ſemetipſis Quia em̄ recognoſ-
centes deum pctm̄ ſupbie ꝯmiſerunt.
cecant᷑ etiam ne intelligant qd̄ ꝯmit-
tunt. ꝛ qui intelligentiā̄ ſequi nolunt
in pctō̄ ꝛ cauſa peccati ſunt. ꝛ ipſuꝫ lu
men intelligentie ꝑdant in pctō̄ ꝛ pe-
na peccati. Prioris ergo peccati meri
to pctō̄rum ſequentiū̄ fouea tegit᷑. vt
qui malum ſciens ꝑpetrat deinceps iu
ſte in alijs etiam neſciens cadat. Hoc
quippe agit᷑ vt culpis culpe feriantur.
quatenus ſupplicia fiant peccantiū̄ ip
ſa incrementa vitioꝝ. Naꝫ qꝛ omnipo
tens deus ad pn̄iam tempus indulget
qd̄ humana malicia ad vſum ſue iniq̄
tatis retorquet. nimiꝝ iuſto dei iudicō̄
augeri culpa ꝑmittit᷑ vt ad feriendum
artius qn̄qꝫ cumulet᷑. Hinc enim etiā̄
de quibuſdā̄ Paulus dicit. Peruenit
ira ſup̄ illos vt impleant pcā̄ ſua ſem
per. Hinc voce angelica Iohanni dꝛ.
Qui nocet noceat adhuc. ꝛ qui in ſor
dibꝫ eſt ſordeſcat adhuc. Hinc dauid
dicit. Appone iniquitatē̄ ſup̄ iniquita
tem eoꝝ. ꝛ non intrent in iuſticiam tu
am. Cor quippe dn̄s duꝝ prioribꝫ me
ritis aggrauatū̄ iuſte ꝑmittit etiā̄ ſub-
ſequentibꝫ malignoꝝ ſpūum ꝑſuaſio-
nibꝫ falli. quia cū̄ digne in culpa tra-
hitur. reatus eius in pena cumulatur.

habent iam quidez: vnde fieri mereantur ſed ſuſtinet tñ adhuc peccatũ creſcere vt peccantes poſſit atrocius pena cruciare. iam meret ſuppliciũ pena ꝛ cauſa pcti expectat adhuc. vt augmenta ſupplicij ſubroget pctm̄ ꝛ cauſa pcti. Plerũq; vero vnũ idemq; peccatum ꝛ pctm̄ eſt ꝛ pena peccati ꝛ cã peccati. qḋ melius oſtendimus ſi res ipſas in mediũ deducamus. Effrenata quippe ventris ingluuies in furorem luxurie plenitudinem carnis inſtigat. ꝑpetua aũt luxuria ſepe aut ꝑiurio aut homicidio tegit. ne humanarꝫ legũ vltione puniatur. hec grego. Unde neceſſe eſt. ſi q̇s lapſus fuerit in aliqḋ pctm̄ graue vt ꝑ pn̄iam quanto citius poterit ab hoc vitio reſurgere ſtudeat. ne in grauiora peccata ꝓpter tale facinus eum cadere contingat

De duodecim abuſionibꝫ.

Ca. .XXIII. G

cupet coꝛ vt inducat caritatē. De hoc
beda ſuper illo verbo iohannis Timoꝛ
non eſt in caritate. ſic dicit. Quid di-
cemus de illo qui cepit timere diē iu-
dicij. ſi perfecta in illo eſſet caritas nō
timeret. perfecta eñi caritas pfectā fa
ceret iuſticiam ⁊ non haberet quare ti
meret. imo haberet quare deſideraret.
vt tranſeat iniquitas ⁊ veniat regnum
dei. Et ergo timoꝛ non eſt in caritate.
ſed in qua caritate non inchoata. in q̄
ergo non pfecta. qꝛ perfecta caritas in
quit foꝛas mittit omnē timoꝛē. Ergo
incipiat timoꝛ. qꝛ initium ſapīe timoꝛ
dñi. Timoꝛ quaſi locū prepat caritati
cum aūt cepit caritas habitare. pellit̄
timoꝛ qui ei prepauit locum. quantū
eñi creſcit illa. ille decreſcit. ⁊ quantū
illa fit interioꝛ timoꝛ pellit̄ foꝛas. ma
ioꝛ caritas minoꝛ timoꝛ. minoꝛ caritas
maioꝛ timoꝛ. Opus eſt ḡ vt intret pri-
mo timoꝛ per quē veniet caritas. Occu
pet ḡ coꝛ tuū vt inducat caritatē. iā fa-
cta ſecuritate per caritatē in aīo / quale
gaudiū nobis ē vel in hoc vel in futuro
ſeculo. quis nobis nocebit plenis cari
tate. Videte quō exultet apl's de ipſa ca
ritate. quis nos inq̄t ſepabit a caritate
xp̄i. tribulatio an anguſtia. hec beda
¶ Sciendū ꝙ ſpēs timoꝛis ſunt ſex
Primus eſt timoꝛ naturalis quo timꝫ
quilibet naturalr̄ nociuū nature. iſte ti
moꝛ nec eſt bonus nec malus. qꝛ non

ſubeſt libero arbitrio. Secūdus timor eſt
hūanus. quo timet quis pelli ſue plus
debito. hic eſt malus ⁊ qñq3 venialis
⁊ qñq3 mortalis ſm ꝙ amor huius vi
te ex quo orit̃ minor vel maior ē. Mor
talis vt cū q̃s potius peccaret morta-
liter q̄3 amitteret vitā ſuam. Venialis
vt cū quis faceret prius veniale pctm̄
q̄3 mitteret ſe occidi. Tercius timor ē
mundanus quo timet aliquis nimis
reb9 ſuis hic ſimiliter malus eſt. naſ-
cens ex amore rez tempaliū ⁊ eſt qñq3
mortalis. qñq3 venialis penitus eodē
modo quo dictū eſt de humano. Quar
tus eſt timor ſeruilis quo quis timet
peccare ꝓpter gehēnā principaliter.
De quo timore dr̃ hugo de ſancto vi
ctore. Seruilis timor eſt ꝓ euitanda
pena abſtinere a malo. retenta mala vo
luntate. qḋ beatus augu. confirmat ſic
dicens. Quando tm̄ pene non amore
iuſticie fit bonū. non fit in corde qḋ fi-
eri videt̃ in ope. qñ homo mallet non
facere ſi poſſet impune. hec aug. Quin
tus eſt timor initialis. quo timet quis
⁊ gehēnā ⁊ dei offenſam ⁊ habet qua
ſi duos oculos vnū ad penā alteꝝ ad
deū ⁊ hic eſt pricipalior. De quo dicit
hugo de ſctō victore. Initialis timor
eſt pro euitanda pena cū puerſo opere
etiam puerſas cogitationes reſecare.
Sextus timor ē filialis quo timet q̃s
principaliter offenſam dei vel ſeparatio
nem a deo. De quo dr̃ hugo de ſancto
victore. Filialis timor eſt bono firmi
ter inherere eo ꝙ illud amittere nolit
qui ex ſuccedente caritate naſcit̃ vt ip
ſum timere nihil aliud ſit. q̄3 deguſtatū
in caritate bonū iā nolle amittere. Et
hic quidē timor aliquid pene adiūctū
h3. dū in incerto ambulamus. ⁊ pt̄ in
vtramq3 ptē adhuc declinare ſtatus
vite ſue mutabilis. Sed cū mutabili-
tas nulla erit tūc nulla ex incerto ſuſpi
cionis pena inerit. ⁊ timor quodāmo
do ſine timore erit. vbi ⁊ de ſtabilitate
certi erimus ⁊ tm̄ reuerentiā creatori
exhibere nō deſiſtemus. hec hug. ¶
Et notandū ꝙ coiter hoīes vocant̃
primo ad ꝯuerſionē p timorē ⁊ ꝓceſſu
tpis per amorē iuſtificant̃. Teſte beato
bern̄. qui dr̃ timore vocamur amore iu
ſtificamur. nam principiū noſtre ſalu
tis eſt timor dn̄i. de quo naſcunt̃ cete
re virtutes. quouſq3 ad caritatē pueni
at̃. De hoc dr̃ caſſianus principium
nr̄e ſalutis atq3 ſapientie ſm ſcriptu-
ras timor dn̄i eſt. De timore eñ domini
naſcit̃ ꝯpunctio ſalutaris. de ꝯpuncti
one cordis ꝓcedit abrenūciatio. i. con-
temptus oīm facultatum. de nuditate
humilitas ꝓcreat̃. de humilitate mor-
tificatio voluntatum generat̃. de mor-
tificatione extirpāt̃ atq3 marceſcūt vi
tia. de vitioꝝ expulſiōe v̄tutes fructifi
cāt atq3 ſuccreſcūt. De v̄tutū pullulati
one puritas cordis acquirit̃. per cor-
dis puritatem apoſtolice caritatis per
fectio poſſidet̃. hec caſſianus ¶
Sciendū ꝙ ſicut in vita huius ſeculi
audacia fortitudinē pit. ita in via dei
audacia debilitatem. ⁊ ſicut in via ſe-
culi timor debilitatem. ita in via dei ti
mor fortitudinem gignit. Hec tangit
beatus gregorius. x. moral. ita dicēs.
Via dei a timore incipit̃ vt ad fortitu
dinem deueniat̃. nam ſicut in via ſecu
li audacia fortitudinem. ita in via dei
audacia debilitatē parit. ⁊ ſicut in via
ſeculi timor debilitatem ita in via dei
timor fortitudinem gignit. Salomo-
ne atteſtante qui ait. in timore domini
fiducia fortitudinis. Timor quippe do
mini eſſe fiducia dicitur fortitudinis.
quia nimirum mens noſtra tanto va-
lentius terrores rerum temporalium
deſpicit. quanto ſe auctori earundem
temporalium veracius per fortitudi-

nem ſubdit. que in timore domini con
ſtituta non inuenit extra quod metuat
qꝛ dum recto metu ↄditori omniū iun
git᷑. poteſtate quadam ſupꝛ omnia ſub
leuat᷑. hec grego. Juſti etiam viri cuꝫ
intente ↄſiderāt quomō aſſiſtere opoꝛ
teat coꝛam diſtricto iudice valde pri‑
meſcunt. reducunt nāqꝫ ad memoꝛiaꝫ
praua opa que fecerunt. ⁊ qualiter di
ſtricta illa deus dijudicat attendunt ⁊
perituros ſe abſqꝫ dubitatōe preſciūt
ſi remota pietate reducent᷑. Qδ idem
beatus grego. viij. moꝛa. tangit dicēs
Juſtoꝝ mens ſꝑ ſollicita venturo exa‑
mini intendit. omne namqꝫ qδ agunt
metuunt. dū caute ↄſiderant qui ante
quantū iudicem ſtabunt. intuent᷑ potē
tiam illius magnitudinis. ⁊ pēſant q̄n
to reatu ↄſtricti ſint ꝓpꝛie infirmitatis
enumerāt mala ꝓpꝛij operis ⁊ ↄtra hec
aggregantur bona ↄditoꝛis. ↄſiderāt
praua que diſtricte iudicet. bona opa
q̄ꝫ ſubtiliter penſet. ⁊ pituros ſe abſqꝫ
ambiguitate preſciunt ſi remota pie‑
tate iudicent᷑. qꝛ hocipſm quoqꝫ iuſte
ꝙ videmur viuere culpa eſt. ſi vitā no
ſtram cū iudicat hanc apud ſe diuina
miſcδia non excuſet. Hinc in eodem
libꝛo ſcriptū eſt Aſtra non ſunt mūda
in ↄſpectu eius. qꝛ apud deuꝫ diſtricte
iudicāti ipſi quoqꝫ maculas inquina‑
tionis habent qui per mundiciaꝫ ſan
ctitatis lucēt. Contemplant᷑ igitur q̄ꝫ
diſtrictius iudex veniat qui dum vi im
menſe magnitudinis coꝛdiū ſecreta il
luminat. om̄es ante oculos culpas re
ducit penſant quanta illi ſit verecūdia
in ↄſpectu tūc totius generis humani
angeloꝝ omniūqꝫ archangeloꝝ ↄfun‑
di perpendunt. qui poſt ↄfuſionē cruci
atus maneat ⁊ deficienter carnem ge‑
henna ↄſumat. hec greg. Penſant eti‑
am electi ⁊ iuſti viri a quanta beatitu‑
dine ad quantā coꝛruptionis ſue miſe

riam ceciderunt. perpendunt nāqꝫ nō
que in hac vita tolerant. ſed metuunt
ne poſt hanc vitam grauioꝛa patiant᷑.
lugent qꝛ in hoc exilio ⁊ ſeculo detinē‑
tur. timent ne ⁊ cum exilium relinqui
tur moꝛs eterna ſubſequat᷑. Sed ele‑
ctoꝝ animus debet talem metum ⁊ do‑
loꝛem a ſe excutere ⁊ ad ſola eterne pa
trie deſideria ſe extendere pondus foꝛ
midinis abijcere. ⁊ in virtute amoꝛis
dei ſe exercere. Iſta ↄmemoꝛat beatus
grego. xij. moꝛa. exponens illud Job.
Indignatio ſagittaruꝫ domini ebibit
ſpūm meum. ſic dicit. Sagittaꝝ indi
gnatio ſpūm bibit. qꝛ superne ſentētie
electos quos in peccatis inuenit dum
voluerit immutat. vt duriciā ſuā trāſ‑
fixa mēs deſerat. atqꝫ ex ſalutifero vul
nere ſanguis ↄfeſſionis currat. Pen‑
ſant namqꝫ vnde lapſi ſunt. penſant a
quanta beatitudine. ad que coꝛruptio
nis ſue toꝛmenta ceciderunt. ⁊ non ſo
lum gemunt in his que ſuſtinent. ſꝫ in
ſupꝛ metuūt hoc qδ diſtrictus iudex de
linquentibꝫ de gehenne ignibꝫ minat᷑
Unde ⁊ recte per iob ſubdit᷑. Et timo
res tui militant ↄtra me. Juſtoꝝ mēs
non ſolum perpendit qδ reſtat. videlꝫ
qualia in hac vita patit᷑. metuit. ne pꝰ
hanc grauioꝛa patiat᷑. luget. qꝛ in hu
ius cecitatis exilio a padiſi gaudijs. ti
met ne ⁊ cum exilium relinquit᷑ moꝛs
eterna ſubſequat᷑. Jam ergo ſententi
am tolerat in pena. ſed minas adhuc
venturi iudicis timet ex culpa. Hinc
p̄s. ait. In me tranſierūt ire tue ⁊ ter
roꝛes tui ↄturbauerūt me. Interni q̄p
pe iudicis poſtq̄ꝫ ire pertranſeunt etiā
terroꝛes perturbāt. qꝛ iam aliud de dā
natōe patimur. ⁊ adhuc aliud de eter
na vltione foꝛmidamus. Unde dicit᷑
Et terroꝛes tui militant contra me. ac
ſi aperte diceret. percuſſus quidem de
preſentibus doleo. ſed in hoc doloꝛ ſit

grauis quia in pena poſitus adhuc ſup
plicia eterna pertimeſco. Debet tñ a me
tu ⁊ dolore aĩmus excuti ⁊ ad ſola eter
ne patrie deſideria extendi. Tunc enĩ
nobilitatẽ noſtre regenerationis oſten
dimus. ſi patrem diligimus. quẽ nũc
ſeruili mente vt dominũ formidamus
Unde per paulum dr̃. Non accepiſtis
ſpiritum ſeruitutis. iterũ in timore ⁊c̃
Pondus itaqꝫ formidinis mẽs electi
poſtponat. in virtute ſe amoris exerce
at. reuocationis ſue dignitatem deſide
ret. ad conditoris ſui ſpem anhelet. quez
quouſqꝫ conſpicere non valet eternitatez
eius neceſſe. i. vt intimum cibum ſuũ
eſuriens expectet. hec gregorius Qui
igit̃ in peruerſa vita ſe conſtitutum conſi
derat. timeat incidere in gehennam ⁊
ideo vitam ſuam emendando ⁊ penitẽ
do corrigat. Qui vero iam virtuoſe vi
uit ⁊ in ſtatu proficiendi eſt timeat ne
ab eodẽ ſtatu. per ſuam negligentiam
corruat. Oportet enĩ ſcḋm apoſtolum vt
cum timore ⁊ tremore noſtram ſalutẽ
exerceamus ac iugiter in tali ſalubri
metu perſeueremus. Sic igitur habe
mus de timore. Filius.

Vellez ſcire que virtus primo ori
tur de timore.

Ca. .III. Pater.

Debes ſcire qḋ
ex timore dñi procedit ſiue o
ritur bona voluntas. qui enĩ timet pro
ſuis exceſſibꝫ damnari ſeu a deo ſepa
ri. mutat voluntatem ſuam prauam in
bonã ⁊ ſicut timor eſt initiũ oĩm virtu
tum ſic etiam bona voluntas eſt origo
⁊ mater oĩm bonorum. Hoc ꝓbat be
atus bernardus ſic dicens. Bona volũ
tas in aĩo eſt origo oĩm bonorũ ⁊ oĩm
mater virtutuz. ſicut econtrario mala
voluntas eſt origo oĩm viciorum ⁊ ma
lorum ideo cuſtos anime ſue valde ſol
licitius eſſe debet. circa cuſtodiam vo
luntatis ſue. hec bern̄. Unde magnum
⁊ principale donum dei eſt bona volũ
tas. quia quicquid agit̃ non poteſt eẽ
bonum. niſi ex bona volũtate procedat
ſine qua etiaz nemo ſaluari poteſt Vñ
richardus de ſancto victore. Inter
omnia bona que ad ſalutem hominis
ſpectare vident̃. primum ⁊ principale
donum bona voluntas eſſe cognoſcit̃.
per quam in nobis diuine ſimilitudi
nis ymago reperitur quicquid homo
agat bonum eſſe non poteſt niſi ex bo
na voluntate fiat. ſimiliter malum eſſe
non poterit. ſine bona voluntate oĩno
ſaluari nõ potes. cũ bona volũtate peri
re non potes. hec richardus. P

Et notandum qꝫ volũtas corrupta ſeu
inordinata ⁊ conſuetudo mala plurima
ſepe vitia quaſi naturalia in neglecta
conſciencia efficere ſolet. Remiſſa nã
qꝫ voluntas generat mentis leuitatem
ex qua prodeunt inconſtantia morum
leticia vana. cordis laſciuia ⁊ multa a
lia. ⁊ in hunc modum omnia genera
viciorum ex aliquo male voluntatis ef
fectu vel male conſuetudinis ſuam ſin
gula ducũt originem. Iſta commemo
rat beatus bernar. in epiſtola ad carthu
ſienſes ſic ait. Sicut magno aliquan
do labore ⁊ ſtudio perſeuerante virtu
tes trahũtur in affectum ⁊ mentem bo
nam. ſic vicia leuiſſima remiſſioris li
centie opportunitate tranſeunt in con
ſuetudinẽ. ⁊ quaſi naturalia efficiunt̃
ſed nullum vitium eſt naturale. Om
nis vero virtus naturalis eſt. Conſue
tudo tamen vel corrupte vel inalite ne
gligẽtie plurima ſepe vitia quaſi natu
ralia in neglecta conſciã efficere ſolz. nã
remiſſa volũtas facit leuitatẽ mentis.
ex qua ꝓdeũt inſtabilitas mẽtis. incõ
ſtantia morum. vana leticia. ſepe vſqꝫ
ad laſciuiam carnis vel multa alia in

negligentiam vel tranſgreſſionē ꝓpoſi
ti ex leuitatis vitio venientia. in hunc
modū omnia genera vitioꝝ ex aliquo
male voluntatis affectu vel male ꝯſue-
tudinis vſu ſuam ſingula ducunt ori-
ginem. que quanto diutius menti ino
lita eſt. tanto fortius heret ⁊ fortioribꝫ
remedijs indiget. etiam curā inquirit
diligentiorē. hmōi enim peſtes vitio-
rum vſqꝫ in vltimam ſolitudinē ſolita
riū perſequunẗ. ⁊ ſicut bene ꝯcreta vir
tus ⁊ fideliter animo inſidēs poſſeſſo
rem ſuum in nulla deſerit multitudīe
ſic vitium ꝯſuetudinis poſſeſſorē ſuū
liberꝝ eſſe non patiẗ in qualibet ſolitudi
ne. nam niſi pertinaci ſtudio ⁊ prudenti
labore expugnata fuerit ꝯſuetudo ſu-
perari al̄s non poteſt. vinci vix poteſt.
⁊ quomōcunqꝫ ſe ꝯponat animus herꝫ
⁊ in quauis ſolitudine ſecretum vel ſi
lentiū eſſe non patiẗ cordis. hec bern.
Laborare igiẗ debemus vt noſtram vo
luntatē ſi praua ē aut remiſſa corriga
mus. qꝛ ſi inquantum in nobis eſt veli
mus vires ad bene operandū appone-
re ⁊ ꝓmpta fuerit noſtra voluntas. ni-
hil poterit nos auxiliante dn̄o a virtu
te ac bonis operibꝫ ꝓhibere. Unde cri
ſoſt. Poſſibile eſt iuſſa dei implere ſi
tm̄ velimus. Si em̄ inquantum in nobis
eſt vires velimus apponere. maximū
deus adiungit auxiliū. qꝛ ſi ꝓmpta fu-
erit in nobis volūtas. nihil erit quod
nos a virtute poſſit ꝓhibere. hec criſo.
Q Et ſciendū eſt ꝙ voluntas bo-
na ꝓdeſt ad ſalutem hoīm etiam ſi effe
ctū boni operis non habuerit. qꝛ quic
quid vult homo ⁊ non poteſt perficere.
hoc deus ꝓ facto reputat. ſi enim nihil
habet quis dare. det voluntatē quā ha
bet ⁊ totū dedit. De hoc primo dicit
beatus ihero. Voluntas ꝓdeſt. q̄ ſi effe
ctū non habuerit. tn̄ premiū nō amit-
tit Item beatus ambro. Affectus tuus
operi tuo nomen imponit. quicqd vis
⁊ nō potes deus ꝓ facto reputat. Et be
atus augu. Bona voluntas cui non eſt
facultas opis. ſufficit ſibi ipſi. ſufficit
etiā deo. ſi nihil dare habes. da volun-
tatē quam habes ⁊ totū dediſti. Om-
nia ei impleuit qui qd̄ potuit fecit. hec
auguſt. Unde qui habere vult magnū
meritū magnā habeat voluntatem. qꝛ
quantū creſcit bona voluntas tantum
creſcit ⁊ meritū. De hac voluntate di-
cit beatus bern̄. Bona voluntas nec da
ri pt̄ inuito. nec auferri niſi volenti. er
go totum meritum hoīs eſt in bona vo
luntate. Quantū creſcit voluntas tua
tantum creſcit meritū tuum. tantū me
reris quantū vis. fac magnā volunta-
tem ſi vis habere magnū meritū. ita de
us pijſſimus ⁊ miſcōdiſſimus in eo no-
ſtram redemptōem in quo nullus niſi
velit egere pt̄. Amare namqꝫ equalr̄ ⁊
diuites ⁊ pauperes poſſunt. licet equali
ter dare pecuniā non poſſint. Volun-
tas tn̄ bona nō eſt. ſi non opereẗ quod
poteſt. hec bern̄. De hac voluntate etiā
notandū ꝙ ſicut voluntas ſi fuerit viti
oſa in hoīne facit aīam vitioſam. ita ⁊
bona voluntas ſi affuerit efficit animā
bonā. R Que etiā hꝫ q̄tuor gra-
dus. Primus gradus eſt volūtas recta
Scd̄s voluntas valida Tercius deuo
ta. Quartus volūtas plena. In quibꝫ
bone volūtatis gradibꝫ dꝫ aīa deuota
de die in diē ꝓficere ⁊ ſe in illis exerce
re. De hoc per beatū ber. ſic dr̄. Sermo
dei duo operari debet. ⁊ animas vitio-
ſas ſanare. ⁊ bonas ammonere. vitio
ſas dixerim non ad omnes quibus in-
eſt vitium. ſed que vitio ex voluntate
conſentiunt. nec reſiſtunt quantū poſ
ſunt. Bonas dico animas non ſolum
perfectas. ſed etiam incipientes. que
licet vitium habeant. tamen nullo mo
do conſentiunt ſed repugnant. Etta-

les aīe licet ex infirmitate vel ignoran
rantia ſepe cadant. tñ ꝑ bonā volunta-
tem quā habent reſurgūt Hec eſt enim
que bonā facit aīam Si vo voluntas
fuerit vitioſa. vitioſam facit aīam Si
q2 homo ſicut iob ait. Nunquam in eo
dem ſtatu ꝑmanet. aut eñ deficit aut ꝓ
ficit ꝓficiendū eſt in hac voluntate. q2
ipſa eſt de qua ꝓpheta ait. hec eſt via
dñi ābulate in ea. primus gradus hu-
ius vite eſt recta. Secundus valida.
Tercius deuota. Quartus plena volū-
tas. In primo gradu aīa mēte legi dei
ꝯſentit. ſed carne repugnante bonum
qḋ diligit ꝓficere non inuenit. ſed ſepe
malū qḋ odit ꝑ infirmitatez facit. In
ſcḋo gradu aīa non ſolū malū qḋ non
agit odit ſed etiā bonū qḋ diligit licet
cū grauedine fortiter tñ ꝑficit. In ter-
cio gradu iaʒ dilatato corde currit viā
mandatoꝝ dei. ⁊ delectat̃ in eis ſicut
in oībꝫ diuicijs In quarto gradu ſunt
angeli qui ea facilitate qua ſemper vo
lunt plenarie ꝓficiūt. hūc gradū deſi-
derare quidem pt̄. aſcendere nō pt̄ ob
hoc qḋ corpore grauat̃. Qui igit̃ non-
dū voluntatez rectam habet. ſciat q2
impedit eū intentio carnalis. qui ha-
bet rectā ⁊ non validam. ſciat q2 impe-
dit eū mala ꝯſuetudo. qui hʒ deuotam
⁊ non plenā ſciat. q2 impedit eū terre
na inhabitatio Cuius vitioſa eſt volū
tas oret ⁊ dicat. Fiat volūtas tua ſicut
in celo ⁊ in terra. ſe intelligens in ter-
ra. In celo illū autē qui rectam hʒ vo
luntatem. q2 quantū diſtat celū a terra
tantuʒ diſtat voluntas recta a vitioſa.
Item etiā oret qui hʒ voluntatē rectaʒ
ſe intelligens in terrā illum aūt qui in
voluntate valida ē celū. ita de ceteris
vt ſemꝑ intendat aīa ꝓficere. q2 ſicut
damnatus eſt. qui ſemꝑ in vitioſa per-
manet voluntate. ita repꝛehenſibilis eſt
qui in alijs non ſtudet proficere. Hec
berñ. Sed ⁊ hoc circa voluntatē ſcien-
dum. cū eñ vult bonū agere qḋ poteſt
laudāda eſt Cū vo plus vult ꝙ̃ poteſt
corrigenda eſt. cū aūt facere non vult.
qḋ pt̄. excitanda eſt. Iſta cōmemorat
beatus berñ. ſic dicēs. Bona voluntas
cū vult qḋ poteſt laudanda eſt. cū vult
qḋ non pt̄ corrigenda eſt. cū non vult
qḋ poteſt excitanda eſt Hec berñ. ⁊ ſic
patet de voluntate.

Filius.

SCire aūt deſidero que virtus ſe-
quat̃ bonam voluntatem.

Ca. .IIII. Pater S

DE hoc ſcire de
bes. ꝙ ex bona voluntate ꝓce
dit ſuꝑpſius diſcuſſio ſiue dijudica-
tio. omnis namqꝫ voluntas bona odit
malum ⁊ diligit bonū. homo vero ha-
bens bonā voluntatē ad ſemetipſuʒ re-
uertetur ac ſemetipſum diſcutit. ac in
greditur ſecretum conſcientie ſue. ibi
qꝫ omnes defectus. omnes conſuetu-
dines. omnes affectiones. omnes o-
perationes. omnia peccata. tam prete
rita ꝙ̃ preſentia diligenti conſiderati
one examinat ⁊ examinando inſpicit
⁊ ſi quid minus rectum apud ſe inue-
nerit ſtatim penitendo punit. Neceſſe
eſt enim vt homo in ſuis operibus ſit
prouidus ⁊ circumſpectus ⁊ quotidia
na diſcuſſione cogitationes locutōes
pariter ⁊ facta ſua examinet. Quantū
etiam ad bona agenda ſolito ſit alacri
or ⁊ quantum ad temptamenta vincē
da ſit inſtantior. penſet etiam quantū
in virtutibus ꝓficiat. vel quantum de
ficiat ⁊ qualis ſit in affectibꝫ ⁊ qualis
in moribus diligenter attendat Unde
hugo de ſancto victore. Neceſſarium
eſt vt homo in omnibus operibus ſu-
is ſit circumſpectus. ⁊ prouidus et

quotidiana diſcuſſione cogitationes
locutões pariterq̈ facta ſua apud ſe
metipſum examinet. per ſingulos di-
es vitam ſuam ad iudiciũ vocet. mane
q̃n ſurgere debet ꝯſideret quid egerit ꝑ
noctem. In veſpere q̃n cubatum vadit
ꝯſideret quid egerit per diẽ. quantuꝫ
ad bona agenda ſolito alacrioꝛ ſit. et
quantũ ad mala vincenda ſolito ꝯſtan
tioꝛ. vel ſi quod ex his que agenda nõ
erant preſumpſit. hec hugo. Dicit eti-
am beatus bernardus Integritatis tue
ſis curioſus exploratoꝛ. viam tuã quo
tidiana diſcuſſione examina. attende
diligenter quantum ꝓficis vel quantũ
deficis. qualis ſis in affectibus ⁊ qua
lis in moꝛibꝰ. q̈ ſimilis deo. ⁊ q̈ diſſi
milis. q̈ ꝓpe. q̈ longe. non locoꝝ in-
teruallis ſed moꝝ affectibꝰ. Stude a-
gnoſcere temetipſum. qꝛ multo meli-
oꝛ ⁊ laudabilioꝛ es ſi te cognoueris q̈
ſi te neglecto cognoſceres ſydeꝝ cur-
ſus. vires herbaꝝ. ꝯplexiones hoĩm.
naturas animaliũ. ⁊ haberes omnium
celeſtium ⁊ terreſtriũ noticiam ⁊ ſciẽ-
tiam. Redde ergo te tibi. ⁊ ſi nõ ſem
per aut ſepe. ſaltẽ interdum rege tuos
affectus. dirige actꝰ. coꝛrige exceſſus
Ante deũ nihil remaneat in te indiſci
plinatũ. qꝛ ipſe nihil dimittit impuni
tum. pone omẽs tranſgreſſiones tuas
ante oculos tuos. ſtatue te ante te tã q̈
alium ⁊ ſic temetipſum plange. ploꝛa
iniquitates tuas ⁊ peccata quibꝰ deuꝫ
offendiſti. indica ei miſerias tuas. oñ
de maliciam aduerſarioꝝ tuoꝝ. hec ber
nar. Multum nãq̈ placet deo diſcuſ-
ſio vite noſtre. teſte beato auguſtĩo qui
dicit Scio dñe ſcio ꝙ nihil tibi tantũ
placeat in me ſicut diſcuſſio vite mee.

L Sed ſunt nonnulli qui ad co-
gnoſcendã vitam alienã multum ſunt
ſtudioſi. ad ꝓpꝛiam vero vitam coꝛrigẽ
dam deſidioſi. Vñ ꝯtingit ꝙ tales ali
ena ſcientes ſe neſciant. ⁊ quanto ma
ioꝛes exploratoꝛes fuerint alieni meri
ti. tanto magis efficiuntur ignari ſui.
Unde beatus aug. Curioſuꝫ eſt genus
hominũ ad cognoſcendam vitam alie
nam. deſidioſum ad cognoſcendã ſu-
am. Et beatus gregoꝛius Graue nam
q̈ curioſitatis eſt vitium. qui dũ cuiuſ
libet mentem ad inueſtigandã vitam
ꝓximi exterius ducit ſemꝑ ei ſua inti
ma abſcondit. vt aliena ſciẽs ſe neſci
at. ⁊ curioſi animus quanto etiam pe-
ritus fuerit alieni meriti. tanto fiet ig-
narus ſui. V Neceſſe igit̃ eſt qui
vult humilitate ⁊ in ceteris virtutibꝰ
ꝓficere vt ſemetipſum dñudicet ⁊ nõ
alium. Magis quippe namq̈ debet co
gitare quid ſibi deſit de bonis moꝛibꝰ.
q̈ quid abſit alteri. qui enim cogitat
quantũ preceſſerit alium. tumoꝛe ſup-
bie inflat̃. qui vero cogitat quantũ ſibi
adhuc deeſt ingemiſcit ⁊ humiliatur.
Unde beatus bernardus. Si te ad lu-
men veritatis intus in animo ſine pal
patõe dñudices. non dubito quin hu
milieris tu in oculis tuis. ⁊ quanto al
tius ꝓfeceris. tanto amplius inuenies
qđ te humiliat. Dicit etiam beatus au
guſtinus. Magis cogitare deberis q̃d
vobis deſit q̈ quid vobis aſſit. qđ ha-
bes vide ne ꝑdas. qđ non habes ſuppli
ca vt habeas. In quantis ſis minoꝛ ti
bi cogitandũ eſt. non in quãtis ſis ma
ioꝛ. ſi eñ cogitas quantuꝫ preceſſeris
aliũ time tumoꝛẽ. Si vero cogitas q̃n
tũ tibi adhuc deeſt ingemiſcis. ⁊ cum
ingemiſcis curaris. humilis eris. tu-
tioꝛ ambulabis. nõ ꝓcipitaberis. non
inflaberis. hec aug. X Quiſquis
aũt deſiderat ad cognitiõem ſuꝑ ꝯſiuꝰ
ꝑuenire tria dꝫ attendere. oĩa namq̈
pctã ⁊ mala q̃ ꝯmittunt̃ aut ꝑ negligẽ
tiam. aut per concupiſcentiam. aut ꝑ
nequiciam perpetrant̃. Circa iſta tria

debet vniuſcuiuſq̄ verſari cogitatio.
debet em̄ quiſq̄ recordari ꝙ negligen
ter cor ſuū ꝙ negligenter tempus ſuū
expenderit. ꝙ malū finē operi ſuo im-
poſuerit. Hec eī tria cū ſumma diligē
tia ſunt obſeruanda. vt. ſ. cor bene cu-
ſtodiat. tp̄s vtiliter expendat. ⁊ finis
bonus ⁊ debitus in omni tp̄e p̄efigat
Item debet recogitare ꝙ negligens
fuit in orōne. ꝙ negligēs in lectione.
ꝙ negligens in operis execucione. in
his em̄ trib' dꝫ vnuſquiſq̄ ſeip̄m dili-
gentiſſime exercere ⁊ excolere. ſi vult
fructum bonū facere ⁊ dare in ſuo tp̄e
Itē debet recogitare. ꝙ negligens ſit
vel fuerit ad penitendū ꝙ negligēs ad
reſiſtendū. ⁊ ꝙ negligēs ad ꝓficiēdū
debet em̄ cū ſumma diligentia deflere
mala ꝯmiſſa. repellere temptamēta di
abolica. ⁊ ꝓficere de vna ꝟtute in aliā
vt poſſit ꝑuenire ad p̄mia eterna. Se-
cundo dꝫ homo recogitare ſi in ip̄o vi
geat vel viguerit ꝯcupiſcentia volupta
tum curioſitatū ⁊ vanitatum Certe tūc
ꝯcupiſcentia voluptatis viget in reli-
gioſo hoīe. qn̄ appetit dulcia viꝫ ciba-
ria ſaporoſa. qn̄ appetit mollia. ſ. veſti
menta delicioſa. qn̄ appetit carnalia vi
delicet oblectamēta luxurioſa. Certe
tūc viget ꝯcupiſcentia curioſitatis in
dei famulo. qn̄ appetit videre pulcra.
qn̄ appetit habere cara Certe tūc viget
ꝯcupiſcentia vanitatis. qn̄ appetit ho-
minū fauorem quando querit huma-
nam laudem quando deſiderat hono-
rem humanum. Iſta oīa debet ſeruus
xp̄i tanq̄ venenuꝫ fugere. qꝛ ſunt indi
ces oīs mali Tercio recogitare debet
homo diligenter qui cupit noticiā ha-
bere ſuiip̄ius ſi in ipſo vigeat vel vigu
erit nequitia iracundie. nequitia inui
die ⁊ nequitia accidie. Certe tūc in re
ligioſo homine viget iracūdia. quan-
do amina in corde vel affectu ſigno vel
verbo vel clamore quātumcūq̄ modi-
cam indignatōem ⁊ ex corde rancorē
ꝓximo ſuo oſtendit. tūc aūt in hoīe re
gnat inuidia. qn̄ gaudet de ꝓximi ad
uerſitate. ⁊ triſtat de eiuſdē ꝓſperita-
te qn̄ letat de malis ꝓximi ⁊ tabeſcit
de bonis ip̄ius. Tūc etiam accidia vi-
get ī religioſo qn̄ fuerit tepidus. ſom
nolentus. ocioſus. tardus. negligēs
remiſſus. diſſolutus. indeuotus. tri-
ſtis ⁊ tedioſus. hec oīa ſeruus xp̄i de-
bet deteſtari ⁊ fugere. qꝛ in his vitiis ⁊
aliis ſupra memoratis ꝯſiſtit perditio
corporis. inquantum aūt magis quiſ-
q̄ in illis que p̄miſſa ſunt ſuam ꝯſciāꝫ
diſcuſſerit tanto ꝑfectior in ſuiip̄ius
cognitione ⁊ noticia erit.

Filius

Poſt diſcuſſionem ꝯſciē ⁊ cogni-
tionē ſuiip̄ius quā ꝯſequit ho-
mo ex diligenti ſui ꝯiudicatione deſi-
derio nūc informari que virtus ſit que
comitat hanc virtutem.

Ca. V. Pater A

Debes ſcire q̄d
humilitas eſt. que hanc virtu-
tem ſequit videlicet cognitionem ſui-
ip̄ius. quia quāto magis homo ſemet
ip̄m diſcuſſerit ⁊ ꝓprias defectus ante
cordis oculos reduxerit. ac congnoue
rit tanto hūilior erit Nā certa noticia
ſuoꝝ defectuū hoīem ſibiip̄i vilē reddit
Vn̄ primo ſciendū q̄d ſit hūilitas Eſt
aūt hūilitas ſcd̄m bern̄. Virtus qua ho-
mo ꝟiſſima ſui ꝯgnitiōe ſibiip̄i vileſ-
cit Et beatus aug. Humilitas eſt ex in
tuitu ꝓprie ꝯdictionis. ⁊ ſui ꝯditoris
volūtarie mētis inclinatio Iteꝫ bern̄.
Humilitas eſt ꝯtemptus ꝓprie excel-
lentie. Notādum aūt eſt ꝙ humilitas
eſt fundamentum omnium virtutum ⁊
bonorum operum. omnis namq̄ ſtru-
ctura bonorum operum ac virtutum ſi

ne hoc fundamento ſubſiſtere non põt.
Unde qui vult edificiũ artum bonorũ
opeꝝ ↄſtruere. dꝫ prius fundamentuꝫ
vere humilitatis ponere. Unde criſo.
Nemo ↄſtruet celſitudinẽ bonoꝝ ope-
rum ⁊ virtutis niſi prius iaceantur fun-
damenta vere humilitatis. Dicit etiã
de hoc caſſianus. Nullo modo poterit
in anima noſtra virtutũ ſtructura ↄſur-
gere niſi prius iacta fuerint vere humi-
litatis fundamẽta. ſine qua etiam hu-
militate nec purgatio peccatoruꝫ. nec
emendatio moꝝ. nec ↄſummatio vir-
tutum poterit apprehendi. Beatus eti-
am aug⁹. ſic dicit. Magnus vis eſſe in-
cipe a minimo. cogitas fabricã erige-
re celſitudinis. de fundamento cogita
humilitatis. hec aug. In hoc g̃ fundo
vere humilitatis erigamus edificium
ſpũale vt creſcat in tẽplum ſanctũ do-
mino. Unde ſcḿ dictum beati bern. bo-
nus fundus eſt humilitas in quo om̃e
edificium ſpũale ↄſtructum creſcit in
templũ ſanctum dño. hec ber. Humili-
tas etiam eſt caput omniũ virtutũ ⁊ ob-
tinet principatũ que ceteras virtutes
in ſuo vigore ↄſeruat. ⁊ ſuſtinet totum
edificiũ fouens corpus bonoꝝ operũ.
Teſtat̃ hoc beatus aug⁹. qui dicit. Hu-
militas eſt caput omniũ virtutũ. ⁊ ob-
tinet primatũ ⁊ principatum ceteraꝝ
tanqꝫ ipſaꝝ ↄſeruatrix. in eo ꝙ ipſa ẽ
perſeuerãtie ꝓpria coadiutrix. De hoc
etiam dicit ambro. Humilitas virtu-
tum omniũ caput eſt. que fouet ⁊ ſuſti-
net bonoꝝ opeꝝ totum corpus. hec ille
Hec igit̃ virtus multum diligẽda eſt
qꝛ valde gratos facit hoĩes eſſe deo ip-
ſa humilitas. teſte beato augu. qui dr̃.
Nihil nos ita gratos deo efficit ſicut
humilitas. ipſa namqꝫ trahit ad ſe cle-
mentiã dei. nam corda humiliuꝫ ipſe
deus libenter inhabitat. Unde dicit be-
atus bernar. O felix humilitas que di-

ad ſe trahit clementiam. ⁊ eius ligat
omnipotentiã. magna ergo virtus hu-
militas. cui dei maieſtas tam facile ſe
inclinat. Et beatus auguſti. Excelſus
es domine ⁊ humiles corde ſunt dom⁹
tua. Qui igit̃ vult eſſe templum dei ⁊
habitaculum ſpũſſancti cum omni ſtu-
dio ⁊ diligentia exerceat ſe in virtute
humilitatis. Ipſa namqꝫ eſt que pre-
parat locum diuine caritati ⁊ grẽ ſpi-
ritusſancti. ꝓpter qđ dicit beatus augu-
ſtinus. Quanto ſumus a tumore ſup-
bie minores. tanto ſumus dilectione
pleniores. qꝛ ſicut aqua ↄfluit ad val-
les. ſic gratia ſpũſſancti ↄfluit ad hu-
miles. Unde caſſiodorus. In vallibus
quippe humilium animaꝝ fontes ma-
nant ⁊ tranſeunt celeſtium gratiarum
qui vero humilis non fuerit grã ſpiri-
tusſancti in ipſo habitare non poterit
De quo beatus auguſti⁹. Si humilis
⁊ quietus non fueris nec põt in te ha-
bitare. nec habere gratiam ſpũſſancti.
Fode ergo in te fundamenta humili-
tatis ⁊ peruenies ad faſtigium carita-
tis. hec auguſtinus. Quia dum mẽs
humana humilitati innitit̃ ꝑfecto ip-
ſa in amore celeſtium inflammat̃ Nã
ſcḿ caſſianum. Amor celeſtium nõ al-
titudini ſublimiũ. ſed humilitati infũ-
ditur animaꝝ. ipſa namqꝫ humilitas
ꝓut dicit Richardus de ſancto victo-
re. ſola eſt que mentẽ diuino accendit
lumine. celeſtiqꝫ inflammat deſiderio
⁊ amore. hec richardus. Non ſolum
autem humiles obtinent a deo gratiã
in preſenti. veꝝetiam gloriam magnã
ↄſequunt̃ a domino in futuro. ad quã
gloriam ſiue patriam celeſtem non po-
teſt aliquis peruenire. niſi prius viam
humilitatis ſtudeat ambulare. De hoc
dicit beatus Auguſtinus. Excelſa eſt
patria. humilis autem eſt via. ergo qui
querit patriam quid recuſat viã. Am-

bula igiꝰ per xp̄i humilitatē vt venias
ad eius eternitatem. vis capere celſitu
dinem dei. prius cape humilitatē. Al-
tus eſt dn̄s. ſi te erigis non tanges illū
ſi te humilies deſcendet ad te. hec aug.
Oportet ḡ vt ꝑ humilitatē aſcendaꝰ
ad celi ſublimitatē. ⁊ qui deſiderat ha
bere primatū celeſtem. neceſſe eſt vt ſe
quaꝰ humilitatem terreſtrem. Vn̄ bea
tus bern̄. Per humilitatē aſcende ad
ſublimitatē. q2 hec eſt via ⁊ nō eſt alia
preter ip̄am. qui aliter vadit cadit po-
tius. ꝙ̄ aſcendit. ⁊ criſo. Quicūq3 de-
ſiderat primatū celeſtē ſequaꝰ humili
tatem terreſtrē. Dicit etiam de hoc yſi
dorus. Homo deſcendas humilitate
vt exalteris ne exaltatus humilieris
humilitas aūt caſum neſcit. lapſuz nō
nouit. humilitas nūq3 lapſuz paſſa ē.
hec yſidorus B Et notandū ꝙ tri
plex eſt hūilitas. ſ. magna maior ma-
xima. Magna eſt humilitas. qn̄ ſe ho
mo apud ſemetip̄m veraciter ꝯtemnit
Maior vero qn̄ ſe ꝯtemni ab alijs non
deſpicit. Maxima aūt qn̄ homo ꝯtem-
ptum ſuum non ꝯtemnit. ſed ad modū
ꝯcupiſcit. hos tres modos tangit Ri-
chardus de ſancto victore ſic dicens.
Humilis nāq3 eſt. qui ſeip̄m apud ſe-
metip̄m veraciter ꝯtemnit. hūilior aūt
qui ſe ꝯtemni ⁊ ab alijs nō refugit Hu
milimus vo qui ꝯtemptū ſuū nō ſolū
non ꝯtemnit ſed ad moduz ꝯcupiſcit.
hec ille. De quo dī etiam beatus bern̄.
Verus humilis vilis vult reputari nō
humilis ꝑdicari. gaudet de ꝯtemptu
ſui. Sed ſunt nōnulli. qui quidē pec-
catores ſe eſſe fatenꝰ. pctōres ab alijs
eſtimari nolunt Quod redarguit bea-
tus bernardus adducēs in exemplum
dn̄m noſtrum ſic dicēs. Qui peccatū
non fecit. non dedignatus eſt peccato-
rem ſe reputari. Et nos eſſe volumus
ſed nolumus reputari. Hec bern̄. Sed
qui veraciter ſunt humiles. de ſua de-
ſpectione gaudent ⁊ cū ſe viles in alie
nis oculis ꝯſpiciūt. de hoc intra ſemet
ipſos gratulanꝰ. De talibꝰ dī beatus
gregorius. Qualis quiſq3 apud ſe la-
teat. contumelie illate probant Nam
ſicut ſupbi honoribꝰ ſic plerumq3 hu-
miles ſua deſpectione gratulanꝰ. cūq3
ſe in alienis oculis viles ꝯſpiciunt id-
circo gaudent. q2 hoc iudicium confir
mari intelligunt quod de ſe ⁊ ip̄i habu
erunt. hec gregorius Unde ſancti vi-
ri magna quidem agunt. ſed per humi
litatem in corde ſuo infimi ſunt. quod
multum acceptum eſt deo. Teſte beato
iheronimo qui dī. Nihil eſt quod nos
deo ⁊ homibꝰ ita gratos faciat ꝙ̄ ſi vi
te merito magni ⁊ humilitate infimi
ſimus. hec iheronimus. C Sed
hec virtus valde rara ē. vt magna qui
dem operantem ſe tn̄ nō magnum eſti
mare. mirabilez in virtutibꝰ coram a
lijs apparere. ⁊ tamen ꝯtemptibilem
ſe reputare. Unde beatus bernardus.
Magna ⁊ rara virtus vt magna licet
operātem magnum te neſcias. ⁊ mani
feſtam oībꝰ tuam te ſolum latere ſan-
ctitatem. mirabilem te apparere ⁊ cō-
temptibilez te reputare. hec beatus ber
nardus. Perfecti etiam viri ⁊ veraci-
ter humiles ſemper ſtudent in virtuti-
bus proficere. ⁊ hanc humilitatem ſi
bi ſeruant vt ſemper ⁊ in bono profici
ant ⁊ tn̄ nec perfectionis inicia ſe habe
re credant. de hoc richardus de ſancto
victore cū admiratōne quadam ſic ait
O virū perfectum ſummaq3 humili-
tate fundatum. qui ſemper poteſt ⁊ fe-
ſtinando proficere. ⁊ proficiendo feſti
nare. ⁊ hanc ſibi humilitatē ſemꝑ ſer
uare. vt ſemꝑ in bono ꝓficiat. ⁊ tn̄ nec
ꝑfectionis inicia ſe habere credat. hec
richar. D Et notandum ꝙ ne-
mo dz fiduciā hr̄e de aliquo bono ope

te. ſed ſolum ꝯfidere de humilitatis v
tute. Unde dicit iohānes abbas mon
tis ſinay. Noli fiduciā habere in teip
ſo etiam ſi poſſides mundiciā. ſed ma
gis ad humilitatem multam accede ⁊
amplius fiducialiter ages. Nempe ſi
omnē ſcalam virtutū ſcandens aſcen
diſti, ꝓ remiſſione peccatoꝝ exora. De
codē etiam dicit beatus bernar. Inſi
piens ⁊ inſanus eſt quicunqȝ in alijs
vite meritis qȝ in ſola humilitate con
fidit. Unde mater domini noſtri ihēſu
xpi hanc ſolam virtutem in ſe dn̄o pla
cuiſſe ꝯmemorat ſic dicens. Reſpexit
humilitatē ancille ſue ⁊c. Quanto nā
quonaqueqȝ aīma ꝓpter amorē ſui cre
atoris eſt deſpectior in oculis ſuis tan
to eſt precioſior ⁊ acceptior corā ocu
lis ſumme maieſtatis. ⁊ econuerſo qȝ
to precioſior eſt ſibi. tanto vilior deo.
Unde beatus grego. Tanto nāqȝ vna
queqȝ aīma ſit precioſior ante oculos
dei. quanto ꝓ amore veritatis deſpecti
or fuerit ante oculos ſuos. tanto ergo
fit quiſqȝ vilior deo. quanto precioſior
ſibi. tanto precioſior deo. quanto vili
or ſibi ꝓpter eum. qꝛ humilia reſpicit.
⁊ alta a longe cognoſcit E Et ſci
endū ꝓut dicit richardus de ſancto vi
ctore. ꝙ eſt differentia inter humilita
tem ⁊ humiliatōem. Humilitas ē vir
tus qua quiſqȝ ſibi vileſcit interius co
ram oculis dei. Humiliatio vero eſt v
tutis effectus quo quiſqȝ ſeipm̄ abijcit
exterius in oculis ꝓximi. Aliud ē hu
milē eſſe. aliud ē humiliter ſe habere.
illud ꝑtinet ad diſciplinam mentis.
iſtud ad diſciplinā corporis. illud eſt
humilitatis. iſtud eſt humiliationis.
hec richar. Hanc igitur virtutem vere
humilitatis nobis aſſumere debemus
qꝛ ipſa eſt origo ceteraꝝ virtutum. ⁊ il
la virtus in nobis veraciter pullulat ꝗ
in radice ꝓpria. i. in humilitate perdu

rat. Sed ſunt nōnulli qui etiam in ho
noribꝰ poſiti de ſe humilia ſentiunt. ⁊
ſe cinerē eſſe ꝑpendūt. ſed tn̄ coram
hoībus eſſe viles apparere refugiūt Et
ſunt nōnulli qui quidem viles videri
ab hominibꝰ appetunt. ſed apud ſe in
trinſecus quaſi ex ipſo merito oſtenſe
humilitatis intumeſcunt. que vtraqȝ
elationis genera a quolibet deuoto hoī
ne ſunt repellenda. De hoc beatus gre
go. xxviij. moral. exponens illud. Nō
audebunt eum ꝯtemplari omnes qui
ſibi videnꝉ eſſe ſapientes. ſic dr̄. No
tandū ꝙ non ait. Et non audebunt eū
ꝯtemplari ſapientes ſed qui ſibi vidē
tur eſſe ſapientes. Quibꝰ videlicꝫ ver
bis non peritos quidē ſed arrogantes
inſinuat Viri namqȝ arrogantes ⁊ do
cti cū recte non viuunt ſed tn̄ recte di
cere doctrine impulſionibꝰ ꝯpelluntur
ipſi damnationis ſue aliquo mō preco
nes ſunt. qꝛ dum ea que agere reſpuūt
predicantes inſinuant. ſuis vocibꝰ dā
nantes dānant. Unde ſumma cura eſt
ꝓuidendum ne accepta ſapientia cuꝫ
ignorantie tenebras illuīat lumen hu
militatis tollat. ⁊ ipſa ſapīa eſſe neq̄
at. ꝗ ⁊ ſi virtute locutionis fulgeat. ela
tōis tn̄ velamīe cor eloqn̄tis obſcurat.
Quia vo origo oīm virtutū huīlitas ē
illa in nobis virtus veraciter pullulat
que in radice ꝓpria. i. in humilitate ꝑ
durat. A qua nimirꝫ ſi abſcidiꝉ areſcit
qꝛ viuificantem ſe in intimis humorē
caritatis perdit. Intueri libet quanta
virtutum munera dauid perceperat at
qȝ in his omnibꝰ qȝ fortis humilitati
ſeruiebat. quem em̄ non extolleret ora
leonum frangere. deſpectis prioribus
fratribus eligi. reprobato rege ad reg
ni tabernacula vngi. vno lapide goly
am ſternere. ⁊ cetera que geſſit. ⁊ tam̄
cum archam dei iherūſalem reuocat. ꝗ
ſi oblitū ſe prelatū omnibꝰ admixtus

populis ante archam ſaltabat Et quia
coram archa ſaltare vt creditur vulgi
mos fuerat. rex ſe in diuino obſequio
pſaltando rotat. Ecce quē dñs cūctis
ſingulariter ꝑtulit ſeſe ſubdendo ⁊ ab
iecta exhibendo ꝯtemnit. non prāos re-
gni ad memoriam reducit. non ſubdi
torꝫ oculis ſaltando vileſcere metuit.
non ſe honore ꝑlatū ceteris añ eius ar
cham qui honorem dederat recognoſ-
cat coram deo egit debilia ⁊ extrema.
vt illa ex humilitate ſolidaret. que co-
rā hoīb gesserat fortia Quid de eius
factis ab alijs ſentiat ignoro. Ego da
uid ſaltantem plus ſtupeo. q̄ꝫ pugnan
tem. pugnando quippe hoſtes ſubdit.
ſaltando aūt corā dño ſeipſm vicit. quē
michol Saul filia adhuc ex tumore re
gij generis inſana cū humiliatū deſpi
ceret dicēs Quā glorioſus fuit hodie
rex iſrahel diſcooperiens ſe ante āncillas
ſeruorꝫ ſuorꝫ ⁊c. ꝓtinus audiuit viuit
dñs. q2 ludam añ dñm ⁊ vilior fiam
pluſq̄ꝫ factus ſum. eroq; humilis in o-
culis meis ac ſi apte dicat. Vileſcere
coram hoīb appeto. q2 ſeruare mihi
coram deo ingenuitatem ꝑ humilita-
tem quero. Sunt ꝟo nonnulli. qui de
ſemetipſis humilia ſentiunt q2 in ho-
norib poſiti nihil ſe eſſe niſi cinerem
fauillamq; ꝑpendūt. ſed tñ corā hoīb
viles apparere refugiūt Et ſunt nōnul
li q̄ viles videri ab hoīb appetūt atq;
omne qđ ſunt deiectos exhibendo ſed
ꝯtemnunt. ſe tamē apud ſe introrſus.
quaſi ex ip̄o merito hūilitatis ⁊ vilita
tis intumeſcunt ⁊ tanto magis in cor-
de elati ſunt. quanto amplius in ſpecie
humilitatis vel vilitatis elationē pre-
munt que vtraq; elationis vnius bella
circūſpectione magna dauid deꝑhen-
dit mira virtute ſuꝑauit. q2 eñ de ſeip
ſo intus humilia ſentiens honorē exte
rius non quereret inſinuat dicens. Lu-
dam ⁊ vilior fiam plus q̄ꝫ factus ſum
Et q2 ꝑ hoc ꝙ vilem ſe exterius ꝑbuit.
nequaq̄ꝫ exterius intumeſcat adiūgit.
Eroq; humilis in oculis meis ac ſi di
cat Qualē me exterius deſpiciens ex
hibeo. talē me interius attēdo. bene er
go dr. Non audebūt ꝯtēplari omnes
qui ſibi vident eē ſapientes Contem-
plari eñ dei ſapientiā nō poſſunt. qui
ſibi ſapientes vident. q2 tāto ab eius
luce longius ſunt. quanto apud ſemet
ipſos humiles non ſunt. q2 dū eorum
mentib tumor elationis creſcit. aciē
ꝯtemplationis claudit. ⁊ vnde lucere
ſe pre ceteris eſtimant. inde ſe lumine
veritatis priuāt. Si ꝟo veraciter ſapi
entes eſſe atq; ſapientiam ꝯtemplari
appetimus. ſtultos nos humiliter re-
cognoſcamus. relinquamus noxiam
ſapientiam. diſcamus laudabilē fatui
tatem. Hinc quippe ſcriptū eſt. Stul-
ta mūdi elegit deus vt ꝯfundat ſapien
tes. Hinc rurſum dr. Si quis videt
inter vos ſapies eſſe. in hoc ſeculo. ſtul
tus fiat vt ſit ſapiens. hec greg. F
Et notandū ꝙ virtus humilitatis val
de neceſſaria eſt ꝑlatis. qui ꝑſunt ſub
ditis ⁊ cū aliquis temptat vitio elati
onis. ꝑ humilitatē cordis debet repri
mere faſtum tumoris. Unde ſancti vi
ri cū ꝑſunt ceteris ꝑ hoc non gaudent
hoīb preeſſe ſed ꝓdeſſe ⁊ cū timeri a
ſubditis appetunt. ideo hoc faciūt. q2
ip̄os ſubditos deū minime timere de-
prehendunt vt ſaltem humana formi-
dine peccare metuant. qui deū offende
re non formidant Cū vero deeſt a ſub
ditis vitium. quod corrigat. non ſolū
ab eis metui ſꝫ honorari pluſq̄ꝫ neceſ-
ſe eſt refugiunt. ⁊ q̄uis hos hoīb pre
latos gloria poteſtatis oſtendat. interi
us tñ per merorem ſecretū ſacrificium
domino ꝯtriti cordis offerūt. De tali
bus poteſtatib beatus gregorius. xxj

moꝛa.ſic dicit. Potentibꝰ viris mag-
na eſt virtus humilitas ꝯſiderata eq̄li
tate ꝯditionis.omnes namqꝫ hoīes
natura equales ſumus.ſed acceſſit di
ſpenſatoꝛio oꝛdine vt quibuſdā p̄ela
ti videamur. Si igit̃ hoc a mēte depri
mimus qđ tempoꝛaliter acceſſit inue-
niemus citius qđ naturaliter ſumus.
Plerumqꝫ enim ſe animo accepta po-
teſtas obijcit.eumqꝫ tumidis cogitati
onibꝰ fallit.manu igit̃ humilime con-
ſideratōis deprimendus eſt tumoꝛ ela
tionis.naꝫ omnes hoīes natura equa
les genuit.ſed varietatē meritoꝝ oꝛdi
ne alijs.alios diſpenſatio occulta poſt
ponit. Ipſa aūt diuerſitas q̄ acceſſit ex
vitio recte eſt diuinis iudicijs oꝛdīata
vt q2 omnis homo iter vite non gradi
tur.alter ab altero regat̃. Sancti aūt
viri cum p̄ſunt non in ſe poteſtatem
oꝛdinis ſed equalitatē ꝯditionis atten
dunt.nec p̄eeſſe gaudent hominibus
ſed ꝓdeſſe.homo quippe animalibꝰ ir-
rationabilibꝰ.non aūt ceteris homini
bus p̄latus eſt. Unde dr̄.terroꝛ veſter
⁊ tremoꝛ ſit ſuꝑ cuncta animantia ter-
re.⁊ idcirco ab animalibꝰ.non aūt ab
hominibꝰ timeat̃.q2 ꝯtra naturā ſuper
bire eſt ab equalibꝰ velle timeri. Quis
plerumqꝫ a ſubditis etiam ſancti viri
timeri appetunt.ſed qn̄ ab eiſdem ſub
ditis deū deprehendunt minime time-
ri.vt humana ſaltē foꝛmidine peccare
metuant qui diuina iudicia nō foꝛmi-
dant. Nequaqꝫ ergo p̄poſiti ex hoc q̄
ſito timoꝛe ſuꝑbiunt in quo non ſuam
gloꝛiam ſed ſubditoꝝ iuſticiā querūt.
in eo ꝙ metuꝫ ſibi a ꝑuerſe viuentibꝰ
exigunt.quaſi non hoīb9 ſed brutis
animalibꝰ dominant̃.q2 videlꝫ ex qua
p̄te beſtiales ſunt.ex ea etiam debēt foꝛ
midini iacere ꝓſtrati. Cum vero deeſt
vitium quod coꝛrigat̃.non de excellē
tia poteſtatis.ſed de equalitate ꝯditio

nis gaudent ⁊ non ſolum ab eis metui
ſed etiam plus qꝫ necē eſt honoꝛari re-
fugiunt. Item per eundē ⁊ de eodem
xx.moꝛa.ſic dr̄. Uiro enim oꝛdine v-
no eodemqꝫ tempꝛe ꝯuenire in actibus
bonoꝝ ſolet ⁊ foꝛis honoꝛ culminis.⁊
intus afflicte meroꝛ humilitatis.qui
⁊ ſi hos p̄latos hominibꝰ gloꝛia pote
ſtatis oſtendat.interius tamē meroꝛe
ſuo ſecretum ſacrificium domino ꝯtri
ti coꝛdis offerunt. Sciunt electi quiqꝫ
ꝯſideratione intima cōtra exterioꝛis
excellētie tempramenta pugnare.qui
ſi ad exterioꝛē felicitatē ſuam coꝛ ap-
ponerent.iuſti ꝓfecto non eſſent. Sed
q2 coꝛ humanū non poteſt de ipſis pro
ſperitatibꝰ reꝝ quantulacunqꝫ gloꝛia
in nullo temptari ꝯtra ipſam ꝓſperita
tem ſuam.ſancti viri intrinſecus dimi
cant.non dico ne in elatōe ſed ſaltem
in eius amoꝛe ſuccūbant.cui valde ſuc
cubuiſſe eſt captiuā mentem eius deſi-
derijs ſubdidiſſe.hec grego. G
Sciendū etiam ꝙ multū valet ad hu-
miliādū ſe.peccatoꝝ p̄teritoꝝ recoꝛ
datio.⁊ qui etiam fragilitatem ſuam
ſollicite reſpicit.de donis a deo perce-
ptis ſe non extollit. Sed ſunt nonnul
li qui quidē nihil virtutis agere ſtudēt
attamen cum alios peccare ꝯſpiciunt
iuſtos ſe in eoꝝ ꝯparatione ſuſpicant̃.
Et ſunt nonnulli qui quibuſdam vi-
tijs ſuperbia videlꝫ vel auaricia depꝛi
munt̃.ſed cum alios in luxuriā vel irā
ꝯſpiciunt incidiſſe.ſe melioꝛes illis
deputant.atqꝫ apud ſemetipſos quaſi
ſe de iuſticia extollunt quia negligunt
penſare ſua vitia quibꝰ grauiter tenen
tur. At ꝯtra illi qui ad altam virtutem
ꝯſcendere veraciter appetunt.mox cū
alienas culpas audiunt.mox coꝛ ad ꝓ
p̄ias virtutes reducūt.⁊ poſtpoſito iu
dicio de alienis culpis ſuas veraciter
plangunt. Iſta ꝯmemoꝛat beatus gre-

gorius. iiij. moral. exponens illud vbū
Sedens in ſterquilinio ſic d̄r. In ſter
quilinio q̄ppe ſedere eſt vilia de ſe quē
piaꝫ ⁊ abiecta ſentire. In ſterquilinio
nobis ſedere eſt ad ea que illicite geſſi
mus mentis oculos penitendo reduce
re at cū ante nos peccatoꝝ ſtercora cer
nimus. omne qđ in aīa de elatione ſur
git inclinemus In ſterquilinio ſedet.
qui infirmitatē ſuam ſollicitus reſpi/
cit. ⁊ ſeſe de bonis. que ꝑcepit non ex/
tollit An non apud ſe in ſterquilinio a
braħā ſederat. qui dicebat. loquar ad
dn̄m meuꝫ cū ſim puluis ⁊ cinis. aper
te em̄ cernimus. in quo ſe apud ſe loco
poſuerat. qui puluerē ⁊ cinerē ſe etiaꝫ
qn̄ cum deo loqueret̄ eſtimabat Si igi
tur ſe ita deſpicit. qui vſqȝ ad honoreꝫ
diuine locutionis aſcendit. ſolicita in
tentione penſandū eſt. qua pena illi fe
riendi ſunt. qui ⁊ ad ſumma nondū ꝑ
ficiunt ⁊ tn̄ de minimis extollunt̄. naꝫ
ſunt nōnulli. qui cū praua agunt de ſe
magna ſentiunt. in altum mentē ſub/
leuant. ⁊ preire ſe ceteris vtutum me/
rito putant. hi nimirꝫ apud ſe intror/
ſus humilitatis ſterquiliniū deſerunt.
⁊ elationis faſtigia aſcendūt. illū imi/
tantes. qui primus ſe apud ſe extulit.
ſed eleuando ꝓſtrauit qui dixit in celū
aſcendam. ſupꝛ aſtra celi exaltabo ⁊c̄.
Etiam ſciendum ꝙ ſunt nōnulli. qui
nihil quidem virtutis agere ſtudent.
ſed tn̄ cū alios peccare ꝯſpiciūt iuſtos
ſe in eoꝝ ꝯparatiōe ſuſpicant̄ Neqȝ em̄
corda oīm vna vel ſimilis culpa tranſ/
figit Hunc namqȝ ſuperbia illaqueat.
illū forſitan ira ſupplantat Hunc aua/
ricia excruciat. illuꝫ luxuria inflām̄at
Et plerūqȝ ꝯtingit vt is quem ſupbia
deprimit. alium reſpiciat. qualiter ira
ſuccendat. Et q2 ſe ira non citius inſti
gat. meliorem ſe iracundo iam depu/
tat. atqȝ ſemetipſm quaſi de iuſticia ex
tollit. qui penſare negligit vitiū. quo
grauius tenet̄. plerūqȝ cōtingit. vt is
quem auaricia ſauciat. aliū luxurie vo
ragine merſum cernat. ⁊ q2 ſe a pollu/
tione carnali alienum reſpicit. quibꝫ
ipſe ſordibꝫ ſpiritalis veneni intrinſe/
cus polluat̄ non attendit. dūqȝ in alio
penſat malū qđ ipſe non hꝫ. in ſe negli
git ꝯſiderare qđ hꝫ. ſicqȝ fit vt duꝫ ad
aliena dijudicanda mens ducit̄ ꝓprij
iudicij lumine priuet̄. ⁊ eo durius cō
tra aliena ſupbiat. quo ſua negligenti/
us ignorat At ꝯtra. hi qui ad alta vtu
tum ſurgere veraciter appetūt cū alie/
nas culpas audiūt. mox cor ad ꝓprias
reducūt ⁊ tāto rectius illas dijudicāt
quanto verius iſtas deplorāt Quia igi
tur electus quiſqȝ infirmitatis ſue con
ſideratione ſe ꝯprimit dicat̄ recte ꝙ
vir ſanctus in ſterquilinio dolens ſe/
det. qui em̄ vere ſe humiliat ꝯtinue ꝯſi
derationis oculo quibꝫ circumſeptus
ſit delictoꝝ ſordibꝫ ꝓficiens penſat.
hec grego. H Eſt etiā aliud qđ va
let ꝯtra vitiū elationis videlicet. vt bo
na que agimus ſciendo neſciamus.
quatenus ad cuſtodiam hūilitatis hec
⁊ recte eſtimemus. ⁊ in ipſis nihil etiā
nobis virtutis tribuamus Sed bona
que facimus de miſericordia noſtri cō
ditoris eē agnoſcamus. De hoc bea/
tus greg. in libro moral. ſic d̄r Plerū/
qȝ em̄ ſi ſcimus bona. que agimus. ad
elationem ducimur Naꝫ ſi neſcimus
minime ſuamus. q̄s em̄ audita vtutis
ꝯſciā non quantulūcunqȝ ſupbiat. aut
q̄s curſum bonū in ſe cuſtodiat qđ ig/
norat Sꝫ ꝯtra vtrāqȝ quid ſupeſt. niſi
vt recta q̄ agimus ſciendo neſciamus
vt hec ⁊ rcā eſtimemus ⁊ minima. q̄te
nus ad cuſtodiam ſui ſi ſentiat aīmus
ſciam rectitudinis. vt in tumorē non
eleuet hūilitas eſtimatōis Et q̄uis te
ſe hūilia ſentiat aīmus iuſtoꝝ. ea q̄ tn̄

agunt ꝙ quō ſint recta ꝯſpiciunt. ſed
de coꝝ rectitudine non preſumūt. Il‑
le etiam verā deo exhibet oꝛōnem. qui
ſemetipm̄ q꜡ puluis ſit humiliter vi‑
det. qui nil ſibi ꝟtutis attribuit. qui bo
na que agit de mīa ꝯditoris cognoſcit
Eſt namq꜀ magnū ꝯturbati ſolaciū vt
pulſatis vitijs cū ſe quaſi nudari ꝟtu‑
tibꝫ ꝯſpicit. ad ſolam miſcḋie ſpem re
currat. ⁊ eo nudari non ſinat. quo ſe a
virtutibꝫ humiliter nudū putat. Qui
⁊ ſi fortaſſe aliqua virtute in temptati
one deregit̃ infirmitatē tn̄ ꝓpriam ag
noſcens ipſe melius humilitate veſtit̃
⁊ valde robuſtius qui ſteterat cum ſibi
ſine adiutorio diuīo ceſſat tribuere qḋ
habet. hec grego. ¶ Notandū eti‑
am ꝙ ad humilitatem veram ꝯſequen
dam maxime valet exemplū noſtri re‑
demptoris qui ſe humiliauit ꝓ nobis
carnem aſſumēdo ⁊ in eadē multa op
ꝓbria ⁊ paſſiones ſuſtinendo. vt nos
doceret ſuo exēplo qui puluis ſumus
non alta ſapere ſed timere ⁊ humiles
eſſe. De hoc dicit beatus ber. O homo
intuere humilitatis ⁊ manſuetudinis
ſpeculum dn̄m noſtꝝ ihesum xp̄m vni‑
uerſe creature factorē. tremebundū iu
dicē viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. ante pedes eti
am hoīs traditoris ſui genua incuruā
tem. diſce q꜡ mitis eſt ⁊ humilis corde
⁊ ꝯfundere in ſuperbia tua. erubeſce in
impatientia tua. Quid enī magis mi
randū. quid amplius deteſtādū. quid
grauius puniendū. q̄ꝫ ꝙ videns filium
dei ſummū in regno celoꝝ nouiſſimū
factum in regno hoīm. apponat tn̄ ad
huc magnificare ſe homo ſuper terram
Dicit etiam beatus aug. Ecce hēmus
humilitatis exemplū. ſupbie medica‑
mentū. quid igit̃ intumeſcis o homo.
pellis morticina quid extenderis. O
ſanies fetida quid inflaris. princeps
tuus ē humilis ⁊ tu ſupbis. caput hu
mile ⁊ membꝝ ſuperbum. hec aug. Vi
demus igit̃ ꝙ magna ſit virtus humi‑
litatis. ꝓpter quā edocendā tanta ſu‑
ſtinuit dei filius De qua ſic dr̄ beatus
bern. Quanta ꝟtus humilitatis ꝓpter
quā edocendā is qui ſine eſtimatione
magnus eſt vſq꜀ ad paſſionē factus ē
ꝑuus. hec ber. Si vero non poſſumus
ſequi exemplū noſtri redēptoris eo ꝙ
ipſe ſit deus ⁊ homo ⁊ dn̄s virtutū. ſe‑
quamur ſaltē veſtigia ſeruoꝝ ſuoꝝ hoc
eſt precedentiū patꝝ qui fuerūt hoīes
ſicut ⁊ nos. ⁊ tn̄ extiterūt in ſanctimo
nia vite pfecti. ⁊ in ꝟtute humilitatis
preclari. q꜡ qui alioꝝ bona veraciter
penſat. ſua opa magno humilitatis ra
dio illuſtrat. De hoc beatus gre. ſic dr̄
Ille nāq꜀ cordis ſui oculū per elatōis
ſue tenebras extinguit. quicunq꜀ cū re
cta agit ꝯſiderare melioꝝ vitam negli
git. Et ꝯtra magno humilitatis radio
ſua opa illuſtrat qui alioꝝ bona ſubti
liter penſat. q꜡ dū ea que ipſe fecerit fa
cta foris ⁊ ab alijs ꝯſpicit. eum qui de
ſingularitate intus erumpe nitit̃ tumo
rem ſupbie ꝑmit. magna quippe q̄ agi
mus q̄ſi minima ducimus cū hec p fo
tia exēpla penſamus. ſed tunc apd̄ de
um creſcunt ꝑ meritū cū apud noſmet
ipſos ꝑ humilitatē decreſcūt. hec gre.
¶ Unde neccē eſt ꝙ qui in ꝟtute
humilitatis pficere deſiderat. vt exē‑
pla ſanctoꝝ viroꝝ ꝯſpiciat. atq꜀ in eo
rum ꝯpatione ſe penſans. ſe pctōrem
eſſe deprehendat. Si enī plene intelli
gere appetit q̄lis eſt. talis nimiꝝ dꝫ cō
ſpicere qualis non eſt vt ex bona ⁊ ſcā
ꝯuerſatōe alioꝝ colligat quantū ipē a
vita ꝟtuoſa atq꜀ pfecta diſtat. Iuſtoꝝ
ḡ debemus ꝯſpicere vitā vt ſubtilit̃ dep
hendamus noſtrā. qḋ quidē facere ele
cti nō ceſſent. melioꝝ nāq꜀ vitā ꝯſide‑
rant ⁊ idcirco ſe hūiliant. ⁊ ſi q̄d pra‑
uitatis deꝑhendūt in pfectā ꝯſideratō

nem mutant. Iſta tangit beatus greg.
xxiiij. moral'. exponens illud. Reſpi-
ciet hoĩes ⁊ dicet peccaui ſic dr̃. Nul-
lus ſe peccatorē cognoſceret. ſi iuſtici-
am nõ haberet. Nemo quippe fortitu-
dinem ſuã niſi cũ rectus eſſe ceperit de
ꝓhendit. nam qui omnino ꝑuerſus eſt
nec hoc poteſt videre qd̃ eſt. qui vero pec
catorez ſe intelligit. iam ex ꝑte aliqua
iuſtus eẽ inchoauit. atq₃ id qd̃ non iu-
ſtus fecerat. ex eo ꝙ eſt iuſtus accuſat.
q₃ accuſatione ſua deo inherere incho-
at. dũ rectũ ↄtra ſe iudicium ꝓferens
hoc in ſe qd̃ illi ſentit diſplicere ↄdem
nat. Recepta ergo iuſticia ſua. dicat
homo iſte peccaui. Et notãdũ ꝙ dicit̃
vel ꝑmittit̃ reſpiciet hoĩes Et tunc in
de ſubiungit̃ ⁊ dr̃ peccaui. ideo enĩ nõ
nulli peccaſſe ſe neſciũt. q₃ hoĩes nõ at
tendunt. nam ſi ↄſiderarent hoĩes ciri
us cognoſcerent. quantũ peccando in
fra hoĩes cecidiſſent L Sed notã
dum ꝙ hi ſolummodo vocantur hoĩes
qui iuſticie rõne ſuffulti ſunt. ⁊ irrati
onabilia iumẽta noĩant̃ hi. qui carna
li delectationi deſeruiũt Recte de quo
liber pertẽte dr̃ Reſpicit hoĩes ⁊ dicet
peccaui. ac ſi dicat̃ ſanctoꝝ viroꝝ exẽ-
pla ↄſpicit. atq₃ eoꝝ ↄꝑatione ſe pen-
ſans iniquũ ſe eẽ deꝓhendit. qui eĩ ple
niſſime intelligere qualis eſt appetit.
tales nimiꝝ debet ↄſpicere. qualis non
eſt vt ex bonoꝝ forma metiat̃. quantũ
ipſe. deſerto bono. deformis ẽ. Ex his
quippe quibꝰ pleniſſime bona aſſunt ꝑ
pendit. que ſibi minus ſunt. atq₃ in il
loꝝ pulcritudine conſpicit feditatem
ſuã quã in ipſo ⁊ ꝑt perpeti ⁊ ſentire nõ
ꝑt Lucem namq₃ dr̃ ↄſpicere. qui vult
de tenebris iudicare. vt in illa videat.
quid de tenebris eſtimet. ꝑ quas vide-
re ꝑpendit̃. Peccator namq₃ ſi incog
nita vita iuſtoꝝ ſemetipſm ↄſpicit. pec
catorē ſe nullatenus deꝓhendit Vide-
re enĩ ſe non ꝑt. q₃ fulgorē lucis neſci
ens cũ ſeipſm ↄſpicit quid aliud q̃₃ te-
nebras attendit. Iuſtoꝝ igit̃ ↄſpice-
re debemus vitam vt ſubtiliter deꝓhen
damus noſtrã. illoꝝ viz ſpẽs quaſi que
dam nobis forma imitanda ꝓmittit̃.
M Uiua lectio eſt ſanctoꝝ vita iu
ſtorum ⁊ bonoꝝ Unñ non immerito hi
idez iuſti in ſacro eloquio libri noĩan
tur. ſicut ſcriptũ eſt. Libri aperti ſunt
⁊ alius liber aptus eſt. qui eſt vite ⁊ iu-
dicati ſunt mortui. ex his que ſcripta
erant in libris. Liber nãq₃ vite eſt ipſa
turbata eſt valde. ⁊ tu domine vſque-
quo. Quid eſt vſquequo niſi quouſq̄
probes. quia ego ſubuenio. ſi enim cu-

to ſubuenirem luctamen non ſentires
tanq̄ de tuis viribꝫ ſuperbires, ⁊ per
iſtam ſuperbiā nunq̄ ad victoriam p-
uenires. Dictum eſt quidē. adhuc te
loquēte dicam. ecce aſſum. ſed deus cū
differt adeſt ⁊ differendo adeſt. ne ꝑpe
ram cum implet voluntatē perfectam
non impleat ſanitatem. Non eñ frēs
mei apoſtolo paulo non aderat qui cū
certaret ne extolleref timebat. in ma-
gnitudine inquit reuelationū mearū
ne extollar ſed virtute medicamentū
qđ ſibi dicit appoſitū. ne extollar inq̄t
datus eſt mihi ſtimulus carnis mee an
gelus ſathane qui me colaphiſet. Ca-
put cedebaf ne caput extolleretur. O
antidotū quaſi qđ de ſerpente ↄficif. ⁊
ꝓpterea tyriaca nuncupaf. Sed nun-
quid in temptatōe dñs deerat. Deni-
q̄ vt ſciatis q̄ aderat. videte quid te
roganti rñdeat. dixit inquit mihi. ſuf
ficit tibi gratia mea. nā virtus in infir
mitate perficitur. Ego inquit noui me
dicus optimus in quē tumorem ꝑgat
qđ volo ſanare. quieſce. adhibeam qđ
ſcio. Sufficit tibi gratia mea. non ſuf
ficit tibi voluntas tua. Opus etiam no
ſtrū in hac vita debet eſſe actōes carnis
ſpū mortificare. quotidie affligere mi
nare. frenare. interimere. q̄ multi eñ
ꝓficientes iam non delectant que an-
te delectabant qñ delectabat ⁊ nō con
ſentiebaf mortificabaf. q̄ iam non de
lectat mortificatū eſt. calca mortuum.
tranſi ad viuū. calca iacentē. ↄflige cū
reſiſtente. mortua eſt eñ vna delectatō
ſed viuit altera. ſed illi dū nō ↄſentis
mortificas. cū ceperis omnino non de
lectari mortificaſti. hec eſt actio noſtra
hec eſt militia nr̄a. in hoc agone dū cō
fligimus deū habemus ſpectatorē. in
hoc agone cū laboramus deū habemuſ
adiutorē. ſi eñ nos ipſe non adiuuat.
nō dico vincere. ſed nec poterimus pu
gnare. Cū ergo dixiſſet apoſtolus. Si
aūt ſpū actiones carnis mortificaueri
tis viuetis. ⁊ illas concupiſcētias carnis
mortificare quibꝫ non eſt ↄſentire ma
gna laus eſt. quas non habere ꝑfectio
eſt. hec auguſti. ℞ Et notandū q̄
ſunt nonnulli qui cū patiunf aliquas
tribulatōes vel temptatōes locum ali
um querunt ad manendū vt ꝑ hoc poſ
ſint quietius ⁊ cū minori impedimen
to deo ſeruire. ſed homo in hac vita po
ſitus in nullo loco q̄uis etiam ſecreto
poteſt ſine temptatōe viuere. imo ple-
rumq̄ ibi maior dolor temptatōnis in
uenif vbi mutando locū requies ſpera
batur. Hoc aūt permittit omnipotēs
deus vt homo cognoſcat infirmitatē
ſuam ⁊ humilief. ⁊ nō in pñti vita re
quies ſed in futura queraf. De hoc be
atus grego. xxiiij. moral. exponens il-
lud dictum. Increpat quoq̄ per dolo-
rem in lectulo, ⁊ oīa oſſa eius marceſ
ſere facit. ſic ait. Cum quiſq̄ curis ſe-
cularibꝫ fatigaueris deſerere ꝑ diuinā
grām huius mundi itinera laborioſa
ↄpungif cogitare ſolet quomō pñtis
vite deſideria fugiat. ⁊ ab eius labori
bus requieſcat. ſibiq̄ mox deſiderate
quietis ordinē querit. ⁊ velut qđdam
ſtratū ſic a cunctis laboribꝫ locū inue-
nire ↄcupiſcit. ſꝫ q̄ in hac vita adhuc
homo poſitus in cuiuſlibet ordinis lo-
co. in cuiuſlibet ſecreti receſſu ſine tēp
tationibꝫ viuere nullatenus p̄t. Ple-
q̄ in id qđ ad requiē ↄſtituif maior do
lor temptationis inuenif. Unde recte
per ꝓphetam dr̄. vniuerſum ſtratū eius
verſaſti in infirmitate eius. ac ſi dice-
ret. Oē qđ hic ſibi placuit ad requiē.
hoc mutaſti ei occulto iudicio ad ꝑtur
bationem. quod ꝑ quodam ↄſilio agi-
tur vt huius peregrinationis tempore
electoꝝ vita perturbef. Uia quippe ē vi
ta preſens qua ad patriam tendimus

Et idcirco hic occulto iudicio frequē
ti perturbatione conterimur. ne viam
pro patria diligamus. ſolent eñi non
nulli viatores cū amena fortaſſe prata
in itinere ꝯſpiciunt ⁊ ꝑgendi moras
innectere ⁊ accepti itineris rectitudi/
nem declinare. eorūq̃ greſſus tardat
pulcritudo itineris. dum delectat ele/
ctis ſuis ad ſe ꝑgentibꝰ dñs huius mū
di iter aſperum facit. ne dū etiã quiſq̃
vite pñtis requie quaſi vie amenitate
paſcit̃. magis eum diu ꝑegrinare quã
citius ꝑuenire delectet. ne dū oblecta/
tur in via. obliuiſcat̃ qđ deſiderabat in
patria. q2 ergo in hac vita omnis no/
ſtra quam forte ꝑauimus requies per/
turbat̃ recte dicit̃. Increpat quoq̃ ꝑ
dolorem in lectulo id eſt in preſentis
vite requie vel temptatōnis nos ſtimu
lis vel flagellis afflictione conturbat.
naꝫ ſepe humanus animus quamlibet
breui tempore ſine temptatione in bo/
nis ſtudijs fuerit. mox de eiſdem ſtudi
is in quibꝰ quieſcendo ſe extollit. de ip
ſis virtutibꝰ quibꝰ multiplicari nitit̃
dum perficere ſe ſentit elabitur. Unde
pio rectoris noſtri moderamine ĩpul/
ſu temptationis afficit̃. vt in eo ipſo
profectus ſui elatio comprimat̃. qua/
propter poſtq̃ dixit increpat quoq̃ ꝑ
dolorem in lectulo aperte ſubiungit ⁊
omnia oſſa eius marceſſere facit. Oſ/
ſa in ſacra ſcriptura v̓tutes accipimuſ
ſicut ſcriptum eſt. Dominus cuſtodit
omnia oſſa eorum. vnum ex his nō cō
teret̃. quod vtiq̃ non de oſſibꝰ corpo/
ris ſed de viribꝰ vꝫ mentis. Cuꝫ ergo
increpat ꝑ dolorem in lectulo. omnia
oſſa facit marceſſere. q2 cuꝫ ea requie.
quam nobis ab hoc ſeculo preparamus
flagello temptationis afficimur. quia
fortaſſe de virtutibꝰ noſtris inflari po
tuimus. cognito infirmitatis noſtre te
dio extenuamur. cū eñi ſicut cupimus
ad deum ꝓficimus ſi ꝓfectum noſtruꝫ
nulla temptatio pulſaret. alicuius for
titudinis nos eſſe crederemus. Sed
q2 nobiſcū ſuperna diſpenſatione agi
tur vt infirmitatis noſtre q2 proficien/
tes obliuiſcimur temptari recolamus
⁊ in ꝓfectu noſtro quid in diuino mu
nere ⁊ in temptatione cognoſcimus
quid de ꝓprijs viribꝰ ꝓſumamus. que
nos ꝓfecto temptatio ad plenuꝫ cape
ret. niſi protectio ſuperna ſeruaret. ſed
pulſat nec frangit. ĩpellit nec mouet.
quatit. nec deijcit. vt de infirmitate ſe
ciamus eē qđ quatimur. ⁊ diuino mu
nere eſſe ꝙ ſtamus. Hec grego. Ergo
impoſſibile eſt hominē in hac vita non
temptari. ideo omnes tam iuſti q̃ pec
catores quotidie orant dicētes. Et ne
nos inducas in temptationem. nō eñi
eſt oranduꝫ vt non temptemꝰ ſed ne in
temptationē inducamur. hoc eſt tem/
ptationi ꝯſentiamus. qđ beda etiã in
quadam omelia tãgit ſic dicens Im/
poſſibile eſt hoiem q̃diu in hac vita fu
erit non temptari. vnde oēs tam iuſti
q̃ peccatores quotidie in orōne dicūt
ne nos inducas in temptationē. Non
ergo ꝓcipit dñs orandū vt non tēpte
mur. ſꝫ ne in temptationē inducamur.

Aliud ē eñi tēptari ⁊ aliud eſt in
temptationē induci. temptat̃ quilibet
qñ vel aĩa vel corpore in delectationeꝫ
alicuius vitij titillat̃. inducit̃ vero in
temptationē ſi ſue delectatiōi cepit cō
ꝯſentire. hec beda Conſiderans beatus
iob ꝙ ꝓpter lapſum primi hoīs huma
nū genus tot miſerias tēptationuꝫ in
hoc mūdo ſuſtinet. iſtam vitã totã eſſe
temptationē ſic denominat dicēs. Mi
litia eſt vita hoīs ſuꝑ terrã. qđ beatus
greg. viij. moral. exponēs ſic ait. Hoc
in loco tranſlatione veteri nequaq̃ mi
litia vita hominis. ſed temptatio voca
tur. Temptatio itaq̃ ipſa militia eſt q2

dum ɔtra malignoꝝ ſpūum inſidias
vigilat. in belloꝝ ꝓcinctu ꝓculdubio
exudat. Notandū vero ꝙ hec eadē vi
ta hominis nō temptatōem habere dr̄.
ſed ipſa temptatō eſſe perhibeť. Spon
te quippe a ſtatu ɔdictionis lapſa ⁊ cor
ruptionis ſue putredine ſubdita. dum
ſibi ex ſemetipſa moleſtias gignit hoc
eſt iam facta qd̄ tolerat. q2 enim ſtatuꝫ
mentis incliťa deſeruit. quid in ſe ni
ſi motum varietatis vnde nunc ⁊ ſi ad
ſumma appetenda ſe erigit mutabili-
tatis lubrice impulſu ꝓtinus a ſemet-
ipſa cadit. vult in ɔtemplatōe ſtare ſꝫ
non valet. cogitationis greſſum figere
nititʳ ſed infirmitatis ſue lapſibꝫ ener-
vatʳ. que nimiꝝ mutabilitatis ſue one-
ra q2 volens expetijt nolens portat. qui
etus homo carnē poſſidere potuit ſi be
ne ab autore ɔditus poſſidere voluiſſꝫ
cū ſe ɔtra ɔditorem erigere ſtuduit. in
ſemetipſo ꝓtinus carnis ɔtumeliā in
venit. Sed q2 cum culpa ſimul ab ori
gine etiam pena ꝓpagatʳ inſerta infir-
mitatis vitio naſcimur ⁊ quaſi nobiſ-
cū hoſtem ducimus quē cum labore ſu
peramus. Sic itaqꝫ humana vita tēp
tatio eſt. vt ⁊ ſua ab iniquitatis perpe-
tratōe ɔpeſciť. in ipſis tn̄ bonis operi
bus modo maloꝝ memoria. mō ſedu-
ctionis caligine. modo intentionis ſue
interruptione fuſceť. Alius namqꝫ a
luxuria carnem refrenat ſed tn̄ adhuc
luxurie fantaſmata tolerat. q2 que vo-
lens fecit. hoꝝ invitus meminit. ⁊ pe-
nam ſuſtinet quam voluptatē putabat.
Quia vero ad devictā culpam retrahi
metuit. ventrem abſtinentie rigore re
ſtringit. vultuſqꝫ ex abſtinentia palleſ
cit. cumqꝫ in facie pallor aſpiciť reve-
rēda ab hominibꝫ vita laudať. morqꝫ
inanis gloria ad abſtinentis animū cū
verbis favoris quam cōcuſſam mens
dum ſubigere non valet. eum per queꝫ
venerat tergere a facie pallorē querit.
ſicqꝫ fit vt infirmitatis nexibꝫ ligata.
ad pallorē abſtinentie fugiens iterū ꝑ
alimēta ſubdi luxurie metuat. aut im-
pulſum luxurie per abſtinentiam ſupe
rans pallorem ſuū inani glorie milita
re pertimeſcat. Alius lapſus ſupbie to
to iam deſiderio ſupans ſtatum humi
litatis apprehendit cumqꝫ ſupbientes
quoſdā vſqꝫ ad oppreſſiones innocen
tium erumpe ɔſpicit. zeli excitatione
ſuccenſus poſtponere aliquotiens co-
giť qd̄ decrevit vim rectitudinis ſꝫ au
toritate ɔtradicit. vnde plerumqꝫ fit.
vt aut humilitatis ſtudio zelum recti
tudinis deſerit aut rurſum zelo rectitu
dinis turbet humilitatis ſtudiuꝫ quod
tenebat. Cumqꝫ ſervari ſimul ⁊ zeli au
toritas ⁊ ꝓpoſita humilitas nō poſſit.
ſibimetipſi hō ex ꝑturbatōe incognit⁹
reddiť ita vt vehementť ambiat. ne apd̄
ſeductū animū aut ſupbia ſe autorita-
ti zeli inſinuet. aut torpor pavidus hu
militatem fingat. Alius amore ɔdito-
ris excitatus a terrenis cogitationibꝫ
mentem curat aſſidua oratione ſuſpen
dere. atqꝫ hanc in ſecreta quietis inti-
me ſecuritate collocare. ſed in ipſo o-
rationis ſue aſcenſu dum elevari ab in
timis nititʳ inferioꝝ fantaſmata rever
beranť. atqꝫ ad intuendam lucem mē
tis oculus tendiť. ſed ex corporeo viſu
ſurgentibꝫ terrenarum rerum ymagi-
nationibus obſcuratur. Unde fit ple-
rumqꝫ vt intendentis animus ipa ſua
infirmitate fatigatus aut orationeꝫ de
ſerens torpeat deſidia. aut ſi diu in ora
tione mā ſerit. ante eius oculos occul
tarum ymaginum caligo deſeneſcat.
Bene autē dicitur. Temptatio eſt vi
ta hominis ſuper terrā. quando quoqꝫ
ibi reatum deſcenſionis invenit. vbi ſe
profectum comprehendere aſcēſionis
putavit. Et inde mens ɔfundiť vnde

ſurgere a ↄfuſione nitebat̃. ⁊ ꝑ hoc ad
ſemetipſam diuerberata iam redeat.
ꝑ qđ em̃ ſemetipſam iã collecta ⁊ coad
unata tranſibat. Temptatio ḡ eſt vita
hoĩs ſuꝑ terrã. q² aut aliena vt ṽtutib⁹
ad celeſte p̃miũ ↄſurgere nõ valet. aut
ditata donis ſpũalib⁹ aliqñ in deteriuſ
ex occaſione ṽtutũ ruit. hec greg. T
De eodẽ etiã ꝑ quendam dr̃. Nullus
gradus pfectõis quantũcũq; excellẽs
in tota vita pñti ⁊ quolibet tp̃e vel pte
ipſius pt̃ eſſe ſine tẽptatione ⁊ tribula-
tiõe. q² nihil niſi tẽptatio eſt vita hoĩs
ſuꝑ terrã. vñ dr̃ iob Militia ẽ vita ho
minis ſuꝑ terrã ꝑ quã. ſ. militiam pug
na ↄtinua inſtaurat̃ cõtra tres hoſtes
viatoris. ſ. carnẽ mundũ ⁊ diabolum.
hec ille. Conſiderantes igit̃ ꝙ non ſit
pax in iſta vita que plena eſt temptati
onib⁹. ↄfugiamus ad creatorez nr̃m ⁊
humiliter poſtulemus ab ipõ auxiliũ.
vt temptatõib⁹ reſiſtere valeamus. ad
qđ hortat̃ beatus bern̄. ſic dicens. Nõ
pt̃ eſſe pax firma ⁊ ſolida niſi in regio-
ne ſua in tot tẽptationib⁹ eſt vita nr̃a
vt non immerito tota ipſa temptatio
debeat appellari. Sed qui ſumus nos
aut que eſt fortitudo noſtra vt tam mul
tis temptationib⁹ reſiſtere valeamus.
cũ temptationis impetuz ſentimus in
cogitatione. ſtatim fugiamus ad ipm̃
⁊ hũiliter poſtulemus auxiliũ nõne co
opat̃ nobis in bonũ illa tẽptatio. Vñ
⁊ hũiliores efficimur ⁊ cautiores. hec
bernardus. Filius.

Cupio informari de vitijs que ſe
palleant ſub ṽtutis ſpecie ac eti-
am de prauis cõſilijs ⁊ laqueis demo
num. quib⁹ ſolent fideles ⁊ criſti mili
tes temptari.

Ca. .V. Pater

Scire debes qđ
triplex ẽ temptatio manifeſta
⁊ impetuoſa ⁊ fraudulenta. Tẽptatio
manifeſta eſt cum quis temptat̃ ꝑ luxu
riam ſupbiã aut auaritiam ⁊ cetera vi
tia que apte ⁊ maĩfeſte mala ſunt. hac
temptatione tẽptant̃ infirmi ac teneri
in quib⁹ nondũ radicatus eſt timor ⁊
in quib⁹ amor ſeculi nõ eſt extinctus
⁊ ideo reaccendit̃ ⁊ ex ↄcupiſcentijs
mundi ſicut candela adhuc fumigãs
cito capit flammam. Temptatio vero
impetuoſa eſt. que quaſi violenter ad
peccandum ſtimulat. ⁊ hec temptatio
ſolet fortiores impetere. vt qui molli
bus non flectunt̃ duris ⁊ robuſtis tem
ptationib⁹ quaſi ventis validis euellã
tur. Temptationes fraudulente ſunt.
que ſub ſpecie boni ſe palliant. ⁊ licet
quoſq; rudes vel ſtultos decipiant. qui
nondũ ↄgnouerũt altitudinẽ ſathane
.i. aſtutias eius. tñ ſingulariter perfe
ctis ⁊ bene pficientib⁹ inſidiant̃. Vñ
dr̃ pſalmiſta. In via hac q̃ ambulabã
abſconderunt. Et beatus paulus. Ipſe
ſathanas tranſfigurat ſe in angelũ lu
cis. Si em̃ in eis ſua figura appareret
que turpis eſt horrerent eum ⁊ fuge-
rent. ſi apte impugnaret eos t eſſicerẽt
ei ⁊ auxilio dei fugarent eum ⁊ vince
rent ⁊ ſic apud eos non pficeret. boni
em̃ qui mũdi ſunt deteſtant̃ immũda
peccata. q² virtuoſi ſunt virtualiter cõ
tra omne malum repugnant. qđ malũ
eſt agnoſcũt. venit ergo angelus ſatha
ne in ſpecie angeli boni quem credit a
bonis diligi vt tanto facilius decipiat
eos quo bonus nuncius putat̃. ⁊ qui
non ſoleat niſi bona nũciare ⁊ ſuadere
Unde dr̃ beatus bernardus Bonus nũ
q; niſi boni ſimilitudine deceptus eſt.
⁊ vt facilius recipiat̃ eius perſuaſio.
primo ſola bona proponit poſtmodũ
mixta malis. tandem falſa bona ſed
vera mala. poſtremo cuz irretierit eos
⁊ illaquiauerit inſolubiliter capit re-

nenatum erigit. ⁊ etiam in aperta pec
cata eos deijcit. ſicut ſcorpius qui blā
dam faciem habet ⁊ caudā venenoſam
cum qua occidit. quanti ſub ſpecie ſpi
ritalis dilectionis femīas ſpūales viſi
tant. ⁊ ꝑ orationum ipſaꝝ obtentu. ec
ce quanta puritas in intentōe prima.
ſcȝ caſtitas ⁊ deuotio. poſtea ſequunt̄
longe ꝯfabulatiōes. modo de deo. mō
de mutuo ipſoꝝ amore ⁊ fide. ⁊ deindē
ſequunt̄ amoroſi aſpectus. Ecce quo
mō mixta ſunt tam bona ſpūalis ꝯſo
lationis ⁊ collocutōnis ⁊ fidelis affe
ctionis cum malis inutilis ꝯſolatōis
⁊ incaute familiaritatis ⁊ inutilis oc
cupationis cordis circa dilectōem. tā
dem ꝯſequunt̄ falſa bona ſed vera ma
la. ſ. amplexus. oſcula ⁊ cetera incon
uenientia que oīa ſuſpecta ſunt. ⁊ car
nalis affectionis indicia. ⁊ turpis ope
ris preludia. X ¶ Et notanduȝ ꝙ
hec affectio carnalis ſiue amor inordi
natus ortum hȝ ex nimia familiarita
te que nunꝙ̄ eſt bona ⁊ ex ſuggeſtioni
bus ⁊ immiſſionibꝫ dyabolicis. ⁊ nō
ſolum ſolet haberi inter religioſam ⁊
religioſam. verumetiam inter feminā
⁊ feminam. maſculum ⁊ maſculuȝ cu
iuſcunꝙ̄ ꝯditionis tam ſecularium ꝑ
ſonaꝝ ꝙ̄ etiam religioſaꝝ perſonarū.
Inter ſeculares ⁊ carnales hic amor
totaliter ē carnalis. nec hȝ aliquid de
ſpūali amore. qui cū preualet ⁊ ei nō
reſiſtit̄. ad magnam immundiciam ⁊
turpitudinē carnis hoīnem pertrahit.
de qua nec loquendū eſt. inter religio
ſos vero hic affectus ſiue amor eſt ſpū
alis. poſtmodū creſcente quadā fami
liaritate ⁊ ſuggeſtione temptatoris ſo
let admiſceri carnali affectiōe. poſtre
mo vero preualente dyabolo ⁊ eius tē
ptatione. ac ꝓpria negligentia. totus
hic amor mutat̄ in carnalem amorem
quia aſtutus diabolus primo occultat
temptatōis laqueum. donec amor cre
ſcat ⁊ tenax fiat. ⁊ ꝗ̄uis corda timen
tium deuȝ huiuſmodi amor carnalis
non obruat. tñ qui hanc paſſionem ſu
ſtinent magna impedimenta in ſpūa
libꝫ exercitijs ⁊ in amore dei patiunt̄.
Et licet homo timorem dei ac ſue ꝯſci
entie pre oculis habens in flagiciū ma
gnum non incidat. tamē magnas mo
leſtias animi ⁊ remorſus quoſdā con
ſcīe ꝓpter talem temptatōnem die no
ctuꝙ̄ in anima tolerat. Unde neceſſe
eſt vt quilibet qui ſe per hunc inordīa
tum amorem pulſari ꝯſiderat anteꝙ̄m
nimis preualeat ⁊ in aliqđ anime peri
culum deducat huic aīe periculoſe tēp
tationi reſiſtat. In hunc etiam moduȝ
ſuperbia ſe ſepe palliat. ſepe auaricia.
inuidia. ⁊ alia vitia que cū non audēt
bonos temptare apte quos ſciunt odi
re omne malū. aliqđ virtutis velamen
aſſumunt ne agnoſcant̄ eſſe qđ tñ ſunt
ſicut qui ſe mentit̄ amicum eſſe donec
doloſe admiſſus interficiat. De his vi
tijs que ſub ſpecie virtutuȝ ſe tegunt ⁊
de remedijs ꝯtra hec vitia videlicet cō
punctione beatus grego. in. iij. mor. ſic
dī. Quiſquis ſubigere vitia appetit. ⁊
ad eterne retributionis culmīa vere in
tentionis greſſibꝫ tendit. quo magis
vallari ſeuitioꝝ bello vndiꝙ̄ ꝯſpicit.
eo ſe virtutum armis robuſtius accin
git. ⁊ tanto minus iacula metuit. quā
to ꝯtra hec vementia fortiter pect⁹ mu
nit. Sed plerumꝙ̄ dum ꝯtra hec tem
ptationū bellum fulciri magnis virtu
tibꝫ nitimur. quedā ſe nobis vitia ſub
ſpecie virtutum tegunt. ⁊ quaſi blāda
ad nos facie veniunt. ſed cuius aduerſi
tates ſint diſcuſſa ſentiunt̄. Unde ⁊ a
mici beati iob quaſi ꝓ conſolatione ve
niunt. ſed in contumelias ꝓrumpunt
quia inſidiantia vitia virtutum facieȝ
aſſumunt. ſed hoſtili inuectione nos

ferīunt.nam ſepe immoderata ira.iu/
ſticia. ⁊ ſepe diſſoluta remiſſio vult mi
ſericordia videri.ſepe incautus timoꝛ
humilitas ſepe effrenata ſupbia.appe/
rit libertas apparere. ſed ſi erumnā no
ſtre captiuitatis agnoſcimus. ſi ex a/
moꝛe patrie in intimis dolemus. vi/
tia que male letis ſubrepunt.bene tri/
ſtibꝫ pꝛeualere non poſſunt Vñ ⁊ bene
ſubdit᷑ de amicis beati iob. Cūqꝫ ele/
uaſſent oculos ſuos ꝓcul nō cognoue/
runt eū Afflictos eī nos vitia minime
cognoſcūt.qꝛ triſte coꝛ mox vt pulſaue
rint reprobata reſiliunt. ⁊ que nos le/
tos quaſi nouerāt.qꝛ penetrabant.me
rentes cognoſcere nequeūt.qꝛ ipſo no
ſtro rigoꝛe frangunt᷑ ſed antiquus ho/
ſtis quo in eis foꝛtiter depꝛehendi ſe cō/
ſpicit.eo illa ſub virtutū ymagīe altius
abſcondit. Vñ ſubdit᷑ Et exclamātes
ploꝛauerūt ſciſſiſqꝫ veſtibꝫ ſparſerunt
puluerem ſup caput ſuū ſederuntqꝫ cū
eo in terra.ſignat᷑ eñi pietas ꝑ ploꝛa/
tum Diſcretio ꝑ ſciſſionem veſtiū.ef/
fectus opeꝝ ꝑ puluerē capitū.humili/
tas ꝑ ſeſſionem. Aliquando eñi pium
quid hoſtis inſidiās ſimulat.vt ad cru
delitatis terminū ꝑducat.ſicut eſt cō/
plecti ꝑ diſciplinam culpam ꝓhibet.
quatenus que hic nō repꝛimit᷑ gehen/
ne igni feriat᷑. Aliqñ diſcretionis ima
ginem oculis obijcit ⁊ ad indiſcretio/
nis laqueos ꝑducit.ſicut eſt cū impul/
ſu eius pꝛo infirmitate nobis plus ali
mentoꝝ q̄ſi diſcrete ꝯcedimus.ſed in
diſcrete ꝯtra nos bella carnis concita/
mus Aliqñ aūt affectū ſimulat bonoꝝ
opeꝝ ſed ꝑ hunc inquietudinem irro/
gat laboꝛuꝫ ſicut eſt cum quis quieſce/
re non valet ⁊ quaſi de ocio iudicari ti
met. Aliquando enim imaginem hu/
militatis oſtentat. vt affectum humi/
litatis ſubtrahat.ſicut eſt cum quoſdā
pluſqꝫ ſunt infirmos atqꝫ inutiles ſibi
metipſis aſſerit vt dū ſe nimis indig/
nos ꝯſiderant.res in quibꝫ ꝓdeſſe ꝓxi
mis poterant miniſtrare ꝑtimeſcant.
ſed hec vitia que ſub virtutibꝫ ſpecie an/
tiquus hoſtis occultat.valde ſubtiliter
manus ꝯpunctōis examinat.qui eñi
veraciter intus dolet. que agenda foꝛ
ris que ve non agenda ſint foꝛtiter pꝛe
uidet.ſi eñi vis ꝯpunctōis in intimis
afficit oīs ſtrepitus pꝛaue ſuggeſtiōis
obmuteſcit. ⁊ ſi coꝛ veraciter dolet.lin
guam contra nos vitia nō habent.hec
greg. A Et notandū ꝙ antiquus
hoſtis tanta ſe arte palliat. vt nōnūqꝫ
ante oculos decepte mentis vitia vir/
tutes fingat.vt exinde quiſqꝫ quaſi ex
pectet ꝓmia. vnde eterna dignus eſt in
uenire toꝛmenta. ⁊ ꝓpter hoc eo tardi/
us mens vitiū deſerit.quanto ꝑ virtu
tis ſpeciem decepta pꝛemioꝝ etiam de
eo retributionē querit. De hoc beatus
grego.xxxij.moꝛal᷑.exponens illud vi
ctū.cartilago illius q̄ſi lamine ferree
ſic ait Qui eñi ꝑ cartilaginē niſi ſimu/
latio oſſis accipit᷑. Cartilago namqꝫ
oſſis oſtendit ſpēm ſed oſſis nō habet
firmitatē. Et ſunt nōnulla vitia que o
ſtendūt in ſe rectitudinis ſpeciem ſed
ex pꝛauitatis ꝓdeunt infirmitate.ho/
ſtis eñi noſtri malicia tanta ſe arte pal
liat. vt plerūqꝫ ante decepte mentis o
culos culpas virtutes fingat. vt inde
quiſqꝫ quaſi expectet pꝛemia. vnde eter
na dignus eſt inuenire toꝛmenta. Ple
rūqꝫ in vlciſcendis vitijs crudelitas
agit᷑. ⁊ iuſticia putat᷑. atqꝫ immodera
ta ira iuſti zeli meritū credit᷑ ⁊ cū a di
ſtoꝛtis moꝛibꝫ peccantes dirigi caute
debeant. violenta inflixione frangun/
tur. Plerūqꝫ diſſoluta remiſſio quaſi
māſuetudo ac pietas habet᷑ ⁊ dū plus
q̄ꝫ decet delinquentibꝫ equaliter parcit᷑
ad eterna ſupplicia crudeliter reſeruā
tur. Nonnunqꝫ effuſio mīa creditur ⁊

dum male ſeruare culpa penis ſpargi
qđ acceptum eſt non timet᷑. Aliqñ ti-
mor incompetẽs humilitas credit᷑. cũ
tpali formidĩe preſſus quiſq; a defen-
ſione veritatis tacet. arbitrat᷑ ꝙ iuxta
dei ordinem humilem ſe potioribꝫ ex
hibet. Aliqñ vocis ſuperbia vera viri li
bertas eſtimat᷑. ⁊ cum per elatõem veri
tati ꝯtradicit᷑ ꝓcacitas veritatis defẽ-
ſio putat᷑. ſepe ad ea que agenda ſunt
icauta precipitatio laudãdi feruor ſtu
dij credit᷑. ⁊ cum deſideratũ bonuꝫ in
tempeſtiua actõe corrumpitur. eo agi
melius quo celerius eſtimat᷑. ſepe ac-
celerãdi boni tarditas ꝯſilium putat᷑
⁊ cum expectat᷑ vt ꝑ extractione ꝑfici
at. hoc inſidians mora ſupplantat. igit᷑
cum culpa velut virtus aſpicit᷑ neceſſa
rio penſandũ eſt. qꝛ tãto tardius mẽs
vitium ſuum deſerit. quãto ꝓ virtutis
ſpeciem decepta premiorꝫ etiam de eo
retributõem querit. facile autẽ culpa
corrigit᷑. que ⁊ erubeſcit᷑. qꝛ eſſe culpa
ſentit᷑. qꝛ itaq; error cum virtus credi
tur difficilius emendat᷑. recte dr̃. carti
lago illius quaſi lamine ferree. Behe-
moth eĩ iſte quo ſub pretextu boni cal
liditatẽ ſuã fraudulentius exhibet. vt
eo in culpa mentẽ durius tenet. Hinc
eſt ꝙ nõnunq; hi qui quaſi viã ſancti-
tatis appetunt. in errorẽ lapſi tardius
emendant᷑. Rectũ quippe eſtimãt eſſe
qđ agunt. qꝛ ſicut excolende virtuti ſic
vitio perſeuerantiã iniungũt. rectum
eſtimant eſſe qđ agunt. ⁊ idcirco iudi
cio ſuo enixius ſeruiũt. hec greg. B
Notandũ etiam ꝙ ſunt diuerſe tẽ-
ptatões ⁊ laquei dyaboli ac ꝑplexita
tes vt pleroſq; ita peccare faciant vt ſi
fortaſſe pctm̃ fugere appetant. non ta-
mẽ ſine aliquo peccati laqueo euadãt.
nec etiã valeant ab vno vitio ſolui. niſi
ꝯſentiant in aliquo ligari. Sed cũ a-
liquis ſic circũdatus laqueis dyaboli

fuerit. vt nequaq; ſine peccato tranſi-
re ⁊ euadere eius retia poſſit. ibi viam
euadendi querere ſtudeat. vbi minus
periculũ anime eſſe ꝯſpexerit. De iſtis
ꝑplexis temptationibꝫ dyaboli btũs
greg. xxj. mora. tractans illud. Nerui
teſticulorũ eius perplexi ſunt. ſic ait.
Nerui teſticulorꝫ eius perplexi ſunt pe
ſtifera argumẽta machinationũ eius.
Per ipſa quippe calliditatis ſue vires
erigit. ⁊ fluxa mortaliũ corda corrum
pit. Teſticuli eius ſunt ſuggeſtiones ꝑ
ue. quibꝫ in mentis corruptõe ferueſ-
cit. atq; in ꝯſtuprata anima iniqui ope
ris ꝓlem gignit. ſed horꝫ teſticulorum
nerui ꝑplexi ſunt. qꝛ ſuggeſtionũ eiuſ
argumenta implicatis inuentõnibus
alligant᷑. vt pleroſq; peccare faciant.
quatenus ſi fortaſſe pctm̃ fugere cupi
ant. hoc ſine aliquo laqueo peccati nõ
euadant. ⁊ culpã faciunt dũ vitant ac
nequaq; ſe ab vna valeant ſoluere. niſi
cõſentiant in aliã ligari. Qđ melius
oſtendimus ſi qua ex ꝯuerſatiõe hoĩm
allegatõis huius exempla ꝓferamus.
Ecce enim quidã duꝫ mundi amicici-
as appetit. cuilibet alteri ſimilẽ ſibi vi-
tam ducenti. ꝙ ſecreta illius oĩ ſilẽtio
ꝯtegat iureiurando ſe aſtringit. ſed is
cui iuratũ eſt adulteriũ ꝑpetraſſe cog-
noſcit᷑. ita vt etiã maritũ adultere oc-
cidere conet᷑. is aũt qui iuſiurandum
prebuit ad mentẽ reuertit᷑. ⁊ diuerſis
hincinde cogitationibꝫ impugnat᷑. at
q; hoc ſilere formidat. ne ſilendo adul-
terij ſimul ⁊ homicidij pꝛiceps fiat ⁊ ꝓ
dere trepidat. ne reatus ſe periurij ob-
ſtringat. perplexis ergo teſticulorꝫ ner
uis ligatus eſt. qui in quãlibet partem
declinet metuit. ne a trãſgreſſionis cõ
tagio liber non ſit. Alius cuncta q̃ mũ
di ſunt derelinquens. ac per omnia frã
gere voluntates ꝓprias querens. alie-
no ſe ſubdere regimini appetit. ſed euꝫ

qui ſibi apud deum preeſſe debeat mi-
nus caute inquiſitõe diſcernit. cui for
taſſe is qui ſine iudicio eligit̃ cuꝫ p̃eſſe
iam ceperit. agi que dei ſunt prohibet
que mũdi ſunt iubet. penſans atqꝫ ſub
ditus vel qualis ſit culpa inobiẽ vel qđ
ꝯtagiũ ſecularis vite ⁊ obedire formi-
dat. ne aut obediens in ſuis p̃ceptis de
ferat aut inobediens deũ in electo p̃la-
to ꝯtemnat. ⁊ aut illicitis obtemꝑans
hoc qđ ꝓ dõ appetijt ꝯ deũ exerceat. aut
rurſum nõ obtemꝑans eũ quẽ ſuũ iudi
cẽ queſierat iudicio ſuo ſupponat. Ap-
te ergo iſte ꝑ indiſcretionis ſue iudici
um perplexis teſticuloꝝ neruis aſtrin-
git̃. qꝛ aut obtemꝑans aut nõ obtem-
perans in culpa tranſgreſſionis ligat̃.
qꝛ ꝰg behemoth iſte ita inexplicabilibꝰ
nodis ligat vt plerũqꝫ mens in dubio
obducta. vnde ſe a culpa ſoluere nitit̃
inde in culpa artius aſtringat̃ recte dꝛ
Nerui teſticuloꝝ eiꝰ ꝑplexi ſunt Ar-
gumenta nãqꝫ machinationuꝫ illius
quaſi quo laxant̃ vt relinquãt. eo ma-
gis implicant̃ vt teneant Eſt tñ qđ ad
deſtruendas eius ꝟſucias vtiliter fiat.
vt cũ mẽs inter minora ⁊ maxima pec
cata ꝯſtringit̃ ſi oĩno nullus ſine pctõ
euadendi aditus patet. minora ſemꝑ
eligant̃ qꝛ ⁊ qui muroꝝ ambitu vndi-
qꝫ ne fugiat claudit̃ ibi ſe in fugam p̃-
cipitet. vbi breuior murus inuenitur.
Unde cũ in dubijs reſtringimur vtili-
ter minimis ſubdamur. ne in magnis
ſine venia peccemus. itaqꝫ plerũqꝫ ner
uoꝝ behemoth iſtius perplexitas ſoluit̃
dum ad ꝟtutes maximas ꝑ ꝯmiſſa mi
nora tranſitur. hec greg. ¶ Sed
⁊ hoc ꝯſiderandũ ꝙ ſunt diuerſa ꝯci-
lia praua demonũ. ꝑ que ſolent nõnũ
qꝫ corda decipere ⁊ ad culpam ptrahe-
re. ⁊ quos non poſſunt ꝑ vitia apta tẽ-
ptando ſuꝑare. hos querunt per praua
ꝯſilia ſupplantare De hoc itēꝝ beatus
gregorius. xxxij. moral̃. exponẽs illud
Oſſa behemoth ſic ut fiſtule eris ſic loq̃
tur dicẽs. quid ꝑ oſſa iſtius behemoth
niſi ꝯſilia praua deſignant̃. nã ſicut in
oſſibꝰ poſitio roburqꝫ corꝑis ſubſiſtit.
itaqꝫ in fraudulẽtis ꝯſilijs tota ſe eius
malicia erigit. neqꝫ eñi vi quẽpiaꝫ p̃e
mit. ſed ad calliditatem peſtifere ꝑſua
ſionis illicit. in hoc vero eius teſticuli
ab oſſibꝰ ⁊ ſuggeſtiones a ꝯſilijs diſtãt
ꝙ ꝑ illas aꝑte noxia ingerit. ꝑ hec aũt
quaſi ex bono ꝯſulens ad culpam tra-
hit. per illas pugnando ſuꝑat. ꝑ hec ve
lut ꝯſulendo ſupplantat. iſta ꝟo aſtuta
eius ꝯſilia dũ quaſi blanda ꝓmiſſiõe
ꝯſulunt. cor a forti intentione auertũt
⁊ dũ dulcia reſonant. ad noxia incli-
nant. hoc eñi behemoth iſte magno ope
ad exequendam deceptioneꝫ ſatagit.
vt dum ꝑuerſitatis ſue ꝯſiliũ quaſi vti
le oſtendit ſuauiter valeat qđ dr̃ qua-
tenus ⁊ oſtenſa vtilitate mentẽ mulce
at. ⁊ abſconſa iniquitate corrumpat.
que apertius in cunctis oſtendimus
ſi pauca breuiter conſiliorum eius ar-
gumenta pandamus. Ecce eñi quidã
rebꝰ ꝓprijs contentus decreuit nullis
occupationibꝰ mundi huius implica
ri. valde formidans quietis ſue cõmo
da perdere. ⁊ valde deſpiciens cũ pec
catis lucra cumulare. Ad hũc hoſtis cal
lidus veniens vt intentionem bone de
uotionis ſubruat quaſi vtilitatis con-
ſilium ſubminiſtrat dicens Ecce quidẽ
que ſunt in preſenti ſufficiunt ſed his
deficientibus quid acturus es ſi etiam
poſt hec nulla prouident̃ an nõ ⁊ terre
na actio poteſt peragi ⁊ tamen in actio
ne culpa declinari. hec interim blandi
ens inſinuat ⁊ ſeorſum iam in negotiõ
terreno quos p̃uidet peccati laqueos
occultat. Illius decreuit ꝯmoda terre-
na non ſolum non querere ſed etiam
cũctis q̃ poſſidet renũciare. vt in diſci

plinatu celeſtis magiſterij tanto ſe libe
rius exerceat. quanto ⁊ expeditior red
ditus ea que poſſidentem premere po
terāt deſerens calcat. huius cor hoſtis
inſidians occulta ſuggeſtione alloqui
tur ita dicens. Unde tante hec temeri
tatis ſurrexit audacia. vt credere aude
as ꝙ ad omnia relinquenda ſubſiſtas
Aliter te creator ꝯdidit. atq; aliter tu
ipſe diſponis. an non pleriq; ⁊ terrēa
patrimonia nequaq̄ deſerant. ⁊ tamē
ex his per miſcdie opa ſuperne ſortis
bona eterna mereant̄. hec blandiens
ſuggerit. ſeorſum vero in eiſdem rebꝫ
quos retinere ammonet. aū retinētis
oculos delectatōnes peſtiferas decipi-
ens apponit. quatenus ſeductū cor ad
blanda exteriora pertrahat. ⁊ intima
perfectōnis vota peruertat. Oſſa itaq;
eius ſicut fiſtule eris ſunt. quia doloſa
eius ꝯſiderans dum blandum de exte
rioribꝫ ſonum reddunt. ꝑniciosum di
ſpendium de interioribꝫ ingerunt Ali
us relictis omnibꝫ que exterius poſſe-
derat. vt ordinē ſublimioris diſcipu
latus apprehendat. etiam intimas frā
gere voluntates parat. vt alterius ſe re
ctoris voluntatibꝫ ſubdet. non ſolum
prauis deſiderijs ſed ad ꝑfectōnis cu-
mulū etiam in bonis votis ſibimet re-
nunciet ⁊ cuncta que ſibi agenda ſunt
ex alieno arbitrio obſeruet. Hunc ho-
ſtis callidus tanto mollius alloquitur
quanto ab excellētiori loco deijcere ar
dentius conat̄ morq; virulenta ſugge
ſtione blandiens dicit. O quanta per
temetipſum miranda agere poteris ſi
nequaq̄ te alteri' iudicio ſubdis. cur
ꝑfectum tuum ſub ſtudio melioratio
nis imminuis. cur intentionis tue bo
num dum vltra q̄ neceſſe eſt extende-
re niteris frangere. que enim dū volun
tate ꝓpria vſus es peruerſa perpetraſti.
qui ergo tibi plene ad viuendum bene

ſufficis. alium ſuper te iudicem cur re
quiris. Hec blandiens intimat. ſeor-
ſum vero in voluntate eius ꝓprijs exer-
cende ſuperbie cauſas parat. ⁊ dū lau
dat corde inteſtina rectitudine inueſti
gat callide vbi ſubruat in prauitate. A
lius fractis pene voluntatibꝫ ſuis. mul
ta iam vetuſti hominis vitia ⁊ immu-
tatione ⁊ lamentatōe penitentie exte-
rit ⁊ tanto maiore zelo ꝯtra aliena pec
cata accendit̄ quanto ſibimetipſi fun-
ditus mortuus. iniquitatibꝫ ꝓprijs nō
tenetur. Hunc hoſtis callidus quia ze
lo iuſticie eam ceteris ꝓdeſſe cogno-
ſcit. quaſi ſub ſpecie ꝯſulentibꝫ verbis
appetit dicens. quid te ad aliena curā
da dilatas. vtinam tua ꝯſiderare ꝯua
leſcas. an non perpendis quia cuꝫ ad
aliena extenderis. erga ea curanda q̄
tua ſunt minor memineris. ⁊ quid ꝓ-
deſt alieni vulneris cruorem tergere ⁊
putredinem ꝓprie negligentie dilata-
re. hec quaſi dum ꝯſulens dicit zelū ca
ritatis adimit. ⁊ omne bonum qđ ꝓ-
dire ex caritate poterat gladio ſubitro
ducti torporis extinguit̄. ſi enim ꝓxi-
mos diligere ſicut nos ipſos precipimꝰ
dignum eſt vt ſic eoꝝ zelo ꝯtra vitia ſi-
cut noſtro flagremus. Quia ergo duꝫ
ſuauiter ꝯſulit. mentem ab intentione
ꝓpria alienam reddit. recte dr. Oſſa
eius ſicut fiſtule eris. Quia enim per
fraudulenta conſilia audientis animo
blandum ſonat. quaſi cum fiſtula eris
cantat. vt vnde mulcet inde decipiat.
hec gregorius.

Filius.

Cupio informari que ſint acrio-
res aut validiores temptatōnes
quas ſuſtinent religioſi ⁊ alij chriſtifi-
deles. ⁊ quomodo ſit illis reſiſtenduꝫ
de his mihi aliquid rogo explanari.

Caplm .VI. Pater D

SCire debes qđ acerbiſſime temptationes ⁊ magis periculoſe iſte ſunt. videlicet. heſitatio in fide catholica. deſpatio de dei miſericordia. ⁊ ſpiritus blaſphemie contra deū ⁊ ſanctos eius. ac temptatio ſibimetipſi inijciendi manus ⁊ perimendi. ⁊ quedā perplexitas que ruloſe conſcientie medicinale conſilium non admittentis. Iſtas temptationes maxime viri religioſi ⁊ timētes deū ſuſtinere ſolent. qꝛ malignus ſpiritus cuꝫ non pt ꝑ carnalia vitia hoīem religioſum decipere. ꝑ tēptatōnes ſpirituales ⁊ intricatas querit ⁊ conat̄ ꝑuertere. temptatio aūt in fide catholica ſolet diuerſimode euenire. viꝫ cum aliquis dubitat de trinitate ꝑſonarū ⁊ de vnitate diuine eēntie vel de incarnatione xp̄i. vel de ſacro corporis ⁊ ſanguinis xp̄i. ⁊ multis alijs q̄ tenet fides catholica ⁊ ad que xp̄ifideles fidē tenētur adhibere. E Itē deſperatio de mīa dei ſolet euenire ꝓpter multitudinem criminuꝫ ꝯmiſſoꝝ. qñ aliquis timet ſibi ꝓpi ꝑ exceſſibꝫ ſuis etiam exiſtens in ſtatu pñie ſibi denegari mīam diuinam. Itē ſpūs blaſphemie eſt cuꝫ aliquis cogitat indigna ⁊ indecencia de deo vel ꝯtra deum et ſanctos eius ⁊ ſimilia. que redolent blaſphemiā Iteꝫ temptatio ſe perimendi orit̄ ex deſperatione. ſicut legimus de iuda qui laqueo ſe ſuſpendit Item perplexitas q̄ruloſe ꝯſcīe medicinale conſilium nō admittentis eſt. quando aliquis format ſibi ꝯſcientiā de aliquo facto vbi peccatum non eſt. vel cum aliquis ſepius confitetur peccata ſua ⁊ tamen non poteſt quieſcere in ꝯſcientia ſua ꝗuis frequentius iteret illa. eo ꝙ ſemꝑ quēdam remorſum conſcientie ⁊ perplexitatem in corde ſuo ſentiat Qui igit̄ talia patit̄ ⁊ in quo huiuſmodi temptatio preualet magnam iuſticiam animi etiam longo tempore ⁊ pluribꝫ annis intra ſeipſum ſuſtinet. hec ⁊ alia plurima ſimilia que perplexa ſunt cum preualent generant conſcientiam erroneam in tantum. ꝙ homo obꝛuptus his perplexitatibꝫ etiam cōſilium ſalubre quod ei ab alijs offert̄ ſuſcipere non valet F Contra premiſſas aūt temptationes ⁊ ꝑplexitates iſta maxime valent remedia Primum conſolent̄ ⁊ non timeant illas temptationes qui ſuſtinent eas. quia magis ad meritū proficient patienti q̄ȝ ad detrimentū dum non ꝯſentit̄. Secundum ꝙ patienter tolerent. ſicut ſi ſathanas aliquē viſibiliter vel ſenſibiliter tribularet. Tercium ꝙ non curent̄ nec rationando eis reſiſtat̄ quia ex hoc magis quaſi confricate inflammat̄ ſed ad alia tractanda homo ſe cōuertat. quibꝫ abſtractus a ſe obliuiſcat̄ paſſionis ſue. ſicut corporali paſſione laborans. ſi habet quo occupatus obliuiſcat̄ ſui leuius interim torquetur. Quartum vt orationibꝫ ſuis ⁊ aliorum bonoruꝫ hominū miſericordie diuine imploret remedium ⁊ auxilium. De iſtis temptationibꝫ periculoſis ⁊ remedijs ac fructu ſuſtinentibꝫ illas beatus gregorius ſic di. Temptatio ꝯtra fidem ⁊ ſpūs blaſphemie ⁊ cōſimiles nec fugere poſſumus nec repugnando vincere. quia quanto plus indignamur nobiſmetipſis ⁊ diſputamus cum ipſis. tanto plus earuꝫ rabies non curande ſunt nec timende dummodo non ꝯſentiat̄ eis ⁊ patienter earum infeſtatio quaſi quoddā diabolicum ſuſurrium ſupportet̄. quod aliter compeſci non poteſt. non enī ſolent bonis piculoſe temptationes nocere ſed ſunt ſepe preſagia future gratie ⁊ amplioris conſolationis ⁊ vitio-

rum purgatrices ⁊ maioris meriti co operatrices. diuine vero caſtigatões humilr ⁊ patienter ſunt tolerande. ⁊ eis eſt deuote obtẽperandum. vt ⁊ fortes ſimus in fide ⁊ a mandatis dñi nunq̈ʒ declinemus. ⁊ dñs permittit hoĩem tẽptari vt cognoſcat homo fragilitatẽ ſuã. De hoc dr̃ maximus ſic. Qñ inci pit mens in caritate dei ꝓficere tunc ⁊ demon blaſphemie incipit eã temptare. ⁊ hmõi cogitatões ei ſubmittit. q̈s les hoĩm quidem nullus. ſolus autem hmõi pater dyabolus adinuenit. hoc vero facit inuidens deũ amanti. vt in deſperatõem veniẽs. vtpote q2 talia co gitauit non amplius audeat per ↄſue tam orõem ad eam reuolare. nihil aũt hinc ꝓficui ſequit̃ predo ad ꝓpriam in tentõem. ſed ⁊ potius certiores nos ꝑ ficit. cũ eñi pugnamus ⁊ impugnañ. ꝓbabiliores ac precordialiores in ca ritate dei inueniemur. ¶ De cõ ſcia vero erronea in quadã ſumma ꝑ modũ queſtionis ſic dr̃. Utrũ ↄſcientia erronea obliget hoĩem ad faciendũ vel obmittendũ id qđ ↄſciẽtia dictat. Di cendũ ꝙ ſic. q2 credẽs ſe ad aliquid te neri ⁊ non faciens incurrit ↄtemptuʒ Unde ad Roma. xiiij. Omne qđ non eſt ex fide peccatũ eſt. Glo. Omne qđ fit ↄtra ↄſcientiã edificat ad gehennã ¶ Manente aũt ↄſcientia erronea homo ꝑplexus eſt. non tñ ſimplr̃ perplexus. q2 ꝑt ⁊ debet deponere talem ↄſcientiã. vel ꝑ ſe vel per alterius ↄſiliũ. hec in ſũ ma. Sed ſunt nonnulli qui cũ patiun tur iſtas ꝑiculoſas ⁊ ꝑplexas tẽptati ones in magnã turbulentiã ⁊ triſticiã mentis ꝓpter hmõi temptamenta in cidunt. ⁊ in cunctis operibꝫ etiam bo nis q̃ faciunt cor merens ⁊ amaricatũ hñt. ⁊ per ↄſeqñs magna impedimen ta ex hoc in ſuis orõnibꝫ ⁊ ſpũali exer citio ſuſtinẽt. nec etiã valent in tali ꝑ plexitate ⁊ merore poſiti a ſuis confra tribꝫ aut ſenioribꝫ ſanũ ↄſiliũ ſuſcipe. vt ↄſolent̃. ſed rñderi ſibi diuinitus ſup ſuis paſſionibꝫ ⁊ temptationibꝫ quas ſuſtinent ↄcupiſcunt vt inde ↄſolatõꝫ accipiant. Sed omnipotens deus nõ ſolet rñdere vocibꝫ ⁊ orõnibꝫ ſingulorꝫ ad ſe in ſuis tribulationibꝫ ⁊ anxieta tibꝫ clamantiũ. ſed edidit tale eloqui um videliʒ ſacram ſcripturã ⁊ exẽpla precedentiũ patrꝫ per qđ ſingulis ſatiſ faciat etiã in quacunq̈ʒ tribulatõe aut temptatõe ↄſiſtant. Unde apoſtolus. Quecunq̈ʒ ſcripta ſunt ad noſtram do ctrinam ſcripta ſunt. vt per patiam et ↄſciam ſcripturarꝫ ſpem habeamus. ¶ Beatus etiã grego. xxxiij. mora. exponens illud. Semel loquit̃ deus ⁊ ſecundo idipſum non repetit de hoc ſic ait. ac ſi dicat. Deus in ſingulorꝫ cor dibꝫ priuatis vocibꝫ non rñdet. Sed tale eloquium ↄſtruit per qđ cunctorꝫ queſtionibꝫ ſatiſfaciat. In ſcripturis quippe eius eloquij cauſas noſtras ſin guli ſi requirimus inuenimus. nec eſt opus vt in eo qđ ſpecialiter quiſq̈ʒ to lerat rñderi ſibi diuĩa voce ſpecialiter querat. ibi eniʒ nobis omnibꝫ in eo ꝙ ſpecialiter patimur ↄmuñiter reſponde tur. vbi vita precedentiũ ſit forma ſe quentium. vt enim vnũ eſt pluribꝫ ꝓfe ramus. ecce dũ paſſiõe aliqua vel mo leſtia carnis afficimur. ſcire fortaſſis occultas cauſas paſſionis eiuſdem vel moleſtie optamus. quatenus in eo qđ patimur ex ipſa rerꝫ cognitione ↄſole mur. ſed q2 de ſpecialibꝫ noſtris temp tationibꝫ nequaq̈ʒ nobis ſingulis ſpe cialiter rñdetur ad ſacram ſcripturaʒ recurrimus. vbi videlicet inuenimus ꝙ paulus carnis infirmitate perficit̃. ꝙ idcirco illa infirmitate temptatus audiuit. ſufficit tibi gratia mea. nã vir tus in infirmitate perficit̃. qđ ꝓpterea

dictum eſt ne ſigillatim nobis omni-
bus diceref. in ſcriptura ergo ſacra vo
ce dei afflicto paulo audiuimus. ne cū
fortaſſe affligimur ſinguli audire eam
priuatā ꝯſolationē querimus. non er-
go dn̄s ad oīa nobis reſpondet. qꝛ ſe-
mel loquif ⁊ ſecūdo idipſum nō repe-
tit. i. in his que per ſcripturam ſacraꝫ
ad patres ꝓtulit nos erudire procura
uit. Diſcant igif ſancti doctores eccīe
dum intra eam laborare quoſdā puſil
lanimitate ꝯſpiciūt. qꝛ deus nobis ad
verba omnia non reſpondet. qꝛ ſemel
loquif deus ⁊ idipſum ſecūdo nō repe
tit. i. cogitationibꝫ vel temptationibꝫ
ſingulorꝫ non iam paſſim ꝑ ꝓplextaruꝫ
voces nec per angelica officia ſatiſfaci
at. qꝛ ſcriptura ſacra quicquid poteſt
ſingulis euenire ꝯprehendit. ⁊ in illa
ꝑ exempla precedentiū etiam vitā ſe-
quentiū informare curauit. hec grego.

I Si vō aliquis in ſuis ꝑplexis
temptationibꝫ nec ꝑ ſacrā ſcripturam
nec ꝑ exempla ſanctorꝫ pt̄ ꝯſolationē
ꝑcipere tunc manifeſtet ſuam paſſiōeꝫ
alicui viro religioſo timenti deū. ⁊ ab
illo ꝯſilium deſuper requirat ⁊ dictis
illius tanqꝫ a deo ꝓlatis fidem credu-
lam adhibeat ⁊ omnem metū inordi-
natum ⁊ ꝯplexitates erronee ꝯſcientie
deponat. ad qd̄ hortaf beatus gregori.
ſic dicens. recurre ad hominem viuuꝫ
deum in homine ꝯſule aperi īpedimen
tum ⁊ quere medicamentum auſculta
non hominem de ſe mendacē ſed ꝑ ho
minem deum veracem reſpondentem
docentē ꝯſolantem ⁊ hortantem ⁊ diſ-
ce diligenter ne ſenſu ꝓprio pro tollē-
do impedimento tali forſitan vtaris re
medio. de quo poſtmodum impedimē
tū maioris occaſio ſicut eſtuans cōtra
eſtum aqua ſe infrigidat. ⁊ exinde po-
ſtea magis eſtuat. hec greg. K Et
notandū ꝙ nōnunqꝫ homo oīa teme-
dia iam ꝑdicta ſuis paſſionibꝫ ⁊ tem-
ptatōibꝫ exhibet. nec tn̄ ab illis abſol-
ui valet. ſed prius dn̄s hoc ſuo occulto
iudicio fieri ꝑmittit ⁊ etiā exaudire ꝑ
ces ad ſe clamātiū diſſimulat vt per ta
les tribulationes ⁊ temptatiōes quas
paciunf nec cito liberāf eorꝫ exceſſus
⁊ peccata prius ꝯtra deū ꝯmiſſa. eo ꝑ-
fectius purgenf ⁊ emendenf. vñ ꝑſe-
uerare dꝫ in timore dei quiſquis talia
ſuſtinet ⁊ nō deficere etiaꝫ ſi maximis
tēptationibꝫ ⁊ tribulatōibꝫ turbef. qꝛ
pius ꝯditor noſter qui laboreꝫ ⁊ dolo-
rem humiliū ꝯſiderat vltimo cū ſe iaꝫ
homo qſi deficere putat ab oībꝫ tribu-
lationibꝫ ⁊ temptationibus miſericor-
diter liberat ⁊ dona gratie ſue eidē lar
gius preſtat. Hoc aliqualiter tangit be
atus grego. x. moraf. exponens illud.
Et cū te conſumptum putaueris orie
ris ſicut lucifer ſic dicēs. Sepe naqꝫ
nos tot tēptamēta obſidēt. vt ipa nos
eorꝫ numeroſitas pene ad lapſuꝫ deſpe
rationis incliner. vnde plerūqꝫ mens
in tediū vertif. vix ipa virtutis ſue dā
na ꝯſiderat. tota dolens ⁊ enumerare
nō vales. quāto cogitationū tumultu
vaſtaf. ruiturā ſe ꝑ lamēta ꝯſpicit. eti-
qꝫ ne arma repugnatōis arripiat gra-
uis meror ipſe ꝯtradicit circūductos
cuiuſlibet oculos obſcuritas obſidet. ⁊
cū viſum tenebre ſemꝑ īpediūt. mens
meſta nil aliud qꝫ tenebras videt. ſed
apud miſericordē iudicē ſepe hec ipſa
ꝓ nobis ſubtilius triſticia exorat. naꝫ
meroris noſtri caliginē ꝯditor ꝯſpicit
⁊ ſubtracti lumīs radios refundit. ita
vt erecta ꝓtinus perdita mens vigeat
quā paulo ante decertantia vitia ſup-
bie calce deprimebāt. mox corpis pon
dus diſcutit atqꝫ ad ꝯtēplatōis lumen
poſt turbatiōis ſue tenebras erumpit.
mox in gaudio ꝓfectus attollif. q iter
tēptamēta peius cadere ex deſpatōe co

gebat ſine cogitationis certamine pre
ſentia deſpicit. ſine dubitatõis obſta
culo de uentura retributione ꝯfidit. iu
ſtus ergo cum ſe ꝯſumptum putauerit
vt lucifer orit. q2 mox vt tenebreſcere
temptationum caligine ceperit. ad lu
cem gr̃e reformat. ⁊ ſemetipſum mõ
ſtrat diem iuſticie qui caſurum paulo
añ timuit in noctem culpe. hec grego.
Dicit etiam de hoc yſidorus. Sepe iu
ſti mentẽ varijs vexationũ temptatio-
numq3 doloribꝫ vires demonũ cruciãt
Unde interdũ vſq3 ad deſpationis an
guſtiam coartat. permanenti autez in
dei amore anime. ⁊ ipſa talis anguſtia
ad meritum ꝓficit. Nam ſiue in aĩa
ſiue in corpore per inſtinctũ immũdoꝝ
ſpũum quelibet aduerſa inuitus patie
tur. dei vtiq3 ꝑmiſſum id patitur. qð ſi
hoc ipſm ad dei gloriam humilis refe-
rat ⁊ dicat qð ꝓ corporis paſſione iob
dixit. Si bõa ſuſcepimus de manu do
mini. mala aũt quare nõ ſuſtineamus
Iſte non ſepat a deo ſed ꝯiungit. Qlli-
bet atroci iniuria vel anguſtia torquea-
tur. multa iuſtus in anima patit aduer
ſa inſtigatõe demonum. ⁊ talibꝫ tem-
ptamentis perire a gloria vite eterne.
non enim pt̃. q2 pius dñs ad damnati
onem culpe non reputat. qð de ſue ma
ieſtatis permiſſu nolens qui patit por-
tat. Nam ibi peccamus vbi cupidita
tem vel voluntatez deflectimus. vbi ve
ro violenter adducimur. ⁊ ſi facinus
aut ꝓ flagicio non eſt miſeria. aut ꝓ fa
cinore flagicio non eſt. ſed qui deum ꝓ
irrogata laudat miſeria ꝯmiſſo ꝓcul-
dubio caret facinore. hec yſido. Dein-
de notandũ ꝙ nõ ſolũ iſtis temptamẽ
tis iam premiſſis eſt repugnandũ. ve-
rumetiã omnibꝫ temptationibꝫ cũ dei
adiutorio eſt viril'r reſiſtẽdũ. q2 in hac
vita hoĩ poſito temptatio deeſſe nõ pt̃.
ſed aliud eſt pctõ per ꝯſenſum ſeruire.

⁊ aliud eſt peccato temptanti reſiſtere
aliud dñanti ſeruire. vt teſtat bea. gre.
Et apoſtolus dicit. Non regnet pecca-
tum in veſtro mortali corpe. Non eñ
ait. non ſit. ſed non regnet. q2 non eſſe
non pt̃. non aũt regnare hoc poteſt. hec
grego. Concupiĩas etiam inordĩatas
non ſentire eſt omnino perfectoꝝ. poſt
ꝯcupiĩas vero non ire. nec eis ꝯſentire
eſt repugnantis ⁊ laborantis. nec eti
am tales ſm carnem ambulant. ſ3 ſm
ſpm̃. q2 poſt ꝯcupiſcentias illicitas nõ
vadunt. Carnales namq3 illi dicunt.
qui ꝯcupiſcentias ſuas ſequunt. ⁊ car
nalibꝫ deſiderijs deſeruiunt. Spiritu
ales vero dicunt qui carnalibꝫ deſide-
rijs fortiter reſiſtunt. De hoc beatus au
guſtinus ſic dĩt. Non ꝯcupiſcere omni
no pfecti eſt. poſt ꝯcupĩas vero nõ ire
luctantis ⁊ laborantis. non eñ ambu
lat ſm carnem qui non agit opera car
nis. ſed ſm ſpũm ambulat. qui iuuat
ſpũ in mente ne poſt ꝯcupiſcẽtias eat.
L Dicit ⁊ de eodem richardus
de ſancto victo. Carnales dicunt qui
poſt ꝯcupiſcentias ſuas eunt ⁊ carnali
bus deſiderijs deſeruiunt. ſpũales vo
qui corporalibꝫ deſiderijs fortiter reſi
ſtunt. ⁊ ſpũalibus ſtudijs vehementer
inſiſtunt. Carnalium autem eſt carnis
concupiſcentias ſentire ⁊ conſentire.
ſpiritualium ſentire ⁊ non conſentire
ſed reſiſtere. ſed repugnare. ſed morti
ficare. Aliud enim eſt concupiſcentiã
ſentire. atq3 aliud conſentire. infirmi
tati vero deputat ꝙ contra voluntatem
concupiſcentiam ſentimus. Malicie
ꝙ concupiſcentie ex deliberatõne con
ſentimus. illa venialis. iſta damnabi
lis. Hec richardus. Dum igitur ma-
lignus ſpũs ſuggeſſerit nobis turpes
cogitatões ⁊ malũ deſiderium reſiſta-
mus ſibi. q2 inimicus noſter poteſt ex-
citare temptationis motũ. ſ3 in nobis

eſt ſi voluerimus dare vel negare ꝯſen
ſum. Unde dr̄ beatus bern̄. Poteſt ini
micus excitare temptationis motum.
ſed in te eſt ſi volueris dare vel negare
ꝯſenſum. in tua volūtate eſt ſi volueris
inimicū tuū facere ſeruum tuū ꝛ oīa ti
bi coopent̄ in bonū. Ecce em̄ inflam
mat tibi inimicus deſideriū vanitatis
aut impatientie cogitationes ingerit
aut excitat libidinis motuꝫ tu ſolūmo
do non ꝯſenſeris. ꝛ quotiēs reſiſteris
totiēs coronaberis. Credo etiā ſi cogi
tatōes iſtas q̄ꝫ cito ī nobis aduerti⁹ nō
patimur remorari ſed in ſpū vehemēti
aīmus aduerſus illas excitat̄ ꝛ inimi
cus ꝯfuſus abſcedit. nec tn̄ libenter il
lico reuertit̄. hec bern̄. ¶ Notan
dum ꝙ quelibet cogitationes peruerſe
q̄ꝫuis ſint valde turpes ꝛ īmunde cor
ꝛ mentem nō polluunt cū rō non ꝯſen
tit. Teſtat̄ hoc beatus gre. dicens. Co
gitatio quantūlibet immunda menteꝫ
nō polluit cui rō nō ꝯſentit Et beatus
aug. Nihil mihi oberit dū tempꝛoꝛ de
crimine. dūmodo prauo ꝯſenſu careā
in amore. Et ſm̄ dictum beati bernar.
Quantaſlibet diabolus aduerſuꝫ nos
temptationū erigit machinas. quan
do nō tenet locum cordis per prauum
ꝯſenſum pctī non oberit. ¶ Con
ſiderandū etiā eſt ꝙ omnipotens deus
illos quos ſibi ab eterno elegit cū eos
ad ꝯuerſionem ꝛ ad viam ſalutis reuo
cat ſolet in eis ꝯcupiſcētias ꝛ mala de
ſideria ſucceſſiue abſcidere. Nam in
vere penitentibꝫ deſtruere ꝯſueuit nō
nunq̄ꝫ dominus actū turpitudinis vt
opa illicita non ꝯmittant. in incipiē
tibꝫ vo ꝛ nouiter cōuerſis conſenſum
peccati. in ꝓficientibꝫ aūt illicitā dele
ctationem mentis ſed in valde pfe
ctis motū titillacōis. naꝫ multi q̄ꝫuis
ad magnā pfectionē ꝓfecerint. ſtimu
luꝫ tn̄ carnis ſue extinguere non potue
runt Iſta tangit richardus de ſancto
victore exponēs illud pſalmiſte. Vox
domini intercidentis flammam ignis
ſic dicens. Poſſumus hanc literaꝫ ſic
exponere vt poſſit incipientibꝫ ꝛ pꝛofi
cientibus pariter ꝛ perfectis congrue
re. Et notandum ꝙ non ignem extin
guere ſed eius flammam pꝛomittit in
tercidere. ignem em̄ iſtum q̄ꝫdiu viui
mus hoc eſt peccati fomitem intra noſ
metipſos habemus. ſed nō eque eius
ſemp flammam ſuſtinemus. tunc em̄
ignis in flammam pꝛorumpit. quādo
eſtibus carnalis incendij nos vrit. pri
mo ergo titillat carnem. ſecūdo dele
ctatione turpi coinquinat mentem. ta
dem per conſenſum prauitatis ſubdit
ſibi rationem. His itaq̄ꝫ gradibꝫ ſul
phurea illa flamma libidinis creſcit.
ſed eiſdem quidem gradibꝫ conuerſo
tamen ordine ad vocem iubentis domi
ni decreſcit. Quia igit̄ impenitentibꝫ
dominus deſtruit actum turpitudinis
in ꝯuerſis actum voluptatis. in pꝛofi
cientibꝫ contagiū fede delectationis.
in pfectis quibuſdam motū titillatio
nis recte dr̄. Vox dn̄i intercidētis flā
maꝫ ignis. primo nāq̄ꝫ vox illa dn̄i in
tercidētis flammā ignis incipientibꝫ
ꝛ nouiter ꝯuerſis intercidit. quicquid
inclinare poſſit ꝯſenſum rōnis. in pfi
cientibꝫ aūt ſepe aufert illicitā delecta
tionē mētis In raris ꝛ valde pfectis
remouet etiā titillationem carnis ſue
Multi tn̄ q̄ꝫuis ad ſummā pfectōnem
ꝓfecerint. ſtimulū carnis ſue extingue
re nō potuerūt. ſꝫ dīna hoc diſpenſati
one in eis actū credit̄. quoniāquidem
q̄d vnicuiq̄ꝫ vtilius accidat latere non
pt. ꝛ in alijs quidē fiebat ad demōſtra
tionē ſingularis foꝛtitudinis. q̄ tales
erant q̄ ſp pugnare aſſidue triūphare
ſufficerēt. in alijs āt ad cuſtodiā hūili
tatis. qñ ſingulare aliqđ bonū pre ce

tantum maneat vt cū quis eſt diſputās de talib' oportet ꝙ loquens cogitet. Aliqñ aūt cū peccato veniali qñ ſcʒ ad affectōʒ cogitatio prinens ī ſola dlectatione finit ſcʒ ſine ꝯſenſu deliberatiuo. Quandoqʒ aūt mortale eſt qñ ſcʒ ꝯſenſus adiūgitur ⁊ qꝛ cogitacōni tali de ꝓpinquo adeſt delectatio ⁊ delectacioni ꝯſenſus ⁊ ideo in dubiuʒ verti poteſt. vtrū ſequens pollutio ex peccato acciderit vel non ⁊ vtrum venialevel mortale. qñ ergo ſic dubitat d' ꝯſenſu cū recurrerit ad cauſaʒ pollutōis omīno abſtinere debet. ſi aūt expreſſe inueniat ꝯſenſum nō ꝑceſſiſſe ⁊ neceſſe vrgeat aut aliqua cauſa potioꝛ poteſt accedere aut etiā abſtinere. Sin aūt nō incūbat aliqua neceſſitas melius ē abſtinere ꝓpter reuerēciā ſacramēti ſi tamen celebrat nō peccat mortaliter ſʒ venialiter. qñ aūt accidit ex illuſione. tunc cauſa illuſionis in nobis ꝑceſſit idē eſt iudiciū. qd' de pollutiōe que ex cogitatōe ꝑcedēte ꝓceſſit. Si aūt cogitatio in nobis nō preceſſit ymo potius ꝯtraria cauſa. ⁊ hoc frequenter accidit ⁊ precipue in diebus. quib' q̇s cōīcare debet. ſignū eſt ꝙ dyabolus homini fructū euchariſtie ꝑcipiende auferre conat. Vñ in tali caſu ꝯſultū fuit cuidā monacho vt legit in collationibus patrū ꝙ cōīcaret. ſic dyabolus videns ſe intentū ſuū non poſſe ꝯſeq̄ ab illuſione ceſſauit. Si aūt ex cibo ꝑcedenti aut potu acciderit eſt idem iudiciū qd' de pollutione que ex turpi cogitatiōe ꝓceſſit niſi intm̄ ꝙ non ita de facili ꝯtingit peccare mortaliter in ſuſceptōe cibi ſicut in cogitatiōe turpi. Et ꝙ aliquando ꝯtingit hec pollutō ſine ymaginatione turpi. illa vero nūqȝ Illa aūt que ex nature diſpoſitōe accidit ſcʒ ex debilitate vel ſupfluitate nō eſt ſignū alicuius peccati. ſed poteſt hebetatem mentis inducere ſi cū ymaginatōe ꝯtingat. īmundiciā aūt corporalem habet. Et ideo ſi neceſſitas īmineat vel deuotio expoſcat. talis non ipeditur ⁊ precipue qñ ſine ymaginatiōe accidit. tamen ſi ꝓpter reuerenciaʒ abſtineat laudandū eſt. B Et quia non ita faciliter ꝑcipi pōt ex qua cauſa ꝯtingat. ideo tutius eſt ſemper abſtinere niſi neceſſitas incūbat. Hoc etiā notandū ꝙ illuſio nocturna nō ſoluʒ euenire ſolet ex ciboꝝ multitudīe ſʒ ñ nūqȝ ꝯtingit ꝓpter elatōʒ mentis cum aliquis longo tempoꝛe talem īmūduʒ fluxum non ſentit. vel cum proximos ꝓpt talia alioſqʒ defect' iudicat. Plucies etiam ꝯtingit ex demonum inuidia deo ꝑmittente vt per talem euētū ſeipſum in humilitate cuſtodiat. nec debet illuſus poſtea ꝑ diem fantaſmata ſomnioꝝ reuoluere in cogitatōe. qꝛ iſta intentio dyaboli eſt vt ex ſomnis etiam poſſit vigilantes inquinare. iſta tangit Johannes abbas mōtis ſinay ſic dicens. Eſt in ſomnis fluxus multitudinis eſcarum ⁊ quietis. Alter ē ex ſupbia qñ ī lōga diuturna nr̄i influxibilitate iflāmamr̄ ⁊ rurſus ē ex eo ꝙ ꝓximū iudicemus. Si vero aliquis ab omnibus cauſis predictis abſolutus fuerit beatus hic talis eſt. impaſſibilitatis cauſa oparur. Sepius etiam cōtingit ex demonum inuidia et ſolum quod euenit paciens humiliter ſufferat hoc dō ad tempus in ipſo fieri permittente. vt per euentuʒ ſine peccato altiſſimam poſſideat humilitatē Nemo etiam fantaſmata ſomnioꝛum ad ſeipſum poſtea per diem velīt recogitare etenim intentio iſta demonuʒ eſt vt ex ſōnis nos vigilātes inquinēt hec Johā. ab. Qualiter cūqʒ auteʒ illuſio eueniat commendabile eſt vt propter reuerenciam ſacramenti a cōmuniōe

abſtineatur. niſi neceſſitas hec aliqua
exigat vel dies ſolemnis inueniat.
Sz et hoc notandū ꝙ ſi aliquis
dicat nemo ſcit ſe eē ſine peccato. quō
ergo ſecure debet ad hoc ſacramentum
accedere. Ad hoc rñdet Thomas d̄ aq
no ſic dicens. Licet de hoc non poſſit
haberi certitudo ſcīe. tñ poteſt haberi
ꝓbabilis cōiectura ⁊ p̄cipue ꝑ q̄tuor
ſigna que ponit beatus Bern̄. Primo
quādo quis verba dei deuote audit iux
ta illud. Qui ex deo eſt verba dei audit
Scdo cū quis ꝓmptū ſe īuenit ad bñ
opandū. qꝛ ꝓbatio dilectōis eſt exhi-
bitio opis. vt d̄t bea. greg. in omelia.
Tercio cū quis ꝓpoſitū habet abſtinē-
di a peccatis in futurꝝ. Quarto cuz de
peccatis p̄teritis dolet. qꝛ ſcd̄m beatū
greg. In his eñ vera penitentia ꝯſiſtit
Unde ſi quis ꝑ hmōi ſigna facta dili
genti diſcuſſiōe ſue ꝯſcīe quāuis for-
te non ſufficienti ad corpus criſti de-
uote accedat aliquo peccato mortali ī
ipo remanente. qd̄ eius cogitatōz pre
terfugiat nō peccat. ymo magis ex ſa-
cramenti ꝑceptōe peccati remiſſionē
ꝯſequit̄. Uñ d̄t bea. aug. ī quodā ſmo
ne. Cū corpus xp̄i māducat̄ viuificat
mortuos. nā tale peccatū in cōtritiōe
generali dimiſſum eſt. licet nō ita ple
ne. ſicut ea que in ſpē ꝯfeſſus eſt.
Notandū etiā ꝙ nullū ſacramentū ē
iſto ſalubrius. quo purgantur peccata
virtutes augentur. ⁊ mens oīm ſpūa
liū chariſmatū inpīguat̄. ſuauitatem
etiā hꝰ ſacramēti nullus explicare ſuf
ficit. ꝑ qd̄ ſpūalis dulcedo in ſuo fon
te guſtat̄ ⁊ recolit̄ memoria illius be-
neficij excellētiſſime caritatis. quod
in paſſione ſua criſtus nobis monſtra
uit. Uñ ampliorē materiā deuotionis
ac gracie ille habet. q̄ vtrūqꝫ ſuſcipit
vicz ſacramentū ⁊ rem ſacramēti hoc
eſt corpus criſti ⁊ affectū amoris dei ⁊
ſpūalis ꝯſolatōis. qꝫ qui alterꝝ tantuz
qꝛ talis ſimul habet donantē cū dono
cauſam cū effectu. Offertur etiaz hoc
ſacramentū in eccīa ꝓ viuis ⁊ mortu-
is vt oībꝫ ꝓſit. qd̄ ꝓ ſalute oīm eſt in-
ſtitutū. qꝛ nullū remediū tam efficax ē
ad delenda peccata quēadmoduz hoc
diuinū ſacramentū naz principaliter
ibi adeſt. qui ſolus peccata dimittit.
Hic eñ qui marie magdalene ſua cri
mina indulſit. cū dicebat dimittūtur
tibi peccata. ſi ergo beate marie q̄ priꝰ
peccatrix erat vt euangeliuz teſtat̄ ad
tactum pedū dñi ⁊ ꝓpter effuſionez la
crimaruz quibꝫ lauit ⁊ rigauit pedes
criſti peccata ſunt dimiſſa. quare non
credat̄ etiaz ſacerdoti ſi bona ꝯſcīa et
puro corde acceſſerit ad hoc ſacramē
tū hoc tractādo atqꝫ ſumendo dimit-
tenda eſſe peccata. cū vnus atqꝫ idem
dominus eſt. ibi quidem deus ſed car
ne humana indutus. hic vero deus et
homo ſub ſacramento velatus. vtrobi
qꝫ tamen hic ⁊ ibi verus deus ⁊ verus
homo. Cū igit̄ nullū ſacramentū ita
efficax ſit ad delenda peccata taz viuo
rum qꝫ mortuoꝝ vt premiſſum eſt ſic
euchariſtie ſacramentū. ſalubre eſt vt
qui in ordine ſacerdotali cōſtitutus ⁊
maxime religioſus ſtudeat ſe ad hoc
percipiendum per vite ſanctimoniaz
⁊ deuotionem ita aptare. vt illud va
leat ī remiſſiōz ſuoꝝ percipere pecca
torum. melius nanqꝫ ⁊ tutius eſt vt bo
num quod quiſqꝫ poſt mortem ſuam
ſperat ſibi fieri per alios taz in miſſis
legendis qꝫ in alijs pijs operibus a-
gat ipſe ſtudioſe per ſe dum viuit bea-
tius eſt enim poſt reſolutionem corpo
ris liberum exire ex hac vita qꝫ poſt vī
cula libertatem querere. vnde preſens
ſeculū debemus tota mente contemne
re ⁊ quottidiana lacrimarum et con-
punctionum deo ſacrificia offerre.

et quottidianas eius carnis ⁊ ſangui
nis hoſtias ymolare. nã ſi añ mortẽ cri
ſti hoſtia accepta ꝓ ꝯpunctõꝫ cordis ⁊
lacrimaꝝ effuſionẽ deo fuerimus recõ
ſiliati poſt mortem. ſalutari hoſtia non
indigebimus. E De quo beat⁹
grego. in libro dya. ſic ait Penſandũ
ẽ ꝙ tutior via eſt vt bonũ quod quiſꝗ
poſt mortẽ ſuã ſperat agi ꝑ alios agat
dũ ipſe viuit ꝑ ſe. beatius quippe eſt libe
rũ exire ꝗ̃ poſt vincula libertatẽ quere
re. debemus itaꝗ ſeculũ pñs ꝯtemne-
re tota mẽte quottidiana. deo lacrima
rũ ſacrificia offerre. quottidianas ei⁹
carnis ⁊ ſaguinis hoſtias ymolare. hec
nãꝗ ſingulariter victima ab eterno in
teritu aĩaꝫ ſaluat. q̃ illã nobis mortẽ
vnigeniti ꝑ miſteriũ reparat. qui licet
in ſeipſo ĩmortaliter atꝗ incorrupti-
biliter viuens eſt tñ ꝓ nobis iteꝝ ĩ hoc
miſterio ſacre oblationis ymolatur.
Quis etiã fideliũ habere dubiũ poſſit
in ipã ymolatiõis hora ad ſacerdotis
vocem celos aperiri in illo iheſu criſti
miſterio angelorũ choros adeſſe. ſum-
mis yma ſociari. terrena celeſtibꝫ iun
gi. vnũ quidẽ ex viſibilibꝫ ⁊ inuiſibili
bus fieri. ſed neceſſe eſt vt cuꝫ hoc agi
mus. deo noſmetipos in cordis ꝯtri-
tione mactemus. qꝛ que paſſionis do-
minice miſteria celebramus. debemus
imitari. qđ agimus. Tũc ergo vera ꝓ
nobis deo hoſtia erit cuꝫ noſmetipõs
hoſtiam fecerimus. Igit̃ dũ ꝑ indulti
tpis ſpaciũ licet dũ iudex ſuſtinet duꝫ
ꝯuerſionẽ noſtrã is qui culpas exami
nat expectat. fleamus ĩ lacrimis duri
cia mentis. cõformemus in ꝑximis
graciã benignitatis. Et fidenter dico qꝛ
ſalutari hoſtia poſt mortẽ nõ indigebi
mus ſi añ mortẽ dõ ipĩ hoſtia fuerim⁹
hec gre F Debet eciã quilibet re
ligioſus poſt ꝑceptã cõiõnẽ graciã cõ
punctõis ⁊ deuotõis aĩꝫ ĩ ipõ ſuo vi
gore dño coadiuuãte ꝯſeruare. nec ſe ad
cogitatões inutiles aut leticiã vanam
vel ſecularẽ tradere. ne fructũ quẽ per
ſusceptõꝫ corꝑis criſti ſeu ꝯpunctõnẽ
cordis lucratus fuerit ꝑ hu⁹mõi leuita
tẽ vel negligẽciã ꝑdat Ad qđ bea gre.
hortatur di. Cũ redẽptoris noſtri cor-
pus ⁊ ſanguinẽ accipimus debemus
nos ꝓ peccatis noſtris ĩ fletibꝫ affligere
re q̃tenus ipã amaritudo penitẽtie ab
ſtergat a mentis noſtre ſtomacho ꝑuer-
ſe vite humorẽ. ⁊ poſt oratõis ⁊ cõio-
nis tempa quanto deo adiuuãte poſſu-
mus in ipõ aĩꝫ ſuo pondere ⁊ vigore
ſeruare. ne plus cogitatõ fluxa diſſol-
uat. ne vana mentẽ leticia ſurripiat. et
lucra ꝯpunctõis aĩꝫ ꝑ incuriaꝫ fluxe
cogitatõis ꝑdat. Sic quippe aĩa qđ
poposcit obtinere meruit. qꝛ ſe poſt la-
crimas in eodẽ menti s vigore ꝯſeruauit
De qua ſcriptũ eſt vultus eius non ſũ
mt amplius ĩ diuerſa mutati. hec gre.
Sic ꝗ̃pꝫ de ſacramento corꝑis criſti
habem⁹ igit̃ nũc de mundicia ⁊ purita
te cordis explanatum. ac etiaꝫ de his
q̃ eandem puritatẽ ꝓmouẽt ac in ſuo
vigore ꝯſeruant vicꝫ ſeptẽ dona ſpirit⁹
ſancti. octo beatitudĩes. ⁊ ſeptẽ ſacra
mẽta. inter que vt patuit ꝑcipue ſacra
mentũ dñici corꝑis ad mũdandũ cor
hoĩs ac ꝯſuãdũ ĩ eadẽ puritate effica-
ciã hꝫ maiorẽ. hec igit̃ mundicia ſeu
puritas cordis ptĩet ad ꝑfectos. quo-
rũ ſtatus vt patuit ſuperi⁹ ꝯſiſtit ĩ mũ
dicia et puritate cordis.

Diſtin. ij. tercij libri malogranati.

Poſtquam in
formatus ſum de mũdicia
cordis ipſãꝗ ꝯcernẽtibus
donis ⁊ virtutibꝫ. In quibꝫ prĩo loco
dependet ſtatus ꝑfectoꝝ nunc de ſecũ-
do in quo idẽ ꝯſiſtit ſtatus perfectorũ
cupio a te o pater edoceri

Capitulum. I

V T ſupe
rius audiſti fili
ſtatus ꝑfectoꝝ
ſecundo ꝯſiſtit ĩ
dĩ caritate ac ꝓ
ximi dilectione
in quibus quan
to quis ferueucioꝛ fuerit tanto eciam
ꝑfectioꝛ in ſanctimonia vite ſpũalis
ac ceteraꝝ virtutũ ꝯſũmatõe erit. naꝫ
ſcđꝫ apľm plenitudo legis eſt caritas
G Notãdũ ergo ꝙ tres ſunt virtu⸗
tes theologicales vicꝫ fides ſpes ⁊ ca
ritas. per fidẽ nãqꝫ ꝑuenit ad ſpem. ꝑ
ſpem vero ad caritatem. naꝫ vbi fides
deeſt ſpes eſſe nõ põt vbi ãt nõ ẽ ſpes
nec caritas haberi poteſt. Vñ richar.
de ſancto victo. Sine fide ĩpoſſibile ẽ
deo placere. nã vbi fides nõ eſt nõ po⸗
teſt eſſe ſpes. oportet em̃ accedentem
ad deũ credere qꝛ eſt ⁊ ꝙ inquirẽtibꝫ
ſe ſit remunerator pius alioquĩ q̃ ſpes
eſſe poterit. vbi aũt ñ eſt ſpes. caritas
eſſe nõ poteſt quis em̃ euꝫ amet d̃ quo
nil boni ſperet. ꝑ fidem g̃ ꝓmouem̃ ad
ſpem ⁊ ꝑ ſpeꝫ ꝓficimus ad caritatem
Quis aũt ſit fructus caritatis audis
ab oꝛe caritatis. Si quis inquit dili⸗
git me diligetur a patre meo ⁊ ego di
ligam eum ⁊ manifeſtabo ei meipſuꝫ
Ex dilectõe itaqꝫ manifeſtatio. ex ma
nifeſtatõe ꝯtemplatio. ex contempla⸗
tione ꝯgnitõ. vide vnde ⁊ quo ꝑueni⸗
tur vel quibꝫ gradibꝫ aſcendit mediã
te fide ſpe ⁊ caritate. de fide ad ꝯgnitõ
nẽ dei ⁊ ꝑ ꝯgnitõꝫ ad vitam eternam
hec ille. Vñ anima quantũ ad ſupioꝛẽ
parteꝫ in qua ꝯſiſtit ymago trinitatis
rectificari habet per tres viꝛtutes theo
logicas. nã ſicut ymago creatoris ꝯſi
ſtit in trinitate ꝑſonaꝝ ⁊ vnitate eſſen
tie. ſic ymago recreatõis ꝯſiſtit ĩ trini

tate habituũ cũ vnitate gracie. ꝑ hos
autem tres habitus virtutũ aĩa fert
in ſũmã trinitatẽ ſcđm tria ꝓpriata
tribus ꝑſonis. Itaqꝫ fides dirigit ĩ ſũ
me veruꝫ credendo ⁊ aſſenciẽdo ſpes
vere in ſũme arduuꝫ ĩnitẽdo ⁊ expec⸗
tando. caritas autẽ in ſũme bonũ deſi
derãdo ⁊ amando ¶ Virtutes
etiã theologice differũt ĩter ſe. pꝛimo
ſecundũ actus ꝓpꝛios. nam fides fac̃
deo aſſentire. ſpes deo ꝯfidere. caritas
facit deum diligere Item differũt ra
tione finis qꝛ ꝑ fidẽ deus ꝯgnoſcitur
vt veritas. ꝑ ſpeꝫ habet vt eternitas ꝑ
caritatem diligit vt bonitas. pꝛimo g̃
videndũ eſt de fide. Pro quo ſciẽduꝫ
ꝙ fides eſt virtus qua credit illud qđ
nõ videtur. vnde yſidorus. Fides ẽ q̃
veraciter credimus id quod nequaqꝫ
videre valemus. De hac ec̃ dĩ apľs
paulus. Fides eſt ſubſtancia rerũ ſpe
randarum argumẽtum non apparẽci
um. in qua diffinitione dicitur ſubſtã
tia ideſt fundamentum ſubſiſtens edi
ficio ſpũali. quod eſt gracia ⁊ gloꝛia.
ipſa nanqꝫ fides facit iam aliqualiter
res ſperandas in nobis ſubſiſtere per
graciã ⁊ facit tandem ꝑ gloriam. naꝫ
fides catholice religionis vt dic̃ Cri
ſoſtomus eſt lumen anime. oſtium vi⸗
te ⁊ fundamentũ ſalutis eterne. Vñ
quicquid meriti quicquid beatitudĩs
aĩa habet ex fidei fundamento ꝓcedit
De hoc bea. aug. ſuꝑ iohannẽ ſic dic̃
Sicut in radice arboꝛis nulla pꝛſus
appꝛꝫ pulchritudĩs ſpẽs ⁊ tam̃ quic
qđ ẽ ĩ aꝛboꝛe pulchritudĩs vľ decoꝛis
ex illa pꝛocedit. Sic ex fidei humili
tate q̃cq̃d meriti q̃cq̃d beatitudĩs ani
ma ſuſceptura ẽ ex fidei fundamento
pꝛocedit hec Augu. Dicitur eciam fi⸗
des rerũ ſperãdarũ. qꝛ fides per aſcẽ
ſũ fac̃ ĩ nobis ſubſiſtere res ſperãdas
Argumentuꝫ dicitur q̃ſi arguẽs mẽtẽ

quia fides inclinat intellectū ad cre
dendum ea que nō apparent. ꝓpter qđ
fides potius dꝛ argumētū ꝗ̄ ꝯcluſio.
quia fides ꝓbat de nō apparētibus ꝙ
ſint ⁊ non ꝓbatur. Nō apparētiū dici
tur qꝛ fides ſua luce ⁊ veritate maniſe/
ſtat ea que nō apparēt tā preterita pre
ſentia ꝗ̄ etiam futura. Et notandū ꝙ
fides catholica ſcḋm qđ dicit Beda
ſup̱ Lucam tāta firmitate pollet vt ꝗ̄n
tūcūq̄ rudis vel ydeota iudeus vł ſciſ
maticus aut paganus ſi fidei criſtiāe
intelligat fundamēta naturali quadā
cognitōe ſciet ꝙ omnis pietas omnis
veritas huic ſalutifere fidei ſint īſerte
hec Ber. Quilibet criſtianus firmus
debet eſſe in fide catholica. qꝛ null⁹ the/
ſaurus maioꝛ ac ſalubrioꝛ eſſe pt ꝗ̄ fi
des hec p̄clara. que peccatores ſaluat.
fideles iuſtificat ⁊ ad ꝯſorciū angelo/
rum p̱ducit. De hoc bea. Augu. ſic dt.
Nulle maiores diuicie. nulli theſauri
nulli honores. nulla huius mūdi ſub/
ſtantia maioꝛ ꝗ̄ fides catholica. q̄ om
nes peccatores ſaluat. cecos illumīat
fideles iuſtificat. penitētes reparat. iu
ſtos augmentat. ⁊ ī hereditate eterna
cū ſanctis angelis collocat hec Augu.
Ipſa nāq̄ fides omnes credētes fili/
os dei efficit. iuxta illud iohānnis. de
dit eis poteſtatem filios dei fieri his q̄
credunt in nomine eius. Vn̄ ſicut te/
ſtatur bea. Augu. Si quis nō ambula
uerit p̱ fidem nō p̱ueniet ad ſpē quia
ſine fide nemo pōt ad filioꝝ dei nume
rum p̱uenire. ſed ſicut ſine fide īpoſſi
bile eſt hominē deo placere poſſe. ita fi
des ſine opibꝫ mortua eſt ⁊ ideo opor
tet vt recti fidei ſint bona opera p̱ que
ipā fides grata ⁊ accepta poſſit eſſe de
o. De quo beatus aug. ſic dic̄. Nolite
tā ꝗ̄ d fide ſecuri eſſe. adiungite fidei
recte vitam rectā. vt xp̄m ꝯfiteamini
verbis vera dicēdo ⁊ factis bn̄ viuēdo
nā ſi cōfitemini verbis ⁊ nō factis fides
ē demonioꝝ ⁊ nō criſtianoꝝ. hec aug.
I Circa hoc ſciendū ꝙ aliud ē cre
dere xp̄m ⁊ aliud eſt credere in criſtuꝫ
illud nāq̄ eſt credere in criſtuꝫ q̄n ali
quis ſperat in criſtū ⁊ diligit ipm̄. De
hoc bea. Aug. ī libro d verbis dn̄i ſic dt
Aliud eſt credere criſtū aliud credere
in criſtū. nam ⁊ ipꝫ eſſe criſtū dmōes
credunt. nec tamen in ipꝫ credūt. ille
enī in criſtū credit. q̄ ⁊ ſperat in criſtū
⁊ diligit. nā ⁊ qui fidē habet ſine ſpe
et dilectōe criſtū eſſe credit. nō in cri
ſtum credit. Qui ḡ in criſtum credit.
credendo in criſtū venit in eū criſtus
et quodāmō vnitur in eū. ⁊ membrū
ī corp̱e eius efficit̄ qđ fieri non poteſt
niſi ſpes accedat ⁊ caritas. hec auguſti
nus. Et notādum ꝙ ſunt nōnulli qui
plus ꝗ̄ debent de ſuis ſenſibꝫ p̄ſumūt
nam ea que no intelligūt p̱ rationem
potius ꝗ̄ p̱ fidem inueſtigare volūt et
ideo tales nōnūꝗ̄ in errorē labuntur
De talibꝫ beatus grē. xvj. moꝛ. ſic dt
Nonnulli ſunt qui dum iniquitatum
ſuaꝝ frigora declinant. ad verā fidem
vel ſanctitatis habitum veniūt. ſed qꝛ
plus ꝗ̄ neceſſe eſt de ſuis ſenſibus pre
ſumunt. ſepe in fide potius ꝗ̄ que ac/
cipiunt ea q̄ nō accipiūt p̱ſcrutari vo
lunt. vt ratione in deo. magis ꝗ̄ fide
teneantur. Quia vero humana mens
p̱ſcrutari nō valet diuina ſecreta om̄e
quod ratione perſcrutari nō poſſunt
credere cotemnūt. ⁊ per inquiſitionē
nimiam in errorem labuntur. hec grē.
Unde quilibet criſtianus ea que ad fi
dem p̱tinent nō debet p̱ rationē ſcruta
ri ſed fidem credulam his omnibꝫ ad
hibere. vt fidei meritū poſſit obtine
re. quia vt dicit beatus grē. in quadā
omelia ſic. Diuina operatō ſi ratione
apprehenditur non eſt admirabilis.
nec fides habet meritum cui humana

tacio p̄bet experimētū. hec gre. Carna
les tn̄ hoīes q2 inuiſibilia ſcire ꝑ expe
rimēta nō valent dubitāt de his vtrū
ſint que corporalib9 oculis nō vident.
ſ3 omnipotens deus ſpūm ſanctū miſit
in corda noſtra. vt ꝑ eū iuſtificati ⁊ il-
lumiati poſſum9 illa credere. q̄ adhuc
ſcire ꝑ experimētū non valemus. De
hoc bea. greg. ſic ait. Carnales quippe
hoīes q2 inuiſibilia ſcire nō valent ꝑ
experimentū dubitant. vtꝝ ne ſit qḋ cor
poralib9 oculis nō vident. Vn̄ factū3
eſt vt ip̄e īuiſibiliū ⁊ viſibiliū creator
ſpūm ſanctū ad corda noſtra mitteret
quatenus ꝑ eū iuſtificati crederimus
qui adhuc ſcire ꝑ experimenta nō poſ-
ſumus. Quotquot ergo habent ſpū3
hereditatis noſtre. accepimus de vita
inuiſibiliū nō dubitamus. nam quia
poſt mortem carnis anima viuat par3
ratione ſine fidei admixtōe. Nunq̄d
non ſancti apoſtoli ⁊ martires criſti p̄
ſentē vitā deſpicerent. ī morte carnis
animas ponerent niſi certiorē aīarū
vita3 ſubſequi ſcirent. Et ecce hi qui
animas in morte poſuerūt. atq3 aīaꝝ
vitā poſt mortem carnis crediderunt.
quotidianis miraculis choruſcant. ad
extincta nāq3 eoꝝ corpora viuentes e-
grivemiunt ⁊ ſanantur. Si igitur vitā
anime manentis in corpe dep̄hendis
ex motu mēbrorum. cur nō ꝑpendis
vita3 aīe poſt corpus ⁊ iam per oſſa
mortua in virtute miraculoꝝ. hec gre.
Quiſquis igit̄ ꝑ vicium īfidelitatis pul
ſatur debet ſanctorū patrū fidē credu-
lam adhibere. qui ꝑ ſpūm ſanctum d̄ ī
uiſibilibus experienciā habuerunt. Ad
hoc hortat̄ bea. gre. ſic dicēs. Quiſq3
in credulitate īuiſibiliū ſolidus non
eſt debet ꝓculdubio maiorum dictis fi
dem p̄bere. eiſq3 per ſpūm ſanctū inui-
ſibiliū experienciam habentib9 credere
hec gre. K Item notandū ꝙ ar-

ticuli fidei collecti ſunt in tribus ſim
bolis. tria nāq3 ſunt ſimbola. primu3
eſt apoſtoloꝝ qḋ ipſi ꝯpoſuerūt ⁊ illḋ
dicit̄ ſubmiſſe. Scḋm eſt Niceni ꝯci
lij qḋ a ſanctis patrib9 ibidē ē ꝯpoſitū
et cantatur in miſſa. Tercium eſt ana
ſtaſij qḋ legit̄ ad prima3 vic3 Quicū
q3 vult ſaluus eſſe. primū factū eſt ad
fidei inſtructiō3. ſcḋm ad fidei expla-
nationē. Terciū ad fidei defenſione3
Primū igit̄ d̄2 ſubmiſſe q2 qn̄ ab apo
ſtolis factū fuit non ita publice fiebat
fidei ꝓfeſſatō ſicut mō Alia vero duo
alta voce dicūtur. q2 facta fuerunt con
tra hereticoꝝ ꝓclamatō3 ⁊ q2 tūc pub-
lica erat ꝓfeſſatō fidei. Primū ſimbo
lum d̄2 ad primā ⁊ ad ꝯpletorium du
plici rōe. primo q2 altera iſtaꝝ horarū
pricipiū eſt diei altera noctis. in pri-
cipio ergo diei ⁊ in principio noctis
dicitur Credo in deū q2 fides eſt prin
cipiu3 oīs boni. ſcḋo q2 fidei ꝓfeſſio
valet ad effugandos demones. qui di
urnis ⁊ nocturnis horis hoīm actib9 ī
ſidiantur ⁊ ideo eiſdē horis eiſdē rati
onibus a fidelib9 eſt dicendum. a reli
gioſis etiā d̄2 qn̄ aliquis frater morti
a ꝓpinquat ad demones effugādos q̄
ſim hoīs inſidiāt̄. L Sed et hoc
notandū ꝙ tn̄ vna fides eſt tam in p̄-
ſentibus q̄3 futuris ac etiā in p̄teritis
iuſtis. licet magis clareſcat ⁊ explica-
ta ſit in eis. qui ſequūtur criſtu3. q̄3 in
eis qui p̄ceſſerūt eius aduētū ſicut no
uum teſtamentū clarius eſt q̄3 vetus.
qḋ eñ nos credimus eſſe factū antiq̄
patres veteris teſtamēti futurū crede-
bant. De hoc bea. Aug. in gloſa ſuper
p̄s ſic ait. Omnes qui ab inicio ſeculi
fuerūt iuſti. caput criſtū habuerūt. illū
eñ venturū eſſe crediderūt. que3 nos
veniſſe ia3 credimus. ⁊ in eius fide ip
ſi ſanati ſunt in cuius fide ſumus nos
vt eſſet ip̄e caput tocius ciuitatis ihe

ruſalem omnibus connumeratis fide
libus ab inicio uſqꝫ ad finem. adiun-
ctis etiã legiõibꝫ ⁊ exercitibꝫ ãgeloꝝ
vt fiat illa vna ciuitas ſub vno rege
et vna quedã ꝓuincia ſub vno impera
tore felix. in ꝑpetua pace ⁊ ſalute lau-
dans deũ ſine fine. hec aug. Filius
Habita iam informatione de fide
nũc de ſecunda virtute theologi-
ca cupio a te o pater edoceri.

Capitulum II Pater

Scire debes qḋ
ſpes eſt virtus q̃ ſpiritualia ⁊
eterna bona ſperantur ⁊ cũ fiducia ex
pectantur Eſt enim ſpes certa expecta
tatio future beatitudinis ꝓueniens ex
gratia dei ꝑcedentibꝫ meritis. Et qꝫ-
uis opa noſtra non ſint meritoria niſi
ex dei gratia. ſine meritis tñ aliquid
ſperare non eſt ſpes ſic ait gregori. ſed
preſumptio. Vñ ſpes eſt audatia men
tis ḋ largitate di ꝯcepta habendi vitã
eternã ꝑ bona merita. Ubi notandũ
ꝙ hi qui habent bonam cõſciam per
ſpem deũ expectant qui vero hñt ꝯſciẽ
entiam leſam timent corã dño preſen
tari. De quibꝫ Rich. de ſanc. victore
ait. Qui in deũ ſperat deum ꝑ ſpem ex
pectat. qui eñi miſericordie ſperat. mi
nime expectat ſed ꝑ miſerã ꝯſcienciã
diuinã fugit pñtiã nec deo querit pre
ſentari dũ ab eo timet cõdemnari hec
Richar. Vñ sancti viri quanto durio
ra ꝓ criſto patiuntur ⁊ maiores labo-
res agendo bona opera ꝓ dño ſuſtinẽt
tanto cercius eterna premia ſperant.
Vñ beatus gregorius. Beatoꝝ mens
quo duriora ꝓ veritate tolerat. eo eter
nitatis premia certius ſperat. nã tãto
ſpes in deuꝫ ſolidior ſurgit. quanto ꝓ
illo quiſqꝫ grauiora ꝑtulerit. Vñ ſan
cti viri quot labores nunc veritati cõ-
mendantes exhibent. tot iaꝫ remune
rationis ſue pignora intra cubiculum
clauſa tenent. hec gre. Conſiderandũ
vero eſt ꝙ ſunt nõnulli qui poſt pecca-
ta ꝑpetrata ad penitẽtiã ꝯuerſi nimis
indiſcretũ timorẽ ac metũ ꝓ ſuis faci
noribus habent. ⁊ quãuis illa ſepius
ſint ꝯfeſſi ⁊ in ſtatu penitentie ac in ꝑ
fectu virtutũ exiſtant tamẽ illa nimis
trepidant. Sed tales debent interduꝫ
reflectere cor ſuũ ab anxia recordatõe
viaꝝ ſuaꝝ malaꝝ ⁊ dirigere illud i iti-
nera planiora miſeratõe di. ne forte ꝑ
triſtitia indurent̃ ⁊ deſperatiõe plus
pereant. nã iuſtus nõ ꝯtinue ſed tantũ
in principio accuſator eſt ſui. ⁊ extre
ma ſermonis ſui i dei laudibꝫ ꝯſueuit
confirmare Iſta ꝯmemorat bea. ber.
ſuꝑ cant. ſermone. xi. ſic dicens Sua
deo vobis amicis meis reflectere inter
dum pedẽ a moleſta ⁊ anxia recordati
one viaꝝ vraꝝ ⁊ vadere in itinera pla
niora ſerenioris memorie beneficiorum
dei vt qui in nobis ꝯfundemini. ipſius
intuitu reſpiretis volo vos expediri il
lud. qḋ ſanctus ꝓpheta ꝯſulit dicens.
Delectare in dño ⁊ dabit tibi peticio
nes cordis tui. Eſt quidẽ neceſſarius
dolor ꝓ peccatis ſed ſi non ſit ꝯtinuus
ſane ĩterpoletur leticiore recordatõe
diuine benignitatis. ne forte pre triſti
cia induretur cor. ⁊ deſperatione plus
pereat. miſceam⁹ abſinthio mel. vt ſa-
lubris amaritudo ſalutẽ tũc dare poſ-
ſit. ꝯmixta temperata dulcore bibi po
terit. Audi deniqꝫ deũ quomodo ipſi⁹
contriti cordis amaritudinẽ tẽperat
quomodo a deſperationis barathro pu
ſillaminẽ reuocat. quomodo blãde et
fidelis ꝓmiſſionis melle merentẽ cõ-
ſolatur. et erigit diffidentẽ Ait ꝑ pro
phetam. Ego infrenabo os tuũ laude
meo. ne intereris. hoc eſt ne ĩtuitu fa
cinorum tuorum nimiã incurras tri-
ſtitiam. atqꝫ inſtar effreni equi deſpe-

ratus in preceps tuas ⁊ per eas freno
te inquit inhibeo. indulgencie mee et
meis laudibus erigam. reſpirabiſq; ī
bonis meis. qui de tuis ꝯfundebaris
malis. dū me ſane benigniorē q̄ꝫ te cul
pabiliorē inueniris. hoc freno ſi infre
natus fuiſſet Chayn. neq̄ꝫ deſperan
do dixiſſet maior eſt iniquitas mea q̄ꝫ
vt veniā merear. abſit abſit maior ē pi
etas eius q̄ꝫ queuis iniquitas ideo iu
ſtus nō ꝯtinue ſed tantū in principio
ſermonis accuſator eſt ſui. Porro aūt
in dei laudes extrema ſermōis claude
re ꝯſueuit. videre demiq; hoc ordine iu
ſtum ꝓcedentē. Cogitaui aitvias me
as ⁊ ꝯuerti pedes meos in teſtimonia
tua. vt qui vicꝫ ꝯtritōꝫ ⁊ infelicitateꝫ
in ꝓꝓrijs vijs ꝑpeſſus fuerat. in via te
ſtimonioꝝ dei delectaret̄. ſicut in omi
bus diuicijs. Et vos igit̄ exemplo iu
ſti de vobis in hūilitate ſentite ⁊ de do
mino in bonitate. hec bern̄. N Et
q̄ꝫuis neceſſe ſit peccatoribꝫ ad deum
ꝯuerſis de ꝑpetratis malis ſꝑ penitere
⁊ illa ꝑhorreſcere. nō tn̄ neceſſe ſemꝑ
illa deflere ⁊ trepidare ſed poſt dignā
ſatiſfactōꝫ ⁊ vite emendatōꝫ ad ſpem
venie animū reformare. De hoc rich.
in libro d̄ exterminatōe mali ſic dicit
Semper quidē neceſſe eſt de ꝑpetra
tis malis penitere odio ⁊ deteſtatione
ꝑſequi ⁊ ꝑhorreſcere. nō tn̄ illa ſemꝑ
deflere ⁊ trepidare ſed poſt dignā ſa
tiſfactōꝫ ⁊ ꝯcupiſcentiā edomitā ꝯſo
latōꝫ recipere ⁊ ad ſpem venie ⁊ ſecuri
tate quietis animū r̄formare. hec rich.
Ubi tn̄ diligenter aduertenduꝫ eſt ꝙ
q̄ꝫuis penitens nō debeat ſemper defle
re ⁊ trepidare exceſſus ꝓteritos ſꝫ ad
ſpem venie aīuꝫ reformare. Salubre
tn̄ eſt vt vnuſquiſq; ſuā ꝯſciam diſcu
ciat vt tū digne ꝓ ſuis facinoribꝫ peni
tuerit ſollicite penſet. nā quanto quis
in plura ⁊ maiora crimina prolapſus
eſt. tanto maiorē medicinā ꝑ peniten
ciam ⁊ bona opa ſuis vulneribus ad
hibere ſtudeat. ſi plenā diligenciā ſuo
rum delictoꝝ a dn̄o conſequi deſiderat
De hoc bea. gre. ſuꝑ illo v̄bo facite di
gnos fructus penitentie ſic d̄t. Tanto
debet quiſq; a ſe licita abſcindere q̄n
to ſe quis meminit ⁊ illicita ꝑpetraſſe
neq; par fructus boni operis eſſe debet
eius qui minus ⁊ eꝰ qui amplius deli
quit. ꝑ hoc ḡ qd̄ d̄r facite fructus dig
nos. penitentia vniuſcuiuſq; ꝯuenitur
tali ꝯfidentia. vt tanto maiora querat
bonoꝝ opꝫum lucra ꝑ penitenciā. quā
to grauiora ſibi intulit damna per cul
pam. hec gre. Q Quāuis em̄ per
ꝯfeſſionē ⁊ penitentiā deleatur pecca
tum quantū ad culpā. nō tn̄ ſemꝑ quā
tū ad penam. ⁊ ideo neceſſe eſt vt hi q̄
in multa peccata mortalia ⁊ crimina
enormia inciderint habundantioreꝫ
penitentiā ꝑ ꝯpunctōnū cordis ſeu la
crimaꝝ effuſionē ac etiā bonoꝝ opum
executionē ꝑficere ſtudeāt. ſic tam̄ vt
ꝑ ſpem firmā ⁊ fiduciam d̄ ſua eterna
ſalute apud dn̄m habeant. Nam dic̄
damaſcenus. Plus diligo ſecuram ⁊
abſq; timore in dei pietate ꝯfidentiaꝫ
q̄ꝫ peſtilētē deſperatōis deſidiam Di
cit etiā bea. Aug. Nemo bene faciens
de d̄i bonitate miſericordiaq; deſpe
ret. ſi em̄ peccatoribꝫ deus ꝑcit. quan
to magis ipſis iuſtis clementer ⁊ miſe
ricorditer ꝯdeſcendet. hec ille. Et licꝫ
omnibꝫ ad deū ꝑ penitentiā ꝯuerſis ⁊
in ſtatu virtutū ꝓficientibꝫ ſit habēda
ſpes firma ac fiducia in dn̄o. tn̄ etiam
ſalubre eſt vt circa ipam ꝯfidentiā ti
mor habeatur. vt ꝑ eū virtutes in ſuo
vigore ꝯſeruentur. De hoc beatus gre
gorius in libro moralium ſic d̄t. Quā
uis ſecuritati timor ſemꝑ longe videa
tur abeſſe nobis tn̄ nihil eſt ſecurius.
q̄ꝫ ſub ſpe ſemper timere. ne incauta

meus deſperādo ſe ī vicijs deiciat nec
extollendo de donis ruat. Anſelmus
Boni enī ac pij iudicis oculus quāto
ſub ſpe humilius trepidat. tanto robu
ſtius ſtat in illo. Unde in ſpe nō ſoluꝫ
debet eſſe ſecuritas ſed etiā timor ī cō-
uerſatōe. vt ⁊ illa certantes foueat et
iſte torpentes pungat. vñ recte ꝑ ꝓphe
tam dr̄ Qui timēt dñm ſperant in do
mino. acſi aperte diceret̄ de ſpe in caſ
ſum preſumit. qui timere deū in ſuis
operibꝫ rennuit. de hoc etiā gloſa ſuꝑ
illo verbo. Letetur cor meū vt timeat
nomen tuū. ſic dr̄. miſcenda ſunt ſpes
⁊ timor vt ſub ſpe timeamus ⁊ ſub ti-
more letemur. qui enī ſperat ⁊ ñ timet
negligēs eſt. qui aūt timet ⁊ nō ſperat
depreſſus eſt. Unde beneplacitū ē do
mino ſuꝑ timentes eum in eis qui ſpe
rant ſuꝑ miſericordia eius. Nam ti-
mor nō valet ſine ſpe venie. ergo qui ti
met deū ſperet ⁊ ab ipſo ⁊ ad ipm̄ fugi
at ab irato ad placatū. placabis auteꝫ
euꝫ ſi ſperes in miſericordia eius atqꝫ
de cetero ita peccare caueas. vt de pre
teritis deꝓceris vt dimittant̄ tibi. hec
gloſa. Unde ſancti viri qꝫ diu in hac
vita ſunt ſecuritatis ſibi ꝯfidentiā nō
promittunt. ſed ſic ſub ſpe recti ſunt
vt tamen ſꝑ ſint de temptatōe ſuſpec-
ti. nam occulti hoſtis ſemꝑ īſidias me
tuūt ⁊ etiā temptatōe ceſſante futuraſ
tñ īpugnatōes quas ſibi ſuſpicantur
euenire pertimeſcunt. De quibꝫ beat⁹
gre. xx. mor̄. ſic ait. Electi quiqꝫ quā
diu in vita ſunt. ſecuritatis ſibi ꝯfidē
ciam nō ꝓmittūt. hoſtis enī omnibꝫ cō
tra temptamenta ſuſpecti occulti ho-
ſtis inſidias metuunt. qui etiā temp-
tatōe ceſſante vel ſola grauiter ſuſpici
one turbantur. naꝫ ſepe multis graue
piculū incauta ſecuritas infigit vt cal
lidi hoſtis inſidias nō temptati ſꝫ iaꝫ
proſtrati ꝯgnoſcerent. vigilādū quip
pe ſemꝑ eſt vt ꝯtinue ſolicita nūqꝫ re-
laxetur intentio. ne ſupna ⁊ laborioſa
deſerens in cogitationibꝫ fluxis quaſi
in quibuſdā mollibꝫ ſtramētis iacēs
venienti corruptori dyabolo mens re
ſoluta ſe ꝓſtituat. Semꝑ vero eſt ad
certamē aduerſarij erigendus anim⁹.
ſemꝑ contra occultas īſidias cautela
prouidenda. hinc etenim ꝓpheta Aba
chuc ait Super cuſtodiā meaꝫ ſtabo
hinc rurſus ſcriptuꝫ eſt. Statue tibi
ſpeculū pone tibi amaritudines qui e
uangeliſas ſyon Hinc ꝑ ſalomonem
dicit̄ Beatus homo qui ſemper eſt pa
uidus. qui aūt mentis eſt dure corru-
et in malum. Hinc iteꝝ dr̄ vniuſcuiuſ
qꝫ enſis ſuꝑ femur ſuū ꝓpter timores
nocturnos. nocturni quippe timores
ſunt īſidie temptatōis occulte. Enſis
aūt ſuper femur ē cuſtodia vigilās car
nis illecebras premens. ne ergo noc-
turnus timor id ē occulta ⁊ repentina
temptatio ſubrepat ſemꝑ neceſſe ē vt
femur noſtꝛ ſuppoſitus enſis cuſtodie
premat. Sancti etenim viri ſic de ſpe
certi ſunt vt tamen ſemꝑ ſuſpecti ſint
de temptatione. quibꝫ dr̄ Seruite do-
mino ī timore ⁊ exaltate ei cū tremore
vt ⁊ de ſpe exultatio ⁊ de ſuſpectione
naſcatur tremor. quoꝛ vice iteꝝ ꝑs di
cit letetur cor meū vt timeat nomē tu-
um. Et notandū qꝫ nō ait letetur vt ſe
curus ſit. ſed letetur vt timeat. no. tu.
⁊c. meminerūt nāqꝫ qꝫuis eoꝛ actio ꝓ
ſperaretur quia adhuc in hac vita ſūt
De qua peundē iob dr̄. Temptatio ē
vita hoīs ſuper terram meminerunt
rurſumqꝫ ſcriptū eſt. quia corpus qḋ
corrumpitur aggrauat animā ⁊ depri
mit terrena in habitatio ſenſum mul
ta cogitantem meminerunt ⁊ metuūt
certitudinem ſibi in ſe promittere nō
preſumunt ſed poſiti īter gaudiū ſpei
⁊ temptationis metuꝫ ꝯfidūt ⁊ timēt

confortantur ⁊ titubant cercionant̃ ⁊
ſuſpecti ſunt. Bene igitur iob ex pſo-
na criſti dicit ſi bene ridebam ad eos
non credebant qꝛ redemptori noſtro
quaſi arridenti non credimus dū mi-
tis iam donis teſtantibus ⁊ graciaꝫ fa-
uoris eius accipimus ⁊ tñ adhuc ſub
eius iudicio de noſtra infirmitate titu-
bamus. hec gre. ¶ Et quamuis
corda bonoꝝ ſtant turbata ꝓpter iudi-
ciū. tñ in ipſo timore poſiti reuocant a-
nimū ad dona que a dño perceperunt et
ꝑ hec in ſpe ſolidantur. Quod ideꝫ bea-
tus gre. xvi. mora. teſtatur ſic dicens
Non ſecura ſed turbata ſunt corda bo-
noꝝ. qꝛ dū futuri examinis pondus con-
ſiderant. quietem hic habere nō appe-
tunt tñ inter ipſa timoris ſupplicia ut
ſeipſos ꝯſolatōne refoueant inter hoc
quod metuūt ſepe animū reuocant. et
reducunt ad dona que receperunt vel p-
ceperunt. ut ſpes ſubleuet quē mens
premit. hec Grego. Sed ꝯſiderandū
ꝙ ſunt nonnulli qui totis viribꝰ labo-
rant ut in diſtricto iudicio liberi inue-
niri poſſint. exiſtimant enī ſeruile eſſe
dominicā pñciam formidare ⁊ ideir-
co talia agunt carnē ſuam ꝑ abſtinen-
ciaꝫ caſtigando ⁊ alia opera virtuoſa
exercendo per que patris ꝯſpectū nō
metuant ſed potius diligendo ⁊ ſperā-
do filios ſūmi genitoris ſe eſſe ꝯfidant
De quo beatus gre. xxxi. mora. expo-
nens illud. Gloria nariū eius terror.
ſic ait pro eo ꝙ nō viſa res odore deꝑ-
henditur non immerito narium noīe
ſpēi noſtre cogitatōes exprimunt̃. qui-
bus venturuꝫ iudicium qđ ⁊ ſi oculis
adhuc non cernimus iam tñ ſperādo
preuidemus. Omnis autē qui viuere
bene incipit audiens ꝙ ꝑ extremū iu-
dicium iuſti ad regnū vocentur hyla-
reſcit. Sed qꝛ adhuc quedaꝫ mala re-
liquijs ſibi ineſſe conſiderat. hoc ipſm

iudiciū de quo exultare inchoat appro-
pinquare formidat. vitam ſuā quippe
bonis maliſqꝫ ꝑmixtā ꝯſpicit ⁊ cogi-
tatōes ſuas aliquo mō ſpe ⁊ timore cō-
fundit. nā cū audit que ſint regni gau-
dia. mox mentē leticia ſubleuat ⁊ rur-
ſum cū reſpicit que ſint gehenne tormē-
ta. mox mētē formido perturbat. Bene
ergo gloria nariū eius terror dr̄ qꝛ int̃
ſpem ⁊ metū poſitus dū futurū indici-
um mente ꝯſpicit. hoc ipſm timet. vnđ
gloriat̃. ipſa enī ſua gloria terror eſt qꝛ
inchoatis iam bonis ſpe de iudicio le-
tus eſt. ⁊ necdū finitis malis omnibꝰ
perfectus ſecurus nō eſt. Sed inter hec
ſollicite ad mētē reuertitur ⁊ ꝓcellas
tante formidinis renuens ſeqꝫ in ſoli-
us pacis tranquillitate diſponens to-
tis viribus a diſtricto iudicio inueni-
ri liber conatur. ſeruile quippe eſtimat
dominicā pñciā formidare ac ne con-
ſpectum patris metuit illa agit ꝑ q̄ ſe
filiū recognoſcat. diſcit ergo iudicem
tota expectatione diligere. atqꝫ ut ita
dixerī timendo tēnuit timere omneꝫ
autē cordis formidinē ꝓ carnali affec-
tōne ꝯſiderat. ⁊ idcirco ante omīa car-
nē forti edomatiōe caſtigat. quo enim
plus caro premit̃. eo de celeſti ſpe ani-
mus ſecurius letatur. tantoqꝫ mens
melius ad ſuperna appetenda ꝯponit̃
quanto ab illicitis arcius corpus edo-
metur. hec Gregorius. ¶ Filius

Informari ſatis deſidero ꝑ que
ſigna aut teſtimonia hō intelli-
gere poſſit ſe eſſe đ predeſtinatis ac re-
miſſionē peccatoꝝ a dño eſſe ꝯſecutū.

Capitulum III ¶ Pater ¶

Scire debes qđ
fidelibꝰ data ſunt quedaꝫ ſig-
na ⁊ indicia manifeſta ſalutis. ut indu-
bitanter ſit ille de numero electoꝝ. in
quo ea ſigna ꝑmanſerint. Sunt aūt

hec tria.primum eſt ſi homo ſe cōtinet
a peccatis.ſcdm ſi dignos agit penitē
tie fructus. tercium ſi agit opera vite
Jſta,pbat bea.bern̄. in quodā ſermone
de.lxx.ſic di. Quis poteſt dicere Ego
de electis ſum. ego de predeſtinatis
ſum ad vitā. ego ſum de numero filio
ruz dei.reclamante mimirꝫ ſcriptura.
Neſcit homo vtruz amore dignus ſit
an odio.certitudinē vtiqꝫ nō habem⁹
ſed ſpei fiducia ꝯſolatur nos.ne dubi
tationis h⁹ anxietate cruciemur,ꝓpter
hec data ſunt ſigna quedā ⁊ īdicia ma
nifeſta ſalutis vt indubitabile ſit eum
eſſe de numero electoꝝ. in quo ea ſig-
na pmāſerint,ꝓpter hec inqꝫ nos pſci-
uit deus ⁊ pdeſtinauit ꝯformes fieri
ymaginis filij ſui vt quibꝫ certitudinē
negat cū ſollicitudīe vel fiduciam pre
ſtet gratiam ꝯſolationis, ita qui ſtat
videat ne cadat ⁊ in ea ſalutis forma
que iudiciū eſt ⁊ argumentum pdeſti
nationis pſeuerat atqꝫ,pficiat. Eſt āt
teſtimoniū qd̄ ī terra datur ad diſcer-
nendos vtiqꝫ qui in ea exules ſunt ab
indigenis hoc eſt celi ciues a ciuibus
babilonis. qm̄ em̄ ſine teſtimonio elec
tos ſuos deſerit deus aut certe que naz
eis poterit eſſe ꝯſolatio inter ſpē ⁊ me
tum. ſi nullū omnino electōis ſue ha-
bere teſtimoniū merentur fidelis ē em̄
ſermo ⁊ om̄i acceptatōe dignus. quo
ſalutis teſtimonia ꝯmendanſ. Tres ſ
quit qui teſtimoniū dant in terra ſpi-
ritus aqua ⁊ ſanguis ī primo hoīe pec
cauimus omnes in ipō etiā cecidim⁹
vniuerſi Cecidimus ſane in carcerez
luto pariter ⁊ lapidibus plenū Exinde
iacebamus captiui inquinati ꝯqua ſſa
ti donec venit deſideratus gentiuz. qui
nos redimeret ablueret ⁊ coadiuuaret
hic eſt em̄ qui cū ꝓpriū ſanguinē dedit
in redemptōnem aquā ſimul,pduxit
de latere ſuo in ablutionē. emiſit demi-
qꝫ de excelſo ſpūm ſuum. qui adiuua-
ret infirmitatem noſtrā. Quis eſt aūt
qui teſtimoniū habet effuſi ſanguinis
niſi qui ꝯtinet a peccatis ſuus em̄ pec-
cati eſt qui facit peccatū. vt ſi deīceps
continere potuerit ⁊ iugū abicere mi-
ſere ſeruitutis certiſſimuz ſit teſtimo
niū redemptōis. quā opatur ſine du-
bio ſanguis criſti. verū nō ſufficit pec-
catori ꝯtinencia ſi nō aſſit etiā penitē
tia. habet ergo ab aqua teſtimoniū qui
laborat in gemitu ſuo lauans p ſingu
las noctes lectum ſuū. Sane nouum
ſuperueniſſe ſpūm certiſſime noua cō
uerſatio teſtatur iam vt breuiter repe
tam a ſanguine aqua ⁊ ſpū habere ē te
ſtimoniuz ſi cōtines a peccatis ſi dig
nos agis fructus penitentie. ſi facis o-
pera vite. hec bernar. Quomodo vero
vel p que ſigna poſſit homo ſe intelli-
gere remiſſionē peccatoꝝ eſſe conſecu
tum. De hoc ſciendū ꝙ omnipotens
⁊ pius deus in vere penitentes ſolet ve
nire. vt medicus ad egrotos. infūdēs
eis oleū ſalutis ⁊ vinū ideſt ſpem ſalu
tis ⁊ leticiam de remiſſione peccatoꝝ
qd̄ tunc miſericorditer agiſ. cū deus
ꝓpter deuotionē noſtrā ⁊ ꝯpunctionē
cordis ac lacrimaꝝ effuſionē ac vite ī
melius emendationē miſericordiā ſu
per nos motus dimittit nobis pecca
ta noſtra omnē horrorem ⁊ omnem ti
morem extergens a cordibꝫ noſtris.
dicens vnicuiqꝫ peccatori ſed penitē
ti deleui vt nubem iniquitates tuas ⁊
q̄ſi nebulā peccata tua. qd̄ tunc digne
fit cū rugoſa lamentatō in letā q̄ndaz
ꝯſciam ꝯmutatur in nobis ita vt quo
ciens penitens ex deuota ꝯſuetudīe re
dire voluerit ad luctū penitētie ponēſ
ante mentis ſue oculos peccatoꝝ mag
nitudinē ⁊ multiplicitatē volens ſe p
hoc vt nudiuſtercius ad luctū ⁊ amari
tudinē penitētie,puocare. ipē ſpirit⁹

ſanctus ꝑhibens ſpiritui noſtro teſtimoniū ꝙ dimiſſa ſunt peccata duocō nem noſtram de eadem materia pctōrum de qua prius amaram penitentiā habuimus non ad planctū ſed ad cantum non ad triſticiam ſed ad leticiā non ad cōtritionem ſed ad gratiaꝝ actiones nobis inuitis ⁊ quodāmodo nonꝯſencientibꝰ ꝯmutat. ita vt ex perſona ſua dicat ſpūſſanctus illud yſaie Dominus ad āñūciandū manſuetis miſit me. vt mederer cōtrito corde ⁊ ꝯſolarer oñes lugentes ⁊ darem eis coronaȝ ꝓ cinere. oleū gaudij ꝓ luctu palliū laudis ꝓ ſpiritu meroris. Vñ etiā dicit beatus bern. O quanta me amaritudine frequenter liberaſti adueniens tāq̄ medicus bone ihesu. quociens poſt anxios fletus poſt inenarrabiles gemitus ſauciā ꝯſciam meā vnxiſti vnctione miſericordie tue. ac oleo leticie ꝑfudiſti. quociens me oratio q̄ fere deſperantē ſuſcepit reddidit exultantē ⁊ veniā preſumenteȝ. lxc Berñ. R Et ne nobis vlla erroris facultas remaneat. ꝑ quā dcepti fingere nos poſſemus eē peccatoꝝ veniā ꝯſecutos. iō cū in ore duū vel triū ſtet omne verbū. iō introducēdi ſunt tres teſtes. quorū teſtimonia credibilia facta ſunt nimis. ſcȝ fides ſpes ⁊ caritas quos ad ꝓbationē huius gratie ſic introducere poſſumus. primo cū aſcēdit homo tribunal mentis ſue hoc eſt qđ dr ī ps Signatū eſt ſup ⁊c. vbi tāgitur fides Leticiā in corde meo. vbi ſpes in pace in idipſuȝ. vbi caritas. In lectulo meo ꝑ noctem queſiui quē diligit anima mea cant. iij. vt examinet aliqđ peccatū in ꝯſcia. qđ nō amata penitēcia ꝯgrua ⁊ digna ſatiſfactione punitū ſit. penitus tñ ꝯfeſſus ē ⁊ gemit illđ tūc accedit primus teſtis ſcȝ Ezechiel cui ⁊ credendū eſt qui dicit ex ꝑſona domini. In q̄cūq̄ hora gemuerit peccator. oīm peccatoꝝ ſuoꝝ nō recordabor amplius. ꝑ qđ dictū ꝓbat in corde hominis ēmiſſionē peccatoꝝ. ⁊ hoc maxime quantū ad culpā ⁊ ſi nōdum ad penam. Si aūt deuotus homo hoc teſtimonio nō ꝯtentus vlterius ꝓgrediens puniens in ſe qđ deliquit ſupplicans deo ⁊ ſatiſfaciens quantū poteſt accedit alius teſtis teſtificās in corde ſuo remiſſioneȝ peccatoꝝ ⁊ hic teſtis ſpes dr ex ſerena ꝯſcīa ꝓcedēs que teſtimoniuȝ perhibet in corde noſtro ꝙ dimiſſa ſint peccata noſtra. De hoc teſtimonio dt ſanctus iohan. Si ꝯſciencia noſtra nō reprehendit nos fiduciā habemus ad deuȝ. Et bea. augu. Inter iuſtū iudiciū ⁊ purā ꝯſcientiā noli timere cauſam tuā. Et bea. gre. Quē cōſcientia defendit. inter accuſatores liber eſt. verū q2 hic teſtis dat fiduciam nullam aūt certitudinē qđ clare patȝ ꝑ apoſtolū qui cū ex teſtimonio ꝯſcienciē diceret nihil mihi ꝯſcius ſum. ſubiunxit ſed non in hoc iuſtificatus ſum nullā ſibi ex hoc teſtimonio dans certitudinē. qđ in ꝯſcīa ſua neſciebat ſciuerat ſpe deus. Vñ addit Qui aūt iudicat me ipſe dominus eſt iō ad veraȝ ⁊ purā certitudineȝ remiſſionis peccatoruȝ. accedit tercius teſtis caritas vicȝ qđ tunc fit cū homo deuotus ad ꝯſiliū apoſtoli que retro ſunt oblitus ad ea que ſunt vlteriora ſe extendēs nō ꝯtentus priorib9 teſtib9 ſe totum effundit in obſequiū criſti gemens et ſupplicans vt cum eo faciat ſuam miſericordiā deus. ad quā ſupplicationē miſertus pater miſericordiaꝝ de celo mittit terciū nunciū vel teſtē caritateȝ in qua infundit ſpūm ſanctum qui ſecundū apoſtolū teſtimoniuȝ perhibet ſpūi nřo ꝙ filij dei ſumus ⁊ ꝙ remiſſionē peccatorum oīm ꝯſecuti ſimus

Detur igiť adhuc euidenciũs argumẽ
tũ vicȝ cũ de timore tranſiť penitus in
amorẽ. vt deũ quẽ prius timoroſum ĩ
noſtra deuotione ⁊ terribilẽ ymagina
bamur. nunc amabilẽ ⁊ gracioſuȝ ado
remus. ⁊ cui prius in oratõe ſupplicã
tes diximus. Noli me ↄdẽnare. nũc
fiducialiter dicimus. Abba pater in
v̾bo tuo ſupſperauim⁹ hec mutatõ cer
tiſſimũ eſt ſignũ ꝙ remiſſioneȝ pecca
toꝝ ſimus ↄſecuti. hos duos aduẽtus
tangebat apoſtolus cũ diceret. Nõ ac
cepiſtis ſpũm ſeruitutis iteꝝ in timo
re ſed accepiſtis ſpũm adoptõis filioꝝ
in quo clamamus abba pater. in eo ꝙ
dicit ſpũm ſeruitutis tangit primum
aduentum. cũ vero ſubiungit Sed ac
cepiſtis ſpũm adoptiõis filioꝝ tangit
ſecũdũ ꝺ quo mõ agiť. in eo eñ ꝙ no
ſtra deuotio ſe habet ad deũ non vt ad
dñm. nõ vt ad iudicẽ ſȝ vt ad patrem
in eadẽ ipã deuotione ſtat ipã atteſta
cio vel ĩfundiť vt ſimus filij dei. qđ fit
ꝑ ſpũm ſanctũ. ipe nanq3 ſpũſſanctus
ꝑut dicit beatus ber. Certiſſima ſigna
inprimit cordibꝫ noſtris q2 remiſſio
nẽ peccatoꝝ ſim⁹ ↄſecuti fiducialiter.
Ubi notandũ ꝙ quanto ꝑfectior ⁊ ſã
ctior vita fuerit ĩ hoĩe. tãto maior cer
titudo tam de remiſſione peccatoꝝ q̃3
etiã de eterna beatitudine poſſidenda
habeť. B Certitudo aũt ſpei ex tri
bꝫ oriť vicȝ ex infuſiõe grãꝝ diuinit⁹.
ex habundancia meritoꝝ ⁊ ex ꝑguſta
tõe eternoꝝ. hec vero tria ſpũſſanctus
operať in electis ipe eñ infundit grãȝ
ad deũ diligendũ ipe dat vires ad bñ
opandũ. ipe donat ſpũalẽ dulcedineȝ
ad celeſtia deguſtãda. hũc ſpũm ſanc
tũ oĩpotens deus dat ſuis dilectis q̃ſi
quoddã pignus eterne felicitatis. per
qđ ad ĩterioris ſpei certitudinẽ robo
ranť De hoc bea. gre. xvi. mo. ſic dicit
In ſacra ſcriptura appellatiõe pigno
ris aliqñ donũ ſpũſſancti ſignať. pig
nus nãq3 accipiť donũ ſpũſſancti ſic
ꝑ bea. pau. ꝺr. Qui dedit nobis pign⁹
ſpũs. Ad hoc eñ pignus accipimus
vt de ꝓmiſſiõe q̃ nobis fit. certitudinẽ
teneamus donũ ĝ ſancti ſpũs pignus
ꝺr q2 ꝑ hoc aĩa nr̃a ad ĩterioris ſpei
certitudinẽ roborať. hec gre. L
Sed ⁊ hoc notãdũ ꝙ ↄſcia erronea et
nimis ſtricta mľtũ ĩpedit ⁊ obnubilat
fiduciã ſpei. nã ſũt nõnulli q̃ formãt ſi
bi ↄſciam de aliquo facto vbi peccatũ
vel culpa nõ eſt. De q̃bꝫ bea. greg. ſic
ait piaꝝ menciũ eſt ibi culpã agnoſce
re vbi culpa nõ eſt. Cũ igiť talis ꝑplex
itas ꝑualuerit magnã puſillanimitatem
⁊ triſticiã generat in hoĩe. Uñ q̃ taleȝ
paſſionẽ erronee ↄſcie ſuſtinet dȝ eaȝ
aut ꝑ ↄſiliũ alterius deponere vt fidu
ciã ſpei eo liberius poſſit ad celeſtia ſe
dirigere. hec de ſpe. Filius

Poſtq̃3 informatus ſum de fide ⁊
ſpe nunc de caritate. Et prĩo vñ
ipã caritas ortum habeat. ꝺ hoc deſi
ro informari.

Capitulum IIII Pater U

Hoc ſcire debes
ꝙ caritas ortũ hȝ ⁊ ꝓcedit ex
ſpũſſancto. qui dať fidelibꝫ ad ſaluteȝ
aĩe. Uñ ꝺr apoſtolus paul⁹. Caritas
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per
ſpiritum ſanctuȝ. qui datus eſt nobis
De quo ſpiritu ſciendum. ꝙ cũ ꝑ ſuã
preſenciã coꝛ hominis poſſederit. pri
mo illud ſi ꝑ peccatũ pollutum eſt ad
penitentiam compungit. quia qđ ho
mo cõfiteť ⁊ penitet hoc hȝ ex ſpiritu
ſancti dono. Teſtatur hoc beatus aug.
ſic dicens. Jam donum ſpiritusſancti
habet qui ↄfitetur et penitet quia non
poteſt eſſe confeſſio peccati et compũ
ctio in homine ex ſeipſo. Cum enim
quiſq3 ſibi iraſcitur ⁊ diſplicet ſine do

no ſpūſſancti non eſt. Purgato vero
corde a vicijs ꝑ penitentiā ipē ſpūſſā
ctus dat robur ⁊ vires ad facienda bo
na opa nec patit̄ quicquā maculoſuꝫ
reſidere in mente hominis. vt ex eo ex
peditius poſſit ſuum affectū dirigere
in caritatem dei. De hoc dicit beatus
ber. Porro ad faciendū bonuꝫ tria in
nobis ſpūs bonꝰ opat̄ ꝑfecto monet
docet ⁊ mouet. monet memoriā. docet
rationē. ⁊ mouet voluntatem X
In his eñ tribus ꝯſiſtit anima noſtra
Memoria bona ſuggerit in cogitatō
nibꝫ ſanctis atqꝫ ita ignauiā noſtram
torporemqꝫ repellit. ꝓpterea quotiens
huiuſmodi ſugeſtionē boni ſenſeris
in corde tuo. da honoreꝫ deo. ⁊ age re
uerenciaꝫ ſpirituiſancto. cuius vox ſo
nat in auribus tuis. ipē nāqꝫ eſt qui lo
quitur iuſtitiam ⁊ remiſſionem opat̄
peccatoruꝫ. facitqꝫ ſollicite ambulare
cum deo. Scrutatur etiā ꝓfunda pec/
toꝝ noſtroꝝ ⁊ intentionē cordis. qui
nec paleā intra cor cuius poſſidet ha/
bitaculum patitur reſidere. ſed ſtatiꝫ
igne ſubtiliſſime circūſpicōis exurit.
Eſt etiā ſpiritus dulcis ⁊ ſuauis. qui
noſtram voluntatem erigit et dirigat
vt eam veritatem intelligere ⁊ feruen/
ter diligere ⁊ efficaciter implere poſſi
mus. hec Bernardus. Ipſe nāqꝫ ſpi/
ritusſanctus illa q̄ ſcd̄m naturā ſunt
homini difficilia vel impoſſibilia ꝑ ſu
am ꝑſenciā facit leuia ⁊ facilia. Qd̄
affirmat beatus bernardus ita dicens
Spiritusſanctus ſpiritus dulcis. īfir
ma roborans. aſpera planans. corda
purificans. ⁊ quicquid in ſeculo ne/
quam videtur difficile ⁊ anguſtum. fa
cit leue ⁊ latum. Ipſe eñ ſpiritus dat
robur vire. vt quod per naturam tibi ī
poſſibile eſt facile videatur vt in labo
ribus. vigilijs fame maledictione. ⁊
perſecutione hominum ⁊ in omnibus

obſeruantijs regularibus hilariter in
cedas ſicut in omnibꝫ diuicijs. hec ber
nardus. A Et notandum ꝙ ſine
ſpiritu ſancto nemo ſaluari poteſt. nā
ab ipſo ſunt dona ſine quibus ad vitā
eternam peruenīri non poteſt. vt ſunt
virtutes fides ſpes ⁊ caritas humili/
tas ⁊ paciencia. Spiritusſanctus ſem
per in electis omnibus manet per mi/
raculorum vero opacionem non ſemꝑ
ſed quando eſt indigencia ꝓpter edi/
ficationeꝫ eccleſie. De hoc beatus gre
gorius .ij. moralium. Notandum qd̄
alia ſunt dona dei. ſine quibus ad vitā
nequaquam pertingitur. atqꝫ alia qui
bus vite ſanctitas pro aliorum vtili/
tate declaratur. manſuetudo nāqꝫ. hu
militas. paciēcia. fides ſpes. caritas
dona eius ſunt. ſed ea ſine quibus ad
vitam homines nequaquaꝫ peruenire
poſſunt. ꝓphecie autem virtus curatio
infirmorum genera linguarum. inter/
pretatio ſermonum dona eius. Sed
que virtutis preſenciam pro correpti
one intuenciuꝫ oſtendunt. In his igi
tur donis ſine quibus quis ad vitam ꝑ
uenire non poteſt ſpiritusſanctus ſiue
in predicatoribus ſuis ſiue in electis
ſuis omnibus ſemper manet. In illis
autem quibus per oſtenſionem illius
non noſtra vita ſeruatur ſꝫ alioꝝ que
ritur. nequaquam ſemper in predica/
toribus permanet. quia ꝓpter hoc qui
dem eorum cordibꝫ ad beneviuenduꝫ
preſidet. nec tñ per eos virtutū ſigna
ſemꝑ oſtendit. ſꝫ aliqñ ſe eis ſignoruꝫ
oſtenſionibꝫ ſubtrahit. vt eo humiliꝰ
virtutes eius habeant̄. quo habito te/
neri nō poſſunt. hec gre. Etiā ſpūſſan
ctus cor quod poſſidet celeſtibꝫ deſide
rijs inflammat. ⁊ ad contemptum re/
rū temporaliuꝫ ſtimulat quē carnales
⁊ ſeculares homines capere non poſ/
ſunt quia cor ſuū per dſideria terrena

dilatant. De hoc beat⁹ Greg.v. mo.
exponēs illa verba Porro ad me venit
verbum abſcōditū. ſicut ait poteſt per
verbum abſconditū allocucō intime
aſpiracōis intelligi. de qua iohānes
ait. Unctio eius docet vos de omnibꝫ.
Que nimirū aſpiracio diuinarum hu
manarum mentem ꝯtingendo ſubleuat.
⁊ tempales cogitationes ꝺ̄pmēs eter
nis hanc deſiderijs inflāmat. vt nihil
ei iam niſi que ſupna ſunt libeat ⁊ cūc
ta que inferius de humana perſtrepūt
corruptione ꝯtemnat. Abſconditum
ergo verbū audire eſt locutionem ſci
ſpiritus corde ꝯcipere que pfecto ſci
re non poteſt niſi a quo haberi pt. Unī
⁊ veritatis voce de abſcondita locutio
ne dicitur. Ego rogabo patrem ⁊ aliū
paraclitum dabit vobis vt maneat vo
biſcum in eternū ſpiritū veritatis quē
mūdus non poteſt accipere Sicut eñ
idē paclit⁹ p⁹ mediatoris abſceſſū a
lius hūani generis ꝯſolator in ſemet
ipſo inuiſibilis eſt. ita hoīem quem re
pleuerit ad deſideranda inuiſibilia ac
cendit. ⁊ qm̄ munda corda ſola īnui
ſibilia diligunt. hunc mundus nō ac
cipit. qui ad diligenda viſibilia nō aſ
ſurgit Seculares etenī mētes q̄nto ſe fo
ras per deſideria dilatant. tanto ad re
ceptionē illius ſinū cordis anguſtant
⁊ qm̄ valde ī hūano genere pauci ſūt
qui a ꝺ̄ſiderioꝝ carnaliū purgati ſor
de ad ꝑceptōez ſpū ſſancti ipa hac pur
gatōe dilatent. Verbū hoc abſcondi
tū ꝺ̄r. qꝛ illud a quibuſdā ꝓculdubio ī
corde concitatur qđ a maxia parte ho
minū neſcit. hec greg. Habet etiā ſpi
ritus ſſanctus alios diuerſos virtutis
effectus. omniū eſt eñ artifex. omnē
habens virtutē omnia ꝓſpiciēs Et idō
bene ꝯpat igni materiali nō eī fruſtra
aut ſine cauſa deus ignis dicitur ſcđꝫ
ꝓprietates ī igne reptas. Eſt eī ignis

obmiſſis alijs ꝓprietatibꝫ calefacti⁹ il
luſtratiuus. renouati⁹. attractiuus. ele
uatiuus. immutatiuus. diffuſiuus. v
nitiuus. has ꝓprietates ignis materi
alis deus ſpūaliter in aīa opatur ſig
nis eñ diuinus ex virtute calefactiua
dat dilectionē. ex virtute illuminatia
dat ꝯgnitōꝫ. ex virtute renouatiua pec
catoꝝ expurgationē. ex virtute attrac
tiua ſpūalis vite diſpoſitōꝫ. ex virtute
īmutatiua ſpūalē ꝯſolationē. ex virtu
te eleuatiua celeſtē ꝯuerſationē. ex vir
tute diffuſiua meritoꝝ cumulationē.
ex virtute vnitiua pleniſſimā pfectōnē
Sed ⁊ hoc notandū ꝙ ſicut ſpūſſanc
tus in corde noſtro erigit nos quadaꝫ
fiducia poſtulans ꝓ nobis gemitibus
inenarrabilibꝫ. vt dicit apoſtolus ita
in corde dei deū īclinat ad nos ſua mi
ſericordia. Et ſicut in nobis interpel
lat pro nobis. ſic in patre delicta con
donat cū patre De hoc beatus bernar.
ſic ait. Spūs ꝓcedendo predeſtinat.
ſpirando vocat quos p̄deſtinauit. iha
bitando iuſtificat quos vocauit replē
do accumulat meritis. Per quē ſicut
pater ⁊ filius vnū ſunt. ſic ⁊ nos vnū
in ipis ipe eſt qui poſtulat ꝓ nobis ge
mitibꝫ inenarrabilibus ⁊ hoc quideꝫ
in corde noſtro. Qui autem in corde
patris ſicut in nobis interpellet ꝓ no
bis ita in patre delicta donat cum ipo
patre. Aduocatus noſter in cordibus
noſtris ad patrem dominus noſter in
corde patris itaqꝫ qđ poſtulamus idē
ipſe donat qui donat vt poſtulemus et
ſicut erigit nos pia quadā fiducia. ita
deum inclinat ad nos magis pia mi
ſericordia ſua. hec Bernardus. Ecce
quomodo miſericors deus per ſpiritū
ſanctum mentes ſanctorum celeſti de
ſiderio implet et amore accēdit ad po
ſtulandum ⁊ ipe ipletas exaudit ac ex
cordibus eoꝝ ſuſcipit preceꝫ. Quod

etiã beatus Gregorius ſentit in libro
ſuper Ezech.ſic dicens.Omnipotẽs
deus implet mentẽ ſanctoꝝ celeſti de-
ſiderio ⁊ ipſe exaudit impletas.ipſe eĩ
in ſanctoꝝ cordibꝫ creat amorẽ.⁊ ip-
ſe ex noſtris cordibus ſuſcipit precez
Negationẽ ſuã petrus fleuit amare ſꝫ
tñ illic ꝑmittitur.qꝛ dñs reſpexit petꝝ
Venit maria magdalena poſt multas
maculas culpe ad pedes redẽptoris
noſtri cũ lacrimis cecidit ſed quis il-
lam infudit intus niſi qui benigne ſu-
ſcepit foras.Quis illam ad lacrimas
ꝯpunctõis vrgebat.niſi qui hanc exte
rius coram ſimul recũbentibꝫ recipie
Hinc eñi pphẽta ait. Clamabo p diẽ ⁊
nõ exaudies. ⁊ nocte ⁊ non ad inſipi-
mi. ac ſi diceret nequaqꝫ mihi ad inſi-
pientiã pficit ꝙ die ac nocte clamantẽ
me ↄtinue nõ exaudis. qꝛ vñ me in tri
bulatõe tpali q̃ſi deſeris. inde ad eter-
nã ſapiam plus erudis. hinc etiaꝫ dr.
Adiutor in opportunitatibꝰ in tribulati
one. Tribulationem quippe dicturus
opportunitatẽ pmiſit. qꝛ ſepe ⁊ in tribu
latione ↄuertimi ⁊ tñ opportunũ nõdum
eſt. vt deſiderio ereptionis adiuuemur
ſed cũ clamor noſter q̃ſi negligitur ſpes
que cordi inerat infirmatur ⁊ ſupna ad-
iutoria de futura credimus. qꝛ tardius
impetramus. Sed cũ nos deſperatio-
nis pcella ↄturbat. ↄcuſſa mẽs citius
in portũ ſpei ſe collocat. ſi cauſas ſuas
ſubtiliter cuꝫ dño penſat. ſi bona eius
ad memoriam reuocat. ſi mala que bo
nis eius reddidit apud ſemetipm ical-
lide non excuſat. Si ppendit quid ab
eo iuſte meruit. ⁊ quid clementer acce
pit. Siuitã ſuã viuaciter diſcutit ⁊ an
dei oculos oẽ qđ agit exaĩans ſemetip
ſum ſibi non abſcondit. ſi faciã ſe que
nõ erat meminit. ſi illuminatã ſe atqꝫ
ſubleuatã que in tenebris iacebat ag-
noſcit. Hec ergo in ſemetipa cũcta re-
colligens. dũ bona accepit cõſiderat
aduerſa que tolerat nõ accuſat. nec de
ſperatione frangitur. que tantoꝝ mune-
rum ↄſolatione roboratur. qꝛ ſpem de fu
turis recipit. dum tranſacta beneficia
recognoſcit. Penſandum eſt igitur quã
ti eſt periculi tranſacta munera cerne-
re ⁊ futura deſperare. quanti eſt piculi
ſi in hac pcella tribulationũ deſperati
onis naufragio frangimur qui ad por-
tum ſpei velut immenſis funibꝰ pteri-
tis bonis ligamur. hec gre. D Plu
res etiã ſunt cauſe quare orantes in ſu
is precibꝰ non exaudiuntur. Prima eſt
ppter exceſſum culpe ſicut ſunt illi qui
ſunt in peccatis mortalibꝰ ↄſtituti De
quibꝰ dr yſaie. v. Cum multiplicaue-
ritis orationes non exaudiam vos. Et
ſubiũgit cauſam. manus eñi veſtre ſan-
guine plene ſunt Item ppter teporem
orantis qꝛ feruenter ⁊ deuote non orat
Vñ hiere. ix. Orabitis ⁊ non exaudiã
vos cũ queſieritis me in toto corde ve
ſtro quaſi dicat non aliter. nam queſie
ritis me orando tepide ⁊ negligenter
nõ exaudiã Item qꝛ orans non pſeue
rat orãdo donec obtineat Luce. xj. Si
pſeuerauerit pulſans ppter improbi-
tatem eius. ↄſurget ⁊ dabit ei. Et iu-
dith. iiij. Scitote qꝛ exaudiet pces ve
ſtras ſi pmãſeritis in ieiunijs ac orõni
bus in ↄſpectu dñi Item ppter diffidẽ
tiam exauditõnis. vñ dr iaco. v. Qui
enim heſitat non exiſtimet ꝙ accipiat
aliquid a domino. Et eccl'. xviij. Ante
orõnem prepara animam tuam ⁊ noli
eſſe quaſi homo qui temptat deum. ſ.
fidelis audire. Item ex eo qꝛ nociuũ ⁊

indiſcretum eſt qđ petimus vt filiȷ̄ zebe
dei quibꝫ dr̄. neſcitis quid petatis. Et
iaco. iiij. Petitis ꝛ non accipietis eo
ꝙ male petatis. Itē vt humilis orans
dū tardius exaudiť. ꝛ ſic duo bona ꝑ-
ueniunt. vt viꝫ inſolens reprimať ela-
tio ꝛ tñ petitionis non caſſeť affectus
vel vt in aliud tp̄s exauditio differať
magis ꝯgruum ꝛ vtile petenti. Item
aliqñ negať vnum qđ forte minus ex
pedit. vt ꝓ eo deť aliud vtilius ꝛ meli-
us vt paulo ꝯtigit cui ſtimulus carnis
non eſt ablatus vt virtus in infirmita-
te ꝑficereť in eo. Utilior eſt enim ſepe
exercitatio tribulatōis. ꝙ̄ quies ꝓſpe
ritatis. licet hanc plus optemus. Sꝫ
ſublatis iſtis ꝛ aliȷ̄s impedimētis que
poſſūt orōnis bonum impedire. abſqꝫ oī
heſitationis infidelitate precibꝫ eſt in
ſiſtendū nobis. obtenturoſqꝫ nos eaꝝ
vegetate cuncta que ſcḋm deū popoſceri
mus minime dubitandū. hortať enim
nos dñs volens ea que ſunt eterna ce-
leſtiaqꝫ preſtare. vt euꝫ importunitate
noſtra quodammō coartemus qui im
portunos nos non ſolum non deſpicit
nec refutat. ſed etiam inuitat ꝛ laudat
eiſqꝫ preſtituꝝ ſe quicqḋ ꝑſeuerante
orantes ſperauerint benigniſſime polli
ceť dicens. Petite ꝛ accipietis. queri
te ꝛ inuenietis. pulſate ꝛ apieť vobis.
Et iteꝝ. oīa quecūqꝫ petieritis in orō
ne credentes accipietis ꝛ nihil impoſ
ſibile erit vobis. Et ideo ꝓ certo nō ex
audiendū ſe ſupplicans quiſqꝫ non du
bitet cū ſe dubitauerit exaudiri. ¶

¶ Unde in oratōne duo maxime ſunt
neccāria. videlicꝫ ꝑſeuerantia ꝛ ꝯfiden
tia. Perſeuerantia vt in precibꝫ ꝯſtan
ter ꝑſeueremus. Confidentia vt illa q̄
petimus a deo obtinere nō diffidamꝰ
Sic igiť agentes orōnis fructu neqꝫ̄
priuabimur. Et notandum ꝙ miſeri
cors deus aliqñ videť benigne deuote

orantē reſpicere ꝛ clementer eius ora
tionibꝫ ꝯſenſum prebere ꝛ fauorabili-
ter annuere deſiderio obſecrantis. ꝛ
hoc deuote mētis ꝯfidētia ſolet indici
um exauditōnis eſſe. nā cū orātes nos
nulla interpellauerit heſitatio ꝛ fiduci-
am nr̄e petitionis nulla deſpatio deie-
cerit. ſed obtinuiſſe nos in ipſa orōis
effuſione qđ poſcimus ſenſerimus nō
ambigamus ꝓ̄ces nr̄as ad deū efficaci
ter penetraſſe. tantū eñi quis exaudiri
atqꝫ obtīere merebiť quantū vel inſpi
ci a deo vel deū crediderit poſſe ꝓ̄ſtare.
irretractabilis nāqꝫ eſt dñi noſtri illa
ſnīa. Quecūqꝫ orantes petitis credite
qꝛ accipietis ꝛ eueniēt vobis. Hec aūt
exauditōnis fiducia maxime de ꝯſcīe
puritate ꝓcedit. qꝛ quāto quis magis
purgatū cor habuerit. tanto maiorem
ꝯfidentiā ad orōnum obtentū hēbit.
nec tñ diffidat de exauditōe qñ nō ſta
tim ꝓ voto ſuccedit oranti. ſed ꝑſeuera
re dꝫ pulſando donec amicus q̄ſi ꝯmo
tus improbitate ſupplicantis det ei qđ
poſtulat ¶ Notandū etiā ꝙ non-
nunqꝫ tp̄e orōnis mentē hoīs cogitati
ones immunde ꝛ cure ſeculares occu-
pant ꝛ impediūt. hoc ꝟo ꝯtingit inter-
dū ꝓpter pctā prius ꝯmiſſa. interdum
ex negligētia ꝓpria. interdū etiam per
tēptamenta dyabolica ꝓpter pctā ꝓ̄te
rita. tale īpedimentū euenire ſolet. qꝛ
nouerit ad deū ꝑ ꝓmaꝫ ꝯuerſus dū orō
niꝰ inſiſtit mala prius geſta q̄ ad aīm re
mūt q̄ mētē eius ꝯfundūt ꝛ multū im
pediūt. De hoc bea. gre. in q̄dā omeľ.
ſic ait. Dū ab hoc mōo ardētius aīm
ad deū inuitamus. dū ad orōis opus
ꝯuertimꝰ ipſa q̄ prius delectabiľr geſſi
mus īportūa atqꝫ grauia poſtea in orō
ne toleramus Uix eoꝝ cogitatō manū
ſcī deſiderȷ̄ ab oculꝰ cordis abigiť vix
eoꝝ fantaſmata ꝑ ꝑñie lam̄ta ſupanť.
ſed q̄̄to grauiori tumultu cogitatōnū

carnalium ꝑmimur. tanto ardentius oꝛõni inſiſtere debemus. hec greg. Ex negligentia vero ꝓpꝛia talia impedimenta eueniunt. qñ aliquis extra oꝛõnem poſitus ſe illicitis cogitationibꝫ occupat ⁊ mentem ſuã curis ſecularibus implicat. Cũ aũt ad oꝛõem reuertit' pꝛius cogitata ad memoꝛiam reuocantur. ⁊ idcirco ꝑ eaſdẽ cogitatiões oꝛõnis deuotio impedit'. hec tangit beatus greg. x. moꝛal'. ſic dicẽs Sepe nã ꝗ immunda vel illicita quedã in aĩo verſamus. quotiẽs a ꝑcibꝫ vacamus. ſed cũ mens ad ſtudiũ oꝛõnis erexerit ſe eaꝝ ymagines reuerberata patitur. quibꝫ libenter pꝛius ocioſa ꝑmebat'. ⁊ qñ iam faciẽ aĩa ad deũ leuare nõ ſufficit. qꝛ in ſe nimiꝝ inquinata mẽte maculas pollute cogitatõis erubeſcit. ſepe curis mũdi libenter occupamur. Cũq; poſt hec ſtudio oꝛõnis intendimus nequaq; ſe mẽs ad celeſtia erigit. qꝛ pondus hanc terrene ſollicitudinis in profundum merſit. ⁊ in ꝑce facies mũda nõ oſtendit'. qꝛ cogitatõis infime luto maculat'. hec gre. Immunde etiã cogitationes deuotis viris ꝑ tẽptamenta dyabolica eoꝝ coꝛdibꝫ tpe oꝛõnis immittũt' ⁊ qũuis illis repugnẽt. tñ ꝓpter hec in ſua oꝛõe impediunt'. De hoc idẽ grego. ix. moꝛal'. ſic dĩ. Preci itaq; intendendũ eſt cũ recte agimus vt omne quo iuſte viuimus ex humilitate ꝯdiamus. Sed plerũq; ipſa noſtra deꝑcatio tã multis temptationibꝫ quatit'. vt pene a ꝯſpectu iudicis repulſa videat'. Et ſepe hanc creatoꝛ miſericoꝛs ꝑcipit ſed qꝛ illibatam ſe vt vult exercere non valet. ſup ſe iudiciũ repꝛobatõis pauet Vñ ꝑ iob dĩ. Et cũ inuocantem me exaudierit nõ credo ꝙ exaudierit vocẽ meam Plerũq; etenĩ mens igne diuini amoꝛis ſtimulata accendit'. atq; intuẽda celeſtia ⁊ archana ſubleuatur. ſed repentina temptatione ꝑcuſſa que intentione foꝛti erecta in deo fuerat. aboꝛtis cogitatõibꝫ transfixa cõturbat' ita vt ſeipſam diſcernere nequeat atq; inter vitia virtuteſq; deꝑhenſa et qua ꝑte ſit valentioꝛ non agnoſcat. nã ſepe ad hoc vſq; ꝑducit' vt miret' quõ tam ſumma ꝯpꝛehendit. quam cogitatio illicita polluit. ⁊ rurſum quomodo illicitã cogitatõem recipit quã ad ſupna valide feruoꝛ ſpũs rapit. Quos alternãtes cogitationũ motus in aĩo bñ ꝑs intuens ait. Aſcendũt vſq; ad celos ⁊ deſcendũt vſq; ad abyſſos Vſq; ad celos quippe aſcendimus cũ ſũma penetramus ſꝫ ad abyſſos vſq; deſcendimus. cũ repente a ꝯtẽplatõis ꝑ turpia temptamẽta deijcim̃. motus itaq; aĩe dũ inter vitia ſe alternant. nimiꝝ ſibi rectitudinẽ exauditionis obnubilant Recte igit' dĩ Et cũ inuocantem me exaudierit qꝛ q̃tumcũq; mens et ipſa ſua mutabilitate ſit trepida. ⁊ ꝑ hoc ꝙ nolẽs patit' repulſam ſe abiectã q; ſuſpicat'. hec greg. Tales aũt malo cogitatõnes vt dĩ glo. quedã dũmodo reſiſtit' eis ⁊ que ſunt ꝑter voluntatem nõ fruſtrant'. nec tollũt fructũ oꝛõnis faciũt tñ inſipidã deuotõem. hec gloſa

G Sciendũ etiã ſm beatũ gre. xxiij moꝛal'. ꝙ ſunt nõnulli intra ſanctã eccleſiã. qui ꝓlixas ꝑces ad dñm habent ſed vitã ⁊ moꝛes deꝑcantium non habent. nã celeſtia ꝓmiſſa petitionibꝫ ſequunt' opibꝫ fugiunt hi nõnũq; lacrimas etiã in oꝛõne ꝑcipiũt. ſed cũ poſt oꝛõnis tpa eoꝝ mentẽ ſupbia pulſauerit. illico faſtu elationis intumeſcunt. Cũ auaritia inſtigat mox auide per incendia cogitationis exeſtuant. Cũ luxuria tẽptauerit. illicitis deſiderijs anhelãt Cũ ira exarſerit mox mãſuetudinem mẽtis flamma inſanie cõcremat. vt ergo diximus fletus in oꝛõne ꝑci

piunt. ſed expletis precibꝯ cum vitioꝝ
ſuggeſtione pulſant᷑. nequaq̄ ꝓ eterni
regni deſiderio ſe fleuiſſe meminerūt.
Virtutis ergo pondus orato nō habet
quā nequaq̄ pſeuerantia ꝯtinui amo-
ris tenet. Veraciter etiā orare eſt amo
res ꝯpunctionis gemitus ⁊ non ꝯpoſi
ta verba ſonare. hec greg. Qui etiā pa-
tit᷑ temptatōem quocunq̄ mōvt dt yſi
do. ille totiens orōnem ſuā fundat. q2
frequens orō impugnatōem vitioꝝ ex
tinguit. hec yſido. Dicit etiam beatus
ambro. Bonū ſcutū eſt orō quo aduer
ſarij ignita ſpicula repellunt᷑ Vñ dñs
monet di. Vigilate ⁊ orate ne īteris
in temptatōem. vigilate inq̄ viriliter
impugnatōes repellendo. ⁊ orate diui
nū auxiliū implorando. vt nō intreris
in temptatōem pctō ꝯſentiendo Quo
tiens etiā vt dt criſ. in orōe ſumus po
ſiti. nō voce clamoroſa ds eſt orandus
ſed ꝯſcīa pura ⁊ recta placandus. q2
nō eſt vocis ſed cordis auditor. Orās
nihil nouū faciat. vicȝ aliquos geſtus
notabiles ꝙ aſpiciant hoīes. nec voce
clamet. nec manus expandat. nec ocu
los tollat vt notabilis fiat. Orō eī eſt
quaſi qddam tributum ſpūale qd aīa
offert de viſceribꝯ ſuis. Quanto ergo
glorioſior eſt. tanto cautius ſeruanda
ne ꝓpter hoīes videlicet per vanā glori
am vileſcat. hec criſ. ¶ Non au
tem ſolum ꝓpter vanā gloriā euitādā
cū ſilentio eſt orandū. ſed etiam ꝓpter
alias cās quas ꝯmemorat cyprianus
ita dicens. Non clamoroſa voce ore-
mus deum ſed tacito corde ꝓpter tria.
Primo. q2 non vocis clamoroſe eſt au
ditor ſed magis cordis. ⁊ ergo ꝯſcīa
pura ⁊ recta in orōne eſt pulſandus.
Scdo q2 ſecretas petitōnes tuas non
oportet alteꝝ ſcire niſi te ⁊ deū. Tercō
q2 clamoroſe orans nō ꝑmittit alteꝝ
iuxta te orare. hec cypri. Debemus er
go clauſo oſtio ⁊ cum ſilentio patrē ⁊
dñm noſtꝝ exorare Et qūo hoc fieri de
beat yſaac abb. in collatio. patꝝ decla
rat ſic dicens. Sane ante oīa illud ꝓ-
ceptū euangelicū diligētius eſt obſer
uandū. vt intrantes in cubiculū noſtꝝ
clauſo oſtio oremus prēm noſtꝝ. qd a
nobis tunc imple᷑ ſi intra cordis cubi
culū ſupplicemus ⁊ cū ab omni cogita
tionū ſiue ſolicitudinū ſtrepitu cor no
ſtꝝ penitus amouentes ſecrete quodā
modo ⁊ familiariter ꝓces noſtras dño
referamus Et clauſo oſtio oramus cū
ſtrictis labijs omniq̄ ſilentio ſupplica
mus non vocū ſed cordium ſcrutatori
In abſcondito oramus qñ corde tm̄ ⁊
intēta mente petitōes noſtras ſoli deo
pandimus. ita vt ne ipſe quidē aduer
ſe valeant ptātes genus noſtre petitio
nis agnoſcere. ꝓpter qd cū ſummo eſt
ſilentio orandū. non ſolū ne frēs oran
tes noſtris ſuſurrijs vel clamoribꝯ auo
cemus ⁊ orantiū ſenſibꝯ obſtupamus
ſed vt ipſos quoq̄ inimicos nr̄os qui
orantibꝯ nobis maxime inſidiant᷑ la-
teat nr̄e petitionis intentio. hec yſaac
abbas ¶ Hoc etiā ſciendū ꝙ. iiij
ſunt q̄ orōem deo appropinq̄re ⁊ ad ip
ſum ꝑuenire faciunt. Primū requirit᷑
tur vite merita Vñ actu. x. Orōes tue
⁊ elemoſine aſcēderunt añ deū. ⁊ dat
ſpūales alas precibꝯ quibꝯ ad deū ſcā
orō ꝑuehat᷑. Scdo mentis mundicia
q2 quanto mens purior. tanto oratio
deo ꝓpinquior. Unde beatus aug. ſup
illud ps. Clamaui in toto corde exau
di me. ſic dt. Tūc in toto corde clama
tur. qñ in orōne non aliunde cogitat᷑.
Tercio orandi inſtantia. q2 quaſi diſ-
fidit qui inſtare obmittit. Unde domi
nus dicit. Quicquid orantes petitis
credite q2 accipietis Dicit aūt Jaco.
v. Multū valet depcatio iuſti aſſidua
Quarto cordis humilitas De hoc dt

Euſebius Securus de precū ſuaꝝ ob
tentu ad xp̄m p̄t accedere. qui ſe indi/
gnū nō ceſſauerit eſtimare. Et de dn̄o
p̄ ps̄ dr̄. Reſpexit in orōem hūilium ⁊
nō ſpreuit p̄cem eoꝝ. Unde ſm̄ dictū
beati gre. Ille verā orōem exhibet. qui
ſemetipſum qui puluis eſt hūiliter vi
det. qui nihil ſibi virtutis tribuit. qui
bona que agit eſſe de mīa ꝯditoris ag
noſcit. hec greg. R Sed ⁊ ſciendū
hoc ꝙ tres ſunt modi orādi. Primus
fit p̄ v̄ba ꝯpoſita ⁊ viſitata cū ps̄. ym/
nos ⁊ collectas aliaſq̄ orōnes vel lau
des ꝯpoſitas ad excitandū deuotionē
vel ad ſoluendum debitū vel horaꝝ ca/
nonicaꝝ recitamus. legimus. ⁊ decā/
tamus. Scd̄s modus orādi eſt qui fit
p̄ v̄ba ex ꝓprio affectu formata ⁊ eſt ef/
ficatior vt qn̄ homo cū deo familiari/
ter ꝯfabulat̄ v̄bis affectui ſuo ꝯſonan
tibꝫ q̄ſi cū deo p̄ſente cor ſuū effundēs
vel neceſſitates ſuas ei ꝯquerens. vel
pctā ꝯfitens. ⁊ mīam poſtulans. gra/
tiam petens. ⁊ auxilium implorans
ꝯtra temptationū p̄icula ⁊ tribulatio
num grauamina vel quaſcūq̄ ſuas vel
ſuoꝝ neceſſitates. hic modus orandi
requirit oportunitatē ſolitudinis al's
ſilentij circa ſe ⁊ ocij vt eo plenius ⁊ ſe
curius ſuū in deum affectum effundat
Tercius modus orandi eſt mentalis
cū tacito ore ſola mens deſideriū ſuū
pandit. ⁊ affectū cordis effundit ⁊ eū
intus p̄ amorē amplectit̄. et cū reuerē
tia adorat. ⁊ venerat̄ tanto lacius ſe in
deū effundēs q̄nto plura valet affectꝰ
ꝯplectendere q̄ exprimere dicēs. Dn̄e
an̄ te omne deſideriū meū ⁊ gemitus
meus a te nō eſt abſconditus. De hoc
dn̄s dt̄. Ueri adoratores adorabiliter
adorabūt patrem in ſpiritu ⁊ veritate
Spūs ē deus. ⁊ qui adorāt in ſpū oꝫ
adorare Et hec orō magis videt̄ ꝓpria
cū deus magis cor attendat q̄ verba.

ſed verba ideo apponimus vt cū mēs
pigra eſt ad ſe eleuandum in deū p̄ver
ba orōnis ſuffulta iuuet̄. vt memoria
deo inhereat. intellectus ſurſū tendat
affectus p̄ deuotionem inflāmatus gu/
ſtet. q̄ ſuauis eſt dn̄s ex intentione ſa/
cre orōnis inflatus. Ualde etiam dele
ctabit̄ deus in hoc vt oret̄ ꝓpter multi/
plicem orātis vtilitatē. ſ. vt deo inde/
ſinenter inhereat qd̄ ſumme ē homini
vtile inter oīa. iuxta illud. Maria aūt
optimā p̄tē elegit. Item vt habundā
tiori affectu deuotōis in amore dei ex/
creſcat in deo. benigne prouidet nobis
occaſionē. qua ſepius ad orōem ſtimu
lemur ſiue ꝓ nobiſipſis ſiue pro alijs
orando. aut ꝓ malis amouendis. aut
ꝓ bonis ꝯſequendis. vt cum affectus
deuotionis tepeſcit ad vnū. in alio re/
caleſcat. ſicut ignis ſubijciendo ligna
ꝯtinue ne deficiat reſtaurat̄. magna ſil
ua habunde ligna ſupplicationū mini
ſtrans ſunt ꝓpria pctā quotidiana ⁊ an
tiqua. Magna ſilua negligētie noſtre
⁊ miſerie ⁊ defectus v̄tutū ⁊ gratiarū
ac vitia tam ſpūalia q̄ carnalia temp
tationes ⁊ varij euentus. quibus pul/
ſamur incommoda que patimur ⁊ ti/
memus ꝓ quibꝫ dolemus taz ꝓ nobis
q̄ ꝓ alijs. quoꝝ miſerijs ꝯpatimr̄. hec
ſunt que multā deuotionis materiam
q̄ſi ꝑpetui ignis nutrimenta miniſtrāt
quoſ ſuppoſito oꝑis holocauſtum odorē
reddat ſuauitatis. Affectus enī amo/
ris ⁊ ſancti timoris cum feruore bone
voluntatis in ſpū humilitatis ⁊ motu
pietatis ⁊ gaudio ſpei nunq̄ debet in
corde dei extingui. Iſta nāq̄ ſunt in
quibꝫ virtus deuotōnis maxime ꝯſiſtit
ſemp̄ etiam debet mens p̄ aliquam oc
cupationem aſſueſcere ſe ad deum eri
gere. orando ſupplicando ⁊ deo grās
agendo laudando pro diuerſis cauſis
ſe omni temp̄e offerentibꝫ. iuxta illud

Oportet ſemper orare ⁊ non deficere.
Et ps Benedicã dñm in omni tem⸗
pore ſemꝑ laus eius in ore meo. Quã
to eñ quis frequencius orat tanto fit
ei oratio delectabilior. ⁊ ꝙto rari⁹ tã⸗
to inſipidior ⁊ tedioſior fit. ſicut expe
riencia ſepe docet. Qui ergo oratoni
vult ĩtendere aſſueſcat oratõi aliquã
do vacare. deinde ſepius ad orationez
recurrere. poſtea diucius in orõe perſi
ſtere. tandẽ frequenter orõi incũbere.
nec ꝓ faſtidio vel leuitate deſiſtere niſi
quãdo vel corporalis debilitas. vel vr⸗
gens neceſſitas. aut rõabilis vtilitas
interueniat ⁊ iterꝫ reuertatur in idipſũ
ne ꝑ diutinã abſtractõꝫ tedeat ĩ diſſue
tudinẽ orandi ⁊ refrigeſcat affectus.
Percurrat ad ſingulos modos oran⸗
di. ⁊ diuerſis modis petitões ſuas for
met ac diuerſas petitões attẽpret vt
tandẽ in aliqua deuotione affectũ cõ⸗
cipiat ⁊ illi inhereat ꝙdiu ſapiat. ſi aũt
debilitas capitis aut tocius corpis ĩ⸗
pedit tunc breuis ⁊ ſepius oret ⁊ eua⸗
gationes mentis cohibeat ⁊ ſenſus ex
teriores ſub diſciplina retineat. ⁊ dei
auxiliũ ad ſingula humiliter inuocet
vt pacienter ſi ꝓ voto aſſidue nõ ſucce
dat ſuſtineat ac in oratiõis virtute lo⸗
co ⁊ tempore ꝯgruo iugiter ꝑſeueret.

Filius

Deſidero etiã ſcire aliqua de ꝺuo
cione ac amoroſa ꝯpunctõe que
ſolent ex oratõis virtute nõnũꝗ gene
rari ſeu procedere.

Capitulum V Pater L

Scire debes qꝺ
deuotio ſepius ſolet excitari
tpe orationis. precipue cũ hũiles ad
dñm fundunt orões. Eſt aũt deuotio
ipa pius ⁊ humilis affectus in deũ ex
ꝯſcia ꝓprie infirmitatis. Pius ex cõ
ſideratõe diuine clementie. De q̃ dic
Rich. ꝺ ſancto victo. Deuotio eſt fer
uida mentis in deũ dilectio. que virt⁹
magna eſt. Nam virtus vere deuotio⸗
nis hoĩem filiũ dei facit. anĩm hũanũ
deo coniungit. ⁊ cũ eo quaſi vnũ ſpũꝫ
efficit. qui eñ adheret deo vnus ſpũs
eſt. M Et notãdũ ꝙ deuotio cor
dis multũ valet ad opus orõis. q2 ipa
preces que orãdo offerunt͛ reddit val
de acceptabiles corã deo. nã mens de⸗
uota vt ꝺt beatus Gre. xv. mo. in pre
cibus ad auctoris ſui ſpeciem anhelat
diuinis deſiderijs inflãmata ſupernis
coniungitur. ab inferioribꝫ ſeparatur a
more feruoris ſui ſe apit. vt capiat ⁊ ca
piens inflãmet ⁊ ſupna amare iaꝫ rur
ſum ire eſt. dũq3 magno deſiderio ad
celeſtia inhyat. miro modo hoc ipſũꝫ
qꝺ accipe querit deguſtat. hec gre. In
de etiã ẽ ꝙ ꝺt beatus Ambro. Cũ ani⸗
me ꝺuotionẽ cognouerit criſtus venit
⁊ pulſat ianuam dicens. Aperi mihi
ſoror mea. Et bñ dicit Quia nupcie
ſpũales ſunt verbi atq3 anime ait ergo
Aperi mihi noli apire aduerſario ne⸗
q3 locũ des dyabolo. Api te ipſam mi
hi noli coartari ſed dilatare ⁊ adiple
bo te. Et q2 decurſo orbe terrarũ plus
moleſtiaꝝ ⁊ offenſiões repi. nec facile
habui vbi requieſcerem. iõ tu api mi⸗
hi. vt filius hoĩs caput reclinet. cui ñ
eſt niſi ſuꝑ humilẽ ⁊ manſuetũ requie
ſcere ⁊ ſi adhuc corpe mihi adeſſe nõ
vales. mente adeſto. mihi eñ omnes
pñtes ſunt. quoꝝ fides mecũ eſt. Adẽ
mihi qui exijt de ſeculo. Adeſt mihi q̃
me cogitat. qui me intuet͛. de me ſpe⸗
rat. cui ego porcio ſum. hec Ambroſi⁹
Et notandũ ꝙ nõ ſolũ deuotio neceſ⸗
ſaria eſt in actu orõis verũ eciã omne
opus bonũ qꝺ exercemus neceſſe eſt.
vt deuorõis gratia impinguet͛ ⁊ ĩ hy
laritate cordis oĩa faciamus. Sed q̃
hanc grãm hẽe deſiderat oportet vt ſe⸗

cularia deſideria relinquat qꝫ non mi
ſceri vera pñt vanis eterna caducis .
ſpũalia corporalibus bono modo vni
ri poterunt. Unde animuꝫ ſecularib9
⁊ carnalibus deſiderijs ꝓoccupatũ de
uotio ⁊ ſpiritalis declinat delectatio .
¶ De hoc beatus ber. ita dicit. Ne
ceſſe eſt vt querat deuotõis grãm quiſ
quis ſeminauerit bona operũ ſemina
vt bona opa feruore deuotõis ⁊ dul⸗
cedine ſpũali condiantur. Nimiruꝫ
pñie opera ⁊ labores abſtinentie deuo
cionis gracia neceſſe eſt impinguari .
Oportet eñi vt in hũilitate omnia fa⸗
ciamus . Nempe res cordis eſt gratia
deuotionis . ſed hoc munere ipẽ ſe pri
uat qui internũ ei diſſimilat recepta⸗
culum exhibere. ꝓoccupatum nempe
ſecularibus deſiderijs animũ delecta
cio ſancta decliat nec miſceri poterũt
vera vanis eterna caducis ſpũalia cor
poralib9. ſumma ymis vt pariter ſapi
as que ſurſum ſunt ⁊ que ſup terram.
Rennuat anima tua ↄſolari in alijs ſi
vis in dei memoria delectari. precio
ſa quidẽ diuina ↄſolatio eſt. nec omni
no tribuitur admittentibus alienam
Cuius mens ad alienas ↄſolationes
inhyat ⁊ non penitus rẽnuit ĩ caducis
⁊ tranſitorijs cõſolari ipẽ ſibi ꝓfecto
ſubtrahit graciã ↄſolationis celeſtis .
Errat omnis ſi quis celeſtem dulcedi
neꝫ huic cineri diuinũ illud balſamũ
huic vermi cariſmata illa ſpũs miſce⸗
ri poſſe huiuſmodi illecebris arbitra⸗
tur. Longo putes te poſſe illũ meraciſ
ſimũ ſpũm ſuſcipere. niſi carneis iſtis
ↄſolationib9 renunciaueris. hec bern.
Nulla etiã vt dt Euſebius excogita⸗
ri poterunt in hac vita veriora gaudia
q̃ ſint mentis ipa tripudia que ex de⸗
uotione internã delectatõꝫ ⁊ ex laude
ↄringũt diuina . hec Euſebius ¶
Et notandũ q ꝑfecta deuotio tũc per
ficitur in hoĩe . cũ perfecte fuerint ani
me rationalis potentie hoc eſt cũ rõ fu
erit veritatis luce illuſtrata volũtas af
fectione caritatis ĩflãmata. memoria
vero in deo ſtabiliter ꝑ ut in via licꝫ q̃
eſt ata. nam in creatiõe hoĩs rõ ei data
fuerat. vt deum ↄgnoſceret. voluntas
vt deũ ↄgnitum diligeret . Memoria
vt in deo ↄgnito ⁊ amato dulciter req̃
eſceret. Sed per peccatũ ratio facta ẽ
ceca vt ſepe velit malum ꝓ bono volun
tas feda ⁊ memoria inſtabilis vt ma⸗
gis velit in fedis delectari ⁊ vilibus
occupari q̃ deo vacare . hee vero tres
potentie aĩe ſic deformate cũ ꝑ ſpiri
tualia exercicia ⁊ ↄtinuũ conatuꝫ bo⸗
noꝝ operũ reformate fuerint. tunc dici
tur deuotio hoĩs interior eſſe ꝑfecta .
Eſt aũt ratio ꝑfecte reformata cum ꝑ
mentis exceſſum ſup ſe rapit ⁊ lumi⸗
ne diuine intelligẽtie illuſtrata puriſ⸗
ſima mente deũ q̃tum in hoc mortali
corpe poſſibile fuerit ↄtemplat . Si⸗
militer voluntas ꝑfecte reformabitur
cũ ipa trãſmutata in amorem dei fue
rit. ⁊ deo adherens ꝑ conformitatem
voluntatis vnus cuꝫ deo ſpũs efficit .
Iteꝫ memorie reformatio tunc plene
perficitur cũ tota hoĩs memoria in deo
ẽ abſorpta ꝑ mẽtis exceſſũ q̃tũ ĩ hac
ꝑegrinatione poſſibile eſt ſui q̃ ipſi9
⁊ oĩm que ſũt oblita verã iã guſtãs ſa⸗
pientiã ⁊ inebriata ab vbertate dom9
dei feliciter requieſcit. ¶ Dein
videndũ eſt de ↄpunctõe. q̃ etiã freq̃n
ter generari ſolet ex virtute orõis . hõ
nã q̃ deuotus cũ ĩ actu oratõis fuerit
ↄſtitutus occurrũt mẽti eius peccata
ꝑterita ꝓ quib9 ↄpungit vel ſi iã pur⸗
gatus eſt ab eiſdẽ facinorib9 tũc cõci⸗
pit ſpẽ futuroꝝ bonoꝝ . ⁊ magno deſi
derio afficit diuine caritatis. nã quiſ
quis ad deũ ↄuertit . prius timore pe⸗
ne deinde amore celeſtis patrie ↄpun

git. De hoc in quodā ſmōe ſic dicit.
Quiſquis dño ꝯuerſionē iūgit. pri-
us tormentoꝝ timore. poſt amorē pre-
mioꝝ ꝯpungit. Vñ peccata noſtra fle
tibꝰ amariſſimis diluamus vt in ſpe
venie robuſti ꝯſurgamus. Cūqꝫ lōgo
vſu penitentie minutus fuerit metus
penaꝝ ſuccedit deſideriū ſediū beatoꝝ
⁊ ꝯcutiet illapſu ſuauiſſimo cor noſtꝝ
totus īpeditus diuine caritatis. quaꝫ
prius totā nō admiſit pondus formi-
duloſitatis. Ubi ꝯſiderandū ꝙ poſt
peccata ꝑpetrata ſm maius ⁊ minus
requirit penitentia ⁊ ꝯpunctio ſeu ef-
fuſio lacrimaꝝ añqꝫ hō reformetur ad
ſpem venie ⁊ ad fiduciā beatitudīs eter
ne. Habita ṽo fiducia multo anxiꝰ ⁊
vehemencius ingemiſcit ex deſiderio
futuroꝝ bonoꝝ qꝫ prius fecerat ex for-
midine malorū aliqñ ꝯmiſſoꝝ. Hoc
affirmat rich. de ſanc. vic. ita dicens
Poſt multas penitentie lacrimas tan
dem ad ſpem venie reducimꝰ. ⁊ vix ali-
quando multis fletibꝰ gemitibꝰ ⁊ ſu-
ſpiriis inenarrabilibꝰ ad beatitudīs
certitudinē reformamꝰ. ſemel aūt ſum
pta eternoꝝ fiducia. multo anxius mꝉ
to vberius īgemiſcimꝰ ⁊ flemus qꝫ pꝰ
fecimus ſub formidine maloꝝ qñ cu-
pimus diſſolui eſſe cum xp̄o certi de
repoſita nobis corona iuſticie. Amo-
ris eī lacrime ⁊ acrius ⁊ vberius ꝯcur
runt ⁊ afficiunt. Hinc ꝑ quendā dici-
tur. Ecce ī pace amaritudo mea ama
riſſima magna nāqꝫ amaritudo eſt in
conuerſione qñ quis renuncians ſecu
lo ad religionem ꝯuertit. maior aūt ī
temptatōe qñ abnegans ſemetipm̄ in
numeris inimici tēptatōibꝰ fatigatur
Marie aūt in eterne atqꝫ interne dul
cedīs expectatōe. ⁊ in īpacientis deſi-
rii dilatione. qñ in pace illa que exupe
rat omnē ſenſum ex ꝑte deguſtata ad
illā tam plene nō admittitur. Multū
quidē vexat hoīē cū dereliquit amor
mundi multo amplius ſiue arcius tūc
cruciat cū calcat amor ſui veruntñ ſuꝑ
omnia trāffigit ⁊ penetrat cor hoīs et
excoquit deſiderii eſtibꝰ amor dei. Vñ
eſt vox illa. Sitiuit anima mea ad de.
fon. vi. Beatus etiā gre. de hac dupli
ci ꝯpunctōe ſic ait. Q Notandū ꝙ
principaliora grana cōpunctōis ſunt
duo. qr deū ſciens anīa prius timore
ꝯpungitur. poſtea amore prius ei ſeſe
in lacrimis afficit. qr dū maloꝝ ſuorū
recolit. ꝓ his pati ſupplitia eterna per
timeſcit. Sed cū longa meroris anxi
etate formido fuerit ꝯſumpta quedaꝫ
iaꝫ de preſūptōe venie ſecuritas naſci
tur. ⁊ in amore gaudioꝝ celeſtiū anīꝰ
inflāmat. ⁊ qui prius flebat ne duce
retur ad ſuppliciū poſtmodū flere ama
riſſime incipit qr differt a regno. Cō
templat eñi mens qui ſunt illi angelo
rū chori. que ipa ſocietas beatoꝝ ſpiri
tuum. que maieſtas interne viſiōis dei
⁊ āplius plāgit qr a bonis ꝑhēnibus
deeſt qꝫ flebat prius cum mala eterna
metuebat ſicqꝫ fit vt ꝑfecta ꝯpunctio
formidinis trahat anīm ad ꝯpunctōꝫ
dilectōis. Sed ipa gratia lacrimarū
querenda eſt a creatore noſtro cū mag
no cordis gemitu. hec gre. Notanduꝫ
etiā ꝙ ꝯpūctio timoris amaritudinē
habet ꝯpunctio vero amoris dꝉcedinē
naꝫ ꝯpuncto timoris triſtes lacrimas
ꝓducit. amor autē letas lacrimas mo
uet. De hoc dt Rich. de ſanc. vic. Pri
us omnis homo ꝯpungitur timore.
poſtmodū ṽo compungit amore. Cō
punctio timoris amaritudinē hꝫ. con
punctio amoris dulcedinē. Qui igit
ſolo adhuc timore ꝯpungit cibis qui
dem ſpiritalibꝰ minime tñ dulcibꝰ pa
ſcit. qui vero iā eternoꝝ gaudioꝝ deſi
derio lacrimas fundit ipe ꝑfecto dul
cibus cibis ſpiritalibꝰ ſe reficit. Cū g

cepit homo ille interior domeſticū ſu
um talib9 cibis reficere. pōt de cor vera
citer pſallere. Qui mecū dulces capi
ebas cibos talib9 ꝗ ſtudijs quo vterqꝫ
hō ad puritatē āplius pficit. tāto vti/
qꝫ alacrius currit. hec Rich. Beatus
etiā gre. de hoc ſic dī. Aliter eñ quiſqꝫ
ꝯpūgit̃. cū interna intuens maloꝝ ſu
oꝝ pauore terret̃. Alit̃ cū gaudia ſupna
ꝯſpiciēs ſpe q̄dā ⁊ ſecuritate robo
rat̃. illa ꝯpūctō afficientes ac triſtes
hec vero letas lacrimas mouet. Omi/
potens nāqꝫ dñs vnde mentē noſtrā
viſitans ad amorē ſuū ſublimiter eri
git. iñ hanc p lacrimas ſuauiter affli/
git. ⁊ dū p fletū intus ad ſūma rapit̃.
penā ſuā libens gaudenſqꝫ mirat̃. et
dulciter cruciet̃ ⁊ penaliter ꝯſoletur.
Compunctō eñ cordis noſtri dies fe
ſtus ē dño. cū ī lacrimis p amore ei9
aſſidue mens mouet̃. hec gre. Sed et
hoc notandū ꝙ lacrime deuotōis non
querūt remiſſionē peccatoꝝ. ſed poti
us bñplacitū ⁊ grām dei patris. Vnde
differentia eſt inter lacrimas deuotō/
nis atqꝫ lacrimas pñie ⁊ confeſſionis
Longe tñ amplius pcellūt lacrime q̄
pcedūt ex affectu ſupne cōpaſſionis.
De hoc bea. ber ſic dī. In lacrimis de/
uotōis nō indulgētia peccatoꝝ ſꝫ be/
neplacitū querit̃ dei patris. cū deſcen
dit in nos ſpūs adoptōis filiorū teſti
moniū phibens ſpūi nr̄o ꝙ filij dei ſu/
mus ⁊ mellifluā de celo mereamur vo
cē audire. Quia vere deus pater in no
bis ꝯplacet ſibi nec paꝝ diſtat inter la
crimas deuotiōis ⁊ lacrimas pñie et
ꝯfeſſionis. Verūtñ longe amplius v
triſqꝫ pcellūt. Alie quidē lacrime qui
bus infundit̃ ſapor vini. illas ego lacri
mas in vinū mutare dixeri. que frater
ne ꝯpaſſionis affectu in feruore pdeūt
caritatis. p qua etiā ad horā tu ipſi9
īmemor eſſe ſobria quadā ebrietate vi
deris. hec ber. Teſte nāqꝫ beato Gre.
Qui p peccatis alienis interueniūt et
ꝯpūgunt̃. ſua añ dei oculos tergūt. q2
ipā caritate ſe iuſtificant. qua p alie/
nis iniquitatib9 ſe in lacrimis mac/
tant. nec duꝝ dz eſſe p alienis peccatis
lacrimas fūdere. q2 criſtus noſtra por
tauit in cruce. hec gre. Acceptior eſt ḡ
orō corā deo quā nō neceſſitas ſed ca
ritas fraternitatis tranſmittit. Vñ cri
ſo. ſup math. de hoc ſic dī. p ſe neceſ/
ſitas orare cogit. p alijs autē caritas
fraternitatis hortat̃. Dulcior autē eſt
añ deū orō nō quā neceſſitas trāſmit/
tit. ſed caritas fraternitatis ꝯmendat
Hec criſ. S Sūt etiā. iiij. genera
ꝯpunctōis quib9 aīa iuſta vehement̃
afficitur. De quib9 beatus gre. xxiij.
moraliū ſic ait. Quatuor quippe ſunt
qualitates quib9 iuſti viri aīa in cō/
punctōe vehementer afficit̃ cū aut ma
loꝝ ſuoꝝ reminiſcit̃ ꝯſiderans vbi fuit
aut iudicioꝝ dei ſententiā metuens ⁊
ſecū querens cogitat vbi erit aut cum
mala vite preſētis ſolerter intendens
merēs ꝯſiderat vbi eſt. aut cū bona ſu
perne patrie ꝯtemplat̃ que q2 necdū
adipiſcit̃. lugens conſpicit vbi non ē
Malorum ſuoꝝ Paulus meminerat
⁊ ex eis ſe in quibus fuerat affligebat
cum diceret. non ſum dignus vocari
apl'us q2 perſecutus ſum eccleſiā dei.
Rurſum diuinū iudiciū penſans ī fu
turo mala eſſe metuebat dicēs. Caſti
go corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo.
Rurſum mala pñtis vite penſans ait
Dū ſumus ī copore pegrinam̄ a dño
Et video aliā legē in membris meis
repugnantē legi mentis mee. Et rur
ſū bona eterne vite ꝯſiderabat dicēs
Videmus nunc p ſpeculū ī enigmate
tunc aūt facie ad faciē. Nunc cogno
ſco ex pte. tūc aūt ꝯgnoſcā ſicut ⁊ cog
nitus ſum. hec gre. Et notandū ꝙ per

hec duo vicȝ ꝑ feruidã deuotionē ⁊ ꝑ
amoroſam ꝯpunctionē ſentit̃ ⁊ agno
ſcitur deus aduenisse et principaliter
adeſſe in corde ⁊ aĩa viuiuſcuiuſqꝫ de-
uoti hoĩs dilectum dñm ſuum adue-
niſſe ſenſerat. cũ deuotione feruida eſ-
ſet ꝯſtitutus bea. Augu. cuȝ ſic diceret
Quid eſt illud dulce qđ in recordatõe
dei mei me tangere ſolet ⁊ tam ſuauit̃
afficere. vt iam totus quodãmõ a me-
metipſo alienari videor ⁊ neſcio quo
abſtrahi incipiã ſubito innouor ⁊ to-
tus ĩmutor ⁊ bene mihi eſſe incipit vl-
tra qꝫ dicere ſufficiã. exhylarat̃ ꝯſciē-
cia in obliuionem. venit omnis p̃teri-
toꝝ doloꝝ miſeria. exultat animus. cla-
reſcit intellectus. cor illuminat̃. deſi-
deria iocundãtur. iam iamqꝫ alibi ne-
ſcio vbi me eſſe video ⁊ quaſi amplex-
ibus amoris intus teneor ⁊ neſcio qđ
illud ſit ⁊ tñ illa retinere ſemper ⁊ nũ-
qꝫ ꝑdere toto niſu laboro. lucrat̃ qđã-
modo delectabiliter animus. ne rece-
dat ab eo qđ ſemꝑ amplecti deſiderat
quaſi in illo deſiderioꝝ oĩm finem in-
uenerit ſumme ⁊ ineffabiliter exultat
nihil amplius querẽs. nihil vltra ap-
petens. ſemper ſic eſſe volens. Nun-
quid ille eſt dilectus. vere ille eſt dile-
ctus meus. qui viſitare me venit. ſȝ ve-
nit inuiſibilis. venit occultus. venit
vt tangat me. non vt videat̃ a me venit
non vt totũ ſe infundat. ſed vt guſtan-
dum ſe p̃beat. non vt ĩpleat deſideriuȝ
ſed vt trahat affectũ. hec Augu. ꝙ etiã
amoroſa ꝯpunctõ ſit ſignũ aduentus
dñi in animã. De hoc beatus ber. ĩ tra-
ctatu de ſcala clauſtrali. ſic ait. Oſten-
de qñ hec facies. qñ experieñ. ⁊ quod
ſignũ aduentus tui. nunquid hꝰ ꝯſola-
tionis ⁊ leticie nuncij ⁊ teſtes ſunt ſu-
ſpiria ⁊ lacrime. Et ſi ita eſt noua eſt
iſta ſignificatio ⁊ inuſitata. que eñ eſt
ꝯuencio ꝯſolationis ad ſuſpiria ⁊ leti-
cie ad lacrimas ſi tñ iſte ſint lacrime ⁊
non pocius roris interioris deſuper in-
fuſi ſuperfluens habundat ad interio-
ris hoĩs indiciũ ⁊ exterioris hominis
expurgamentũ. Vñ ſicut in baptiſmo
puuloꝝ ꝑ exterioris hoĩs ablutionem
figurat̃ ⁊ ſignificat̃ ĩterioris aĩe abſo-
lutio ita ecõuſo ex ĩteriore ablutõe ex-
terior ꝓcedit purgatio. O felices la-
crime ꝑ q̃s ĩteriores macule purgãt̃ ꝑ
quas peccatoꝝ incendia extinguũt̃. be-
ati qui ſic lugetis q2 ridebitis ¶
In his lacrimis agnoſce aĩa ſponſũ
tuũ amplectere deſideratũ. nũc torren-
te voluptatis te inebria. ſuge ab vbere
ꝯſolatõis lac ⁊ mel. hec ſunt eñ mun-
da munuſcula ⁊ ſolatia. que tibi cõtu-
lit ſponſus ſcȝ gemitus ⁊ lacrime ⁊ at-
tulit tibi potũ in his lacrimis in men-
ſura. hec lacrime ſũt panes tibi die ac
nocte. panes itaqꝫ ꝯfirmantes cor ho-
minis ⁊ dulciores ſuꝑ mel ⁊ fauũ. O
dñe Jheſu ſi adeo dulces ſunt iſte lacrĩe
que ex memoria tua ⁊ deſiderio tui ex-
citantur qꝫ dulce erit gaudium qđ ex
manifeſta tua viſione capiet̃. ſi adeo ē
dulce flere de te qꝫ dulce erit gaudere.
hec Berñ ¶ Duo aũt hec vicȝ fer-
uida deuotõ ⁊ amoroſa ꝯpunctio max-
ime ꝑtinent ad arrã deſponſatiõis. q̃
geritur inter criſtũ ⁊ aĩam. nã ille q ĩ
futuro ſe nobis ad videndũ ⁊ ꝑpetuo
ad poſſidendũ dabit. nũc ĩ pñti vita a-
liqñ vt qꝫ dulcis ſit agnoſcamus ſe no-
bis in gaudiũ prebet. vt eo feruẽtius
ipm in hac peregrinatõe diligamus
⁊ ad eũ ꝑuenire ac ipꝫ eternaliter poſ-
ſidere ꝯcupiſcamus. Conſiderãduȝ
etiã ꝙ ſunt multa deuotõnũ vel ꝯpunc-
tionũ genera. poſſunt tñ in. vij. diſtig-
ui differentias. iuxta ſinguloꝝ affecti-
onum varietates. aut eñ ſurgit deuo-
tio ex timore. aut ex dolore. aut ex deſi-
derio. aut ex ꝯpaſſione. aut ex amore.

aut ex gaudio.aut ex admiratōis ſtu-
pore. Ex timore.vt cū q̄s ꝯpūgit̄ tio
re futuri ſupplicij.vel cū timet derelin
qui ꝓpter demeritū peccatoꝝ ſuoꝝ di-
cens deo. Ne reminiſcaris dn̄e pecca-
ta mea neq̄ꝫ vindictam ſumas de pec-
catis. Scd̄o ex dolore cuꝫ quis dolet
ſe offendiſſe ⁊ grām eius amiſiſſe. vel
cū dolet ſe tam paꝝ ꝓfeciſſe ⁊ tam ꝑui
meriti eſſe ſe apud deū ⁊ in tantis dei
oculis diſplicere. Tercio ex deſiderio
cū ſpirat ⁊ anhelat ad gratiā virtutum
ampliorē ⁊ ad familaritatē diuine ſu
auitatis. vel ad xp̄i pn̄ciam in celo vl̄
ad talia ſancta deſideria adimplenda
Quarto ex cōpaſſione vt cristo paſſo
pie ꝯpatimur ⁊ gladius ille aīaꝫ deo
fidelē trāſuerberat ⁊ vulnerat. qui ma
rie matris eius aīam ptranſiuit. aut
cū ꝓximoꝝ incōmodis aut aīaꝝ ꝑicu
lis ꝯpatit̄. ⁊ zelus domus dei ⁊ iniu-
rie deo illate ꝯmedunt eā. nec ſinūt eā
dormire ſomno diſſimilatōis. quin ꝟo
ratur ad ſinguloꝝ ſcandala ⁊ torquea
tur ad ſinguloꝝ calamitates. Quinto
ex amore diuino cū recolit q̄ꝫ benigne
ſecum egerit. ⁊ quanta ſibi beneficia ī
digno ⁊ īmerito ꝯtulerit. vl̄ cū penſat
generalia bn̄ficia omni humano gene
ri īpēſa ꝑ īcarnatōis ⁊ paſſiōis bn̄fi-
cia et ſacr̄i altaris ⁊ ſpūſſancti ſacro-
ſācta cariſmata. Sexto ex gaudio ſur
git deuotio cum homo exultat in dn̄o
memor beneficioꝝ eius vel cum in ſpe
gratie eius ꝯfidit ſe eſſe d̄ numero ſal
uandoꝝ vel gratulat̄ ſaluti ⁊ ꝓfectui ꝓ
ximoꝝ. vel cū exultatōe ſpūs ꝯgaudet
glorie beatoꝝ. Septimo ex admiratō
nis ſtupore cū illuminato ītellectu ful
gore ſapientie ſtupet magnitudinē po
tentie dei. ꝓfunditatem ſapientie. et
ſuauitatē benignitatis eius vel diſtric-
tionē iudicioꝝ eiꝰ. ⁊ quicquid de natu
ra diuinitatis eiꝰ ⁊ gloria maieſtatis

eius menti occurrerit. Ex tali inq̄ꝫ cō
ſideratione obſtupeſcit animus ⁊ pio
quodā affectu erga eū accendit̄ ⁊ affi
citur A Sed ⁊ hoc notandum q̄
plerūq̄ꝫ hoīes deuoti etiā duꝫ magis
conant̄ habere deuotōis gratiā minꝰ
habeant. ⁊ cū vehementius inſtant ari
diores ⁊ duriores corde fiunt. Et mlt̄i
ex hoc grauiter ꝯtriſtant̄ interp̄tan-
tes ⁊ aſſerentes q̄ forte īdigni ſint vi
ſitatōe diuina. Sed cū hmōi incertuꝫ
eſt vtrꝫ ſint digni amore dī vel odio poſ
ſumus tn̄ ſm̄ ꝯiecturas aliquas colli-
gere ratōes cur deus ſubtrahit bonis
gratiā deuotōis cū eā libenter haberēt
⁊ inſtancius querunt ⁊ poſſunt ſuper
hoc quinq̄ꝫ aſſignari rōes. Pria ē hu
miliatio. q2 magis humiliat̄ homo cū
nō habet tunc deuotiōis gratiā qn̄ eaꝫ
diligenter querit ⁊ eam deſiderat ha-
bere. vtputa in diebus ſolemnibus vel
qn̄ vult cōicare. naꝫ tali tp̄e in ſeipſo
confunditur ꝓpter carentiā gratie diui
ne ⁊ ideo hūiliat̄. Scd̄a rō eſt purga
tio peccati. q2 forte per aliq̄ exercitia
minus purgatus eſt homo vel aliq̄ ha-
bet d̄licta. que nō recolit vt dignus ac
cedat ad eucHariſtiā ⁊ amplius purge
tur a peccato in hoc punitur ī quo ma-
gis dolet q2 quilibet deuotus maxime
dolet de ſubtractōe gratie ⁊ iō quanto
dolor eſt grauior tanto purgatio eſt ef
ficatior ⁊ maxime q2 forte alio tempo
re minꝰ ſtudioſe q̄ſiuit deuotiōis gra
ciā vel oblatā negligencius ꝯcepit nec
dignas ꝓ ea gratiaꝝ actōes retulit. pu
nit̄ mō in quo peccauit. vt tūc illa care
at gratia cū deſiderat quā an̄ neglexit
cū hr̄e poterat ⁊ cautior d̄ cetero ī hac
p̄te fiat. Tercia rō eſt vt ex priuatione
gratie fiat eruditio magna hoīm. q̄ a
deo ſit ip̄a grā nō ab hoīe ⁊ nō p̄t eam
hō ꝓ voluntate arbitrij ſui hr̄e ſed a deo
qui dat ex ſe ⁊ qn̄ vult infundit ⁊ quā

do vult ſubtrahit,put ſibi placet ⁊,put accipienti videt ꝯuenire. Ergo ex gratia ſua dat affectū deuotionis nō ꝑ merito hoīs q2 ſi ſemper daret cū querit ⁊ non daret niſi quereretur.putaretur ideo dare tm̄ quantū merita requirerent. ⁊ nō ſcōm libertatē.iō qñq3 ſtudioſe querentib9 negat ex iuſtitia ⁊ ñ querentib9 qñq3 dat ex gratia vt ad ſe trahat. Quarta ratō negate deuotōis eſt.cū qñq3 vehementius ⁊ ſtudioſius querit.q3 querenda eſt.q2 qñq3 ex impetuoſo cordiſ conatu libertas mentis obſtruitur.dū quaſi ꝑviolentiam ⁊ extorſionē accelerat affcm̄ deuotōis exprimere. ⁊ ſi nō iuxta deſiderium cordis ſtatim poteſt elicere gratiā queſitā cōtriſtatur. ⁊ amplius ex hoc indurat et quo impetuoſius ſe cupit ad deuotōem cogere minus ꝓficit ⁊ amplius areſcit ſic qui botros in torculari ⁊ oliuas in pilo ſubito ⁊ nimis vehementer cōprimit.liquor magis turbidus ⁊ īſipid9 fluit q3 ſi paulatim ⁊ moderatius conpreſſiſſet.quo em̄ liberior eo pinguior deuotōis affectus. Ideo alio tp̄e ſepius deuotior. q2 tunc ſpūs ſue libertati relictus ſponte ſe eleuat ī ſublime. violenta nāq3 acceleratio ꝓuocat ſpūm ſicut in corpore moroſa reſpiratio cordis refrigeratō eſt. Quinta rō eſſe poteſt meritū maioris gratie ⁊ glorie.dū deſideriū nō adipletū affligendo purgat anīam ꝑ pacientiā deſolatiōis q2 humilis ſuſtinentia meroris quaſi lima reddit anīa3 clariorē. ⁊ magis ſuſceptibilē ſplendoris diuini ⁊ amplioris gratie ⁊ glorie capacē.lux em̄ vultus dei ⁊ fulgor claritatis eius oīb9 equalib9 ſuperfulget. Qui a vicio obſcuritāte liberior eſt ⁊ purior.magis capax eſt luminis ⁊ illuminatōis deſuper influentis.ſicut vitꝝ claꝝ vel metallū bñ limatū ⁊ politū radios luminis amplius recipit ⁊ ſplēdidius.q2 ergo afflictio lima eſt anīe.que rubiginē viciorꝝ abradit vt terſo peccato qd̄ ſua obſcuritate radios diuini fulgoris velut obex ab anīa excluſerat.lucē gratie recuperat. Purgat em̄ deus aliqñ deuotorꝝ corda ꝑ ſubtractō3 gratie ⁊ illius ꝯſolationis.cuius carentia maxīa eſt eis afflictio.vt ſic purgati aptiores fiant habundancioris gratie recipiēdi in p̄ñti ⁊ glorie in futuro.ſi tñ afflictionē hanc quā patit homo ꝓpter deuotōis d̄fectū ſpiritalis. ꝑ culpe meritū ⁊ negligentia ꝓꝓria non retraxit.

Filius

Habita informatōe de ꝟtute oratōis ⁊ quibuſdā aliꝭs. que viam dant ad actū ꝯtemplatiōis. nunc de ipſa ꝯtemplatōe cupio edoceri.

Capitulum VI Pater B

De vita cōtemplatiua ſup qua informari d̄ſideras. primo hoc ſcire debes q2 duplex eſt vita actiua ſc3 ⁊ ꝯtemplatiua De qua duplici vita. Beda in quadā omel'.ſic d̄t Actiua vita eſt ſtudioſum criſti famulū inſiſtere iuſtis laborib9 ⁊ prius quidē ſeipm̄ ab hoc ſeculo īmaculatū cuſtodire mentē manū linguā ac cetera corꝑis membra.ab omni inquinamento culpe temptamētis cōtinere.ac diuinis ꝑpetuo ſubiugare ſuicꝭs. Deiñ ꝓximis in neceſſitatib9 ſuccurrere eſurienti cibū.potū ſicienti.algenti veſtitū miniſtrando.ac ceteris ſe mancipando fraterne dilectōnis obſequꝭs. Cōtēplatiua aūt vita eſt cū longo quis bone actōis exercitō edoctus diuine orōis dulcedīe īſtructus crebra lacrimaꝝ ꝯpunctōe aſſuefactus.cunctis mundi negocꝭs vacare ⁊ in ſola dilectōe mentis oculū ītēdere didicerit. gaudiūq3 eterne beati

tudinis qđ in futuro ſuſcepturus vita
etiā in pn̄ti cepit ardenter deſideran-
do pregustare. ⁊ aliqñ etiā cõtū mor-
talibus phas eſt in exceſſu mētis ſub
limiter eleuari hec beda. Yſidorus eti
am đ hac duplici vita ſic ait. Actiua ē
que in operibꝫ iuſtitie ⁊ ꝓximi vtilita
te verſatur. Contemplatiua eſt. q̄ va-
cans ab omni negotio in ſola dilectō
ne dei figit̄. vna in opatõe bone ꝯuer-
ſatõis. Altera in ꝯtēplatiua īmutabi
lis veritatis. Actiua vita mundanis
rebus bn̄ vtit̄. Cõtēplatiua vero mun
do renūcians ſoli deo viuere delectat̄
hec yſidorus. Ubi ꝯſiderandū ꝙ q̄ ad
vitā ꝯtemplatiuā deſiderat ꝯdeſcen-
dere oportet ꝙ prius in vita actiua ex
erceat. qꝛ merito ad v̄tutē ꝯtemplati
onis ſuſtollit̄. qui in actiua vita vtilis
inuenit̄. De quo idē yſidorus ſic ait.
Actiua vita īnocētia eſt bonoꝝ opum
Contemplatiua ſpeculatio ſupnoꝝ
illa em̄ cõis multoꝝ. iſta vero paucoꝝ
Actiua vita rebus mundanis bn̄ vtit̄
Contemplatiua vero mundo renunci
ans ſoli deo viuere delectat̄. Qui pri⁹
in actiua vita ꝓficit ad ꝯtemplationē
bene ꝯſcendit. Merito enim in iſta ſu
ſtollit̄. qui in illa vtilis īuenit̄. In iſta
em̄ prius ꝑ exercitiū boni opis cūcta
exhaurienda ſunt vitia. vt illā iā pura
mentis acie ad ꝯtemplandū deū quiſ
ꝙ ptranſeat. Et licet ꝯuerſus ſtatī
ad ꝯuerſionē al's ad ꝯtemplationē cõ
ſcendere cupiat. tn̄ rõe cogitur vt pri-
us in actiue vite opatõe verſet̄. hec yſi
dorus. ¶ Et notandū ꝓut dicit
beatus gre. ꝙ ſine ꝯtēplatiua vita poſ-
ſunt intrare hoīes ad celeſtē patriā. q̄
bona que poſſunt opari nõ negligunt
ſine actiua aūt vita intrare nõ poſſunt
ſi negligunt opari bona que poſſunt.
Et tn̄ ꝯtemplatiua vita maior ē meri
to ꝙ̄ actiua. qꝛ actiua in vſu pn̄tis tē-
poris laborat. Contemplatiua vo ſa-
pore intimo iam venturā requiē degu-
ſtat. ꝙ vo ꝯtemplatiua vita maior ſit
merito ꝙ̄ actiua ſacris euangelij ver-
bis oſtendit̄. in quo mulieres diuerſe
egiſſe memorantur. Maria quippe v-
ba redēptoris nr̄i audiens ad pedes
illius reſidebat. Martha aūt corpora
libꝫ miniſterijs inſiſtebat. Cūqꝫ cõtra
marie ociū martha ꝯquereret̄ audiuit
Martha martha ſollicita es ⁊ turba
ris erga plīma. Quid em̄ ꝑ mariam
que verbū dn̄i reſidēs audiebat niſi cõ
templatiua vita exprimit̄. Quid per
marthā exterioribꝫ obſequijs occupa
tā. niſi actiua deſignat̄ vita. Sed mar
the cura non reprehendit̄. Marie vero
laudatur. quia magna ſunt actiue vite
merita. ſed ꝯtēplatiue potiora. Unde
nec auferri vnqꝫ marie ps đr. quia ac
tiue vite opa cū corpe trāſeunt. Contē
platiue vero vite gaudia melius ex fi-
ne ꝯualeſcunt. Qđ bn̄ ⁊ breuiter eze-
chiel ꝓpheta expͥmit cū volātia aīalia
ꝯtēplatus ait. Similitudo man⁹ ho-
minis ſub pennis eoꝝ erat. Quid enī
ꝑ pennas aīaliū niſi ꝯtemplatões poſ-
ſumus ſentire ſanctoꝝ. quibꝫ ad ſum-
ma tranſuolant ⁊ terrena deferentes
ſeſe ī celeſtibꝫ librant. quid ꝑ manus
niſi opatões accipimus. Quia cum ī
ꝓximoꝝ amore ſe dilatant. bona que
preualēt etiā corporalit̄ adminiſtrāt
Sed manus eoꝝ ſub pennis eoꝝ ſunt.
qꝛ actõis ſue opa virtute ꝯtemplatõiſ
vincūt. hec gre ¶ Sed et hoc no
tandū ꝙ nõ omnibus vita actiua nec
etiā contemplatiua eque expedit quo
niā multi ita quietas mentes habent.
qui ſi laboribꝫ ⁊ occupatõibꝫ exterio
ribꝫ īplicantur in ſuis actionibus ſuc
cumbant. Sic ecõuerſo mlti ſunt ita
īquieti vt ſi eos vacare ꝯtigerit graui
us laborant. Ergo quietis cordibꝫ vi

ta ꝯtemplatiua expedit inquietis vo
mentibus ꝯuenit vita actiua. De hoc
dicit beatus gre. in li. vi. mora. valde in-
ter ſe diuerſe ſunt ꝯperſiões aïoꝝ. nõ
nulli nanq; ita ocioſe mentis ſunt. vt
ſi eos labor occupatõis excipiat. in ip
ſa opis inchoatõe ſuccumbãt. Et ſunt
nõnulli ita inquiete mentis. vt ſi oc-
cupatõz laboris nõ habuerunt. graui-
us laborant q2 tãto deteriores cordis
tumultus tolerant. q̃to eis licencius
ad cogitatões vacat. Vñ neceſſe ẽ vt
nec quieta mens ad exercitationem ſe
ĩmoderati opis nec dilatet nec inqui
eta ad ſtudiũ ꝯtemplatõis anguſtet. ſe
pe em̃ qui ꝯtemplari deũ quiete pote-
rant occupatõibꝫ ĩpreſſi ceciderũt. et
ſepe qui occupati bene hũanis vſibus
viuerent. gladio ſue quietis extincti
ſunt. hec gregorius F Filius

Scire etiã vellẽ quid eſt quod im
pedit vitam ꝯtemplatiuam.

Capitulum VII Pater E

De hoc ſcire de
bes. ꝙ vitam ꝯtemplatiuam
maxime impedit vita ocioſa. qui em̃
vt ait quidã ad apicem diuine ꝯtem-
placõis aſpicit neceſſe eſt vt ſe ab om-
nibꝫ peccatis ⁊ vicijs debeat elongare.
oĩa terrena ſub pedibꝫ ꝯculcare. boĩs
opibꝫ ſe exercitare. affectũ ſuũ ſãctis
deſiderijs inflãmare. crebris ſuſpirijs
euagatõz mentis ad deũ reuocare. et
ad hanc gratiã ꝯtemplatõis ſp aſpira
re. ⁊ viſitationẽ ſancti ſpũs vehemen-
ter deſiderare. ⁊ in his oĩbꝫ quouſq;
accipiat cõtencioſe laborare. hec ille.
Vñ hõ deuotus ꝯtemplatõi inſiſtens
ſola celeſtia meditatur. ſepat a terre-
nis. a turba carnaliũ cogitationũ elõ
gatur. dulces carnis refugit affectus.
vagos ſenſuũ motus reſtringit. in do-
mino delectat angelica dulcedĩe frui-
tur. Et ergo q̃diu ſapore ſcelerũ ꝑmi
tur. illã ineſtimabilẽ iocunditatẽ cele
ſtiũ nec deſiderare nec guſtare poterit
ineternũ. Oportet nãq; ſcḿ dictũ caſ-
ſiãi oẽs ſenſus velari. carnẽ macerari
ꝯſciam turbari añq; aïa celeſtia vale
at meditari. ac dei dulcedĩe oblectari
nec ſolũ ab illicitis verũ etiã a neceſſa-
rijs nõnũq; cura carnis eſt poſtponen-
da vt humanus affectus eo liberius ce
leſtia poſſit ꝯtẽplari. Nã, vt dicit beat⁹
Richar. de ſancto victo. nũq; huma-
nus affectus ad eternitatis deſideriũ
ꝑfecte inflãmat. nũq; hũan⁹ intellect⁹
ad eternoꝝ ꝯtemplationẽ plene acui-
tur. niſi carnis cura in rebꝫ etiã licitis
multũq; neceſſarijs frequenter fortit
q; repellat. hec richa. F Beatus
etiã bern. quedã enumerat que mũdi-
ciã cordis efficere ſolent. ita dicens.
Ad verũ lumen ꝯtemplandum que ocu
los mentis emundant. vt ad lumẽ ve
rũ ſubleuari poſſint. ſunt hec ſeclaris
vite abſcõſio. carnal' afflictõ. cordis
ꝯtritio. frequens pura delicti ꝯfeſſio
lauachrũ fletus. ⁊ cũ foris amiſſa fue
rit omnis imũdicia. ſurſũ eos attollũt
meditatio admirabilis dei. ⁊ caſte ve
ritatis inſpectio. orõ munda ⁊ valida
iubilus laudis. ⁊ deſideriũ ardens in
deũ. hec bern. Dicit etiã hugo ſup. iij.
ca. angelice Jerarch. Oportet inquit
ꝙ mens que deum vult ꝯtemplari pri
mum purgetur. poſtea illuminetur. et
deinde perficiatur. quia niſi precede
ret purgatio nõ ſequeretur illumina
tio. Et niſi eſſet illuminatio non veni
ret conſũmatio ſiue perfectio ⁊ tales
magis appropinquãt diuinitati. et q̃n
to magis appropinquant tãto verius
cõtemplantur. hec hugo. G Et
notandum ꝙ ad actum contemplatõ
nis multũ valet iocũditas eterne deuo

tōis ſed illā frequenter īpedit leticia
ſiue ꝯſolatōis tꝑalis delectatō. Vn̄ dt
beatus Jero. ſubtrahit tibi ꝯſolatio
diuina ſi ꝯſolatione tꝑanea gaudes.
Dicit etiā de hoc fulgen. Dulcedinē
iocunditatis interne ſola reprimit dl'
cedo voluptatis illicite ⁊ īmunde. naꝫ
vt dt Oroſius iuſte ei dulcis dei cōſo
latio denegatur. qui in hūano ſolum-
modo ſolatio delectat. hec Oroſius.
Sed valde diligenda ⁊ querenda ē de
uocio cordis. qꝛ nūqꝫ pōt homo bona
tꝑalia ꝯtemnere niſi interiora bona ꝑ
guſtū ſpūalem meruerit ſentire. Et de
hoc dicit rich. de ſanc. vic. Nō poteſt
ad ꝑfectam exteriorꝫ bonorꝫ faſtidium
ꝑringere. qui interiorꝫ bonorꝫ dulcedi
nem nōdū meruit guſtādo ſentire. pu
to ꝙ ꝯplexa niſi prius guſtaſſet qꝫ ſua-
uis eſt dn̄s ⁊ qꝫ magna multitudo dl'-
cedis eius. Puto niſi hoc expimētuꝫ
didiciſſet illud omnino ex ſentētia di
cere n̄ poſſet. Renuit ꝯſolari aīa mea
hec rich. Oportet ergo vt non ſolum a
grauioribꝫ verūetiā a leuioribꝫ pecca-
tis abſtineat. quiſquis in hac ꝑegrina
tōe ſpūali dulcedine inebriari deſide-
rat. Teſtat hoc idē rich. Nihil leuita
tis in ſe habeat. nil caducū. nil carnale
ſapiat. ⁊ ad magnā maturitatis gra-
uitatē anīm cōponat. qui eſurit ⁊ ſitit
de petra melle ſaturari de torrente vo-
luptatis in via bibere ⁊ inebriari. hec
richar. D Et ꝯſiderandū ſcḋm dic
tū beati gre. ꝙ inter delicias cordis et
corꝑis hoc diſtare ſolet. ꝙ corporales
delitie cū nō habent graue in ſe deſide
riū accendunt. Cū vero habite edunt
comedentē ꝑtinus in faſtidiū ꝑ ſacie
tatem vertunt. At contra ſpūales deli
cie cū nō habentur in faſtidio ſunt cuꝫ
vero habent in deſiderio. Tātoqꝫ a co
medente amplius eſurit qꝫto ab eſuri
ente amplius ꝯmedit. in illis appeti-
tus placꝫ. experiētia diſplicꝫ. In iſtis
aūt vilis eſt appetitus experientia ma
gis placet. In illis appetitus famē pre
ſtat ſaturitas faſtidiū generat In iſtis
appetitus ſaturitatem ſaturitas auteꝫ
appetitū parat. Augent em̄ ſpirituales
delitie deſideriū in mente dū ſatiāt.
qꝛ qꝫto magis eorꝫ ſapor ꝑcipit eo am
plius ꝯgnoſcitur qḋ auidius ametur.
Et idcirco nō habite delicie amari nō
poſſunt qꝛ eorꝫ ſapor ignoratur. nullꝰ
ei amare valet quod ignorat Proinde
nos ṗs. ammonet dicens. Guſtate ⁊
videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s. hec greg. Et
ſuꝑ eodē verbo ṗs. ꝓſequit quedam
gloſa ſic dicens. Guſtate. quaſi dicat
illud expimentum ꝓbate qm̄ ſuauis
eſt dominus. Et loquitur ad modum
hoīm dulcedinē vini potantiū qꝛ prio
modicū guſtant. ⁊ exinde eius dulce
die ꝯgnita alliciunt ad amplius degu
ſtandum. Sic hoīes deuoti primo ꝑ
cipientes aliquid de dulcedine. alli
ciunt ad amplius ſenciendū. Sed at
aduertendū ꝙ ꝓbantes dulcedineꝫ vi
ni illud modicū qḋ deguſtant ſuꝑ lig
uam diu retinent. Sic ſencientes di-
uinā dulcedineꝫ dn̄i eā qꝫ diu poſſunt
retinere. qꝛ hec dulcedo eſt qḋdaꝫ ꝑlu
diū beatitudīs future. nā talis ꝑguſta
tio diuine dulcedinis auget ſpeꝫ beati
tudīs future. ⁊ talibꝫ ex eo ꝙ ſenciūt
in ſe diuinā ꝑn̄ciā ſufficit eis ꝓ omni
bono ymmo oīa alia bona eis deſpi
unt niſi qꝫtū neceſſitas exigit. hec glo.
Quibꝫ dulcedinem diuine gratie de
guſtant hi frequenter in dn̄o gaudent
quia eorū gaudium ipſe deus eſt. De
hoc beatus Auguſti. in libro confeſſi-
nihil eſt aliud q̄ȝ infinitum pelagus qđ
dam perfectōnis in quo reſeruanť eſſe
⁊ viuere ⁊ intelligere ⁊ ſimul oēs pfe-
ctiones Et qꝛ intellectus noſter nō po
teſt apprehendere illud eſſe diuinū qđ
eſt infinitū pelagus vno ꝯceptu. vocat
eum ipſm multis nominibꝫ nūc ipſum
viuere. nunc ipſm intelligere ⁊c̄. Naȝ
nulla res creata p̄t recipere illud pela-
gus infinite pfectionis. ſicut nec tota
aqua maris ſe ꝯmendare modico vaſi
Sed vnaqueq̄ȝ creatura de eſſe recipit
ſm modum ſuum. nam ignis ipſe diui
nus illucet quidem mentibꝫ viatoruȝ.
ſed per naturā innominabilis. vtpote
inuiſibilis. nam qui in effectibꝫ ſuis
qꝛ eſt multipliciter diſciť. quid ſcđm
naturam ſit penitus ignorať. hec glo.
¶ Et notandū ꝙ cum aliqua cor
poralia in ſacra ſcriptura dicuntur de
deo. vt puta de oculis vel auribꝫ ⁊ cete
ra ſimilia. vt etiam p̄s. ait. Oculi dn̄i
ſup iuſtos ⁊ aures eius ⁊c̄. Hec ⁊ hu-
iuſmodi occultam quandā ⁊ ſpūalem
intelligentiā habent. Unde damaſce-
nus de deo loquiť ⁊ appellat dei oclos
⁊ palpebras ꝯſideratiuam virtutē vni
uerſoꝝ aures ⁊ auditum eius ꝓpiciati
onem ⁊ noſtre deprecationis ſuſceptō
nem. Os ⁊ loquelam volūtatis ſue de
monſtratōem. cibum ⁊ potū noſtꝝ ad
eius voluntatis ꝯcurſum. Odoratum
eius acceptatōem. faciem eius ꝑ opa-
tionum demonſtratōem. manus eius
per operationū perfectōem. Dexteraȝ
auxiliū eius in ꝓſperis. palpationem
eius deuotōem ⁊ exquiſitōem eoꝝ que
apud nos ſunt. pedes inceſſum auxili
um indigentiū vel vltionem inimicoꝝ
Juramentū intranſmutabilitatē con
ſilij eius ⁊ voluntatis. Jram ⁊ furoreȝ
ꝯuerſionē ad maliciam ⁊ iniquitatem
vindicandam. Obliuionē aūt ⁊ ſom
nium ⁊ dormitōem dilatōem eius que
eſt ad inimicos vltōnis ⁊ auxilij retar
datōem als recordatōnem. Et ſimpli
citer dicendo omnia que corporaliter
dicunť de deo occultam habere quan-
dam intelligentiam ex his que ſunt a
pud nos ea que ſunt ſupra nos edocen
tem Quod de angelis ſimiliter modo
ſuo licet incompabiliter inferiori in-
telligendū eſt. hec damaſcenus. ¶
Circa qđ etiam ſciendū ꝙ in hoīe qui
ad ymaginem dei eſt creatus duo ſunt
ſenſus. Unus exterior. ⁊ alius interi-
or. ⁊ vterq̄ȝ bonū ſuum hȝ in quo refi-
ciť. Sēſus exterior reficiť exterius in
ꝯtemplatōe humanitatis. ſenſus inte

rioꝛ in ꝯtemplatione diuinitatis. ꝓpte
rea eñi deus homo factus eſt vt totum
hoīem beatificaret ⁊ tota ꝯuerſio eius
eſſet ad ipm̄ ⁊ tota delectatio eius eēt
in ipm̄. cū a ſenſu coꝛpoꝛis videt̄ ꝑ car
nem ⁊ a ſenſu mētis videt̄ ꝑ ꝯtempla
tionem. hoc eſt totū bonū hoīs vt ſiue
ingrederet̄ ſiue egrederet̄ paſcua inue
niret in ſuo fcōꝛe. Paſcua facis in car
ne ſaluatoꝛis. paſcua interius in deita
te recreatoꝛis. Cū aūt homo exiſtat ex
carne ⁊ aīa ⁊ in carne ſunt quinqꝫ ſen-
ſus. ſ. viſus auditus guſtus olfactus
⁊ tactus quos tñ nō mouet ſine aīe ſo
cietate ita aīa ſimili modo hꝫ quinqꝫ
ſenſus ſuo modo qꝛ ſpūales res coꝛꝑa
libꝫ non ſcrutant̄ ſed ſpūalibꝫ ſenſibꝫ
rimande ſunt vnde diuina vox in deu-
tro. ait. Videte qꝛ ego ſum ſolus deus
ecce ſpūalis viſus Et in apocal̄. qui hꝫ
aures audiēdi audiat quid ſpūs dicat
eccīis ecce ſpūalis audit⁹ Et in ps̄ Gu
ſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis ē dñs ecce gu
ſtus ſpūalis Et apoſtolus Xp̄i bonus
odoꝛ ſumus. ecce ſpūalis odoꝛ al's olfa
ctus. Et in euan. Mulierem fide ſe te
tigiſſe magis ꝙ̄ coꝛꝑe oſtendit dicēs
Quis me tetigit. ecce tactus ſpūalis.
Sic ergo cū omni cautela obſeruādū
eſt quid ad coꝛꝑis ſenſus ⁊ quid ad di
gnitatem aīe ſc̄m ſenſus interioꝛes ꝑti
net Ex his plane patet ꝙ ſicut exꝑien
tia coꝛꝑalium fit ſenſibꝫ coꝛꝑalibꝫ. ita
exꝑientia ſpūalium fit in mente ſenſi-
bus ſpūalibꝫ Vñ ſicut guſtus exterioꝛ
ſenſus cū attingit guſtabile vel attingi
tur ab illo tūc vere habet noticiā exꝑi-
mentalem illius. Sic eſt de guſtu in-
terioꝛi ⁊ aliis ſenſibꝫ ſpūalibꝫ. nā cum
aliquis legerit vel audierit ab aliquo
ꝙ dulcis ſit dominus ꝓpter hoc tñ non
habet noticiā exꝑimentalē de hoc niſi
guſtus ſpūalis attingat̄ dulcedine di
uina. vt dicere poſſit fructus eius dul

cis gutturi meo Cañ. ij. vbi loquit̄ de
guſtu ſpirituali vt dt̄ glo. Quid nāqꝫ
ꝓdeſt multum cognoſcere nec illa ex-
periri nec aliquē viſum. Q. Illa ha
bere ad hanc experientiā exhoꝛtat̄ Pe
trus in ſua cano. j. dicēs Si tñ guſta-
ſtis qm̄ dulcis eſt dñs. Iſti aūt ſenſus
noſtri interioꝛes ſpūales impediuntur
ab illa exꝑimentali noticia. ⁊ hoc du-
plici impedimento. vnum impedimē
tum ꝓcedit ex natura coꝛrupta. aliud
ex negligentia ꝓpꝛia R. De impe
dimēto nature dt̄ beatus bern̄. ſup cañ.
Saporē interioꝛem ꝑdidimus ab ip
ſo pene exoꝛdio generis noſtri ex quo
coꝛdis palatū ſenſu carnis preualente
inerat virtus ſerpentis antiqui extūc
cepit nō ſapere bonum ac ſapoꝛ noxius
ſubintrare ⁊ inſipiētia mulieris ⁊ ſen
ſualitas ſapoꝛem boni excludit. qꝛ ſer
pentis malicia ⁊ aſturia mulieris inſi-
pientiam circūuenit. hec bern̄. S
Ille namqꝫ moꝛſus ſerpentinus fecit
ſenſus langueſcere interioꝛes ⁊ tabeſ-
cere. extūc ei viſus ſpūalis interioꝛ ob
tenebꝛeſcit. auditus ſurdeſcit. olfactus
tabeſcit. guſtus amareſcit. ⁊ tactus
groſſeſcit. Vñ clamat ꝓpheta Oculos
hñt ⁊ nō videbūt aures hñt ⁊c̄. Tales
eñi manēt in tenebꝛis exterioꝛibꝫ car-
nis De ſcd̄o impedimento dr̄ in libꝛo
de ſpiritu ⁊ anima hoc bonū magnum
quod habuit homo ex duplici ſenſu. ſ.
exterioꝛi ⁊ interioꝛi bene oꝛdinato ma
gnum malum ſecutum eſt. quoniam ꝑ
dito bono quod intra erat egreſſa eſt
anima ad bona aliena que foꝛis erant
⁊ pactum fecit cū delectationibꝫ ſecu-
li requieſcens in illis non attendens
boni ſui interioꝛis abſentiā. eo ꝙ ꝯſo
latōnes ſuas cerneret in bonis alienis
nam cū exterioꝛ ſenſus carnalis bono
ſuo vtit̄. interioꝛ ſenſus q̄ſi obdoꝛmit
nō ei cognoſcit bona īterioꝛis ſenſus

qui iocũditate exterioꝝ bonoꝝ rapiť.
hec in libꝛo de ſpũ ⁊ anima. Qualiter
aũt hĩj ſenſus interioꝛes refoꝛmenť et
reparenť de hmõi impedimentis. De
hoc ſciendũ ꝙ pꝛimum impedimentũ
ſcꝫ coꝛruptõem nature tollit xp̃us qñ
ſuam ſapĩam ⁊ grãm infundit coꝛdi-
bus ⁊ per eam exterminat ↄcupiſcen-
tiã malã ⁊ ↄſequenter intellectũ hoĩs
⁊ affectũ purificat ⁊ coꝛdis palatuꝫ ſa-
nat. De hoc beatus berñ. ſup canti. ſic
ait. Sapĩa aſſidue vincit maliciaꝫ. i.
ↄcupĩam in mentib' ad quas intraue-
rit. ſapoꝛẽ mali quẽ illa inuexerit ſapo-
re melioꝛe exterminans. Intrat enim
ſapĩa dum ſenſus carnis infirmať. in-
tellectũ coꝛdis purificat. palatũ ſanat
⁊ repat. ſanato iã palato iam ſapit bo-
num. ſapit ⁊ ipſa ſapĩa qua in bonis ẽ
nihil melius. hec berñ. Contra impedi-
mentũ ſecundũ. ſ. noſtrã negligentiaꝫ
neccẽ eſt vt ſenſus exterioꝛes ſopianť ⁊
a ſua vagatõe reſtringanť. qꝛ tunc ſen-
ſus exterioꝛes excitanť ⁊ exercitantur
Unde dr̃ beatus greg. Si exterius eua-
gatio ſenſus claudiť interioꝛ ſenſus a-
periť. Cuius ratõnem reddit hugo de
ſcõ victo. in li. de archa noe ita dicẽs
Mentes quas cure carnales exagitãt
non ↄpꝛehendunt ſapidã ſapĩam. ſed
qui minoꝛať actu ille inuenit eã. qꝛ dũ
animus ab exterioꝛib' abſtrahiť ⁊ ad
ſemetipm̃ colligiť ⁊ robuſtioꝛ ad eter-
na ↄtemplanda ſubleuať ⁊ cum a dele-
ctatõe carnali abſtrahiť ⁊ ad ſeipſum
colligiť neccẽ eſt vt ſtatim inde aliquid
gaudĩj ſpũalis pꝛeguſtare incipiat. ne
ſi mens omnino a delectatõe remanſe-
rit aliẽa. quaſi in ſe ſit arida ⁊ ſine hu-
moꝛe ad germen ſapĩe non poſſit ↄua-
leſcere. Fit ergo diuina gratia aſpirã-
te vt mens ſic abſtracta ⁊ a terrenis de-
ſiderĳs exuta ſtatim quaſi inſolita leti-
cia perfundať. ⁊ amplius amarũ cog-
noſcit eſſe quod deſeruit. quo magis
dulce ſentit quod inuenit. hec hugo.
Ex quib' colligere poſſumus ꝙ quan-
to magis ſenſus exterioꝛes a carnali-
bus deſiderĳs retraxerimus. tanto va-
lidius ſenſus interioꝛes ⁊ ſpirituales
ad guſtandum diuina ⁊ celeſtia conua-
leſcunt.

Filius.

Deſidero etiaꝫ ſcire quot modis
ſpecies ſiue qualitas ↄtemplati-
onis varietur.

Ca. XI Pater

Scire debes qḋ
trib' modis ↄtemplatõis va-
riatur qualitas. Pꝛimo enim mõ con-
templatio agiť mentis dilatatõe. Se-
cundo mentis ſubleuatõe. Tercio mo-
do mentis alienatione. Mentis auteꝫ
dilatatio eſt qñ ſpũſſanctus coꝛ homi-
nis ingrediť. ⁊ per ſuam gratiam om-
nes affectiones carnales. ſiue ſecula-
res de ipſa mente eliminantur. ⁊ coꝛ
magno ardoꝛe amoꝛis dei inflamma-
tur ac etiam dilatatur. moduꝫ tamen
humane induſtrie non ſupergreditur.
Mentis vero ſubleuatio eſt quando in-
telligentie viuacitas diuinitus irradi-
ata humane induſtrie metas tranſcẽ-
dit. nec tamen in mentis alienatõem
tranſit. ita vt ⁊ ſupꝛa ſit qḋ videat ⁊ tñ
ab aſſuetis penitus non recedat. Men-
tis autẽ alienatio eſt qñ pꝛeſentiũ me-
moꝛia menti excidit ⁊ in peregrinum
quendam humane induſtrie ſtatuꝫ di-
uine tranſfiguratione tranſit.
Pꝛima ſpecies ↄtemplationis agitur
mentis dilatatõne Excluſis nam ꝗ vi-
tĳs de cubiculo coꝛdis ⁊ decenter vir-
tutib' adoꝛnato ſubintrat dilectõ dei.
Qui vero deũ diligit. ⁊ mandata eius
ſeruat videlicet peccatis reſiſtendo ⁊ v-
tuoſe viuendo. illius mentem libenter

deus viſitare dignat̃. ac in illa mãſio-
nez deſiderat facere. Teſte v̾itate q̄ ait
Si quis diligit me ſermonē meū ſer-
uabit. Et pater meus diliget eū ⁊ ad eū
veniemus ⁊ manſionem apud eū facie
mus. Cuius v̾o cor op̄s deus ꝑ ſuam
p̄ñtiam ſic viſitat. illius mentem diui
nus amor inflammat ⁊ excluſis oībꝫ
cupiditatibus feruens caritas dei oīa
interiora anime occupat. ⁊ ꝑ ſuam di-
lectionē dilatat. Talis vero ꝑ amorē
dei ſic dilatatus videt deū qḋ ↄtingit
cum deus qui ſpiritus eſt viſitans aī
mam principaliter adeſſe ſentit̃ ⁊ in-
telligit̃. Unde d̾t beatus ber. Oculus
meus intelligentia mea. Uidere ergo
deum dicimur. cū eius p̄ñtiam in aīa
ꝑ intellectū vtrūq̄ ꝑcipimus ⁊ ſenti-
mus. Cum ergo ſentis grām cognoſce
dei p̄ñtiam. nam ꝓut d̾t beatus greg.
Qui mente integra deū deſiderat ꝓfe
cto iam habet quem amat. Nec enim
quiſq̄ poſſet deum diligere ſi eū quē
diligit non haberet. hec greg. Anima
vero ꝑ grām ſibi infuſam ſentiens ad
eſſe p̄ñtiam ſui creatoris. ſuū intuitū
⁊ totum affectum dirigit in ipſum ſu-
per oīa amando. In quo aūt talis lati
tudo caritatis eſt fortiter currit viam
mandatorum dei. Uñ d̾t p̄s Uiā man
datoꝝ tuorum cucurri cū dilataſti cor
meū. Ad hanc latitudinē cordis habē
dam hortat̃ dñs per p̄s dicens Dila-
ta os tuū ⁊ implebo illud ac ſi dicat.
Extende ⁊ dilata per deſideriū ſanctū
os tuū cordis viꝫ ⁊ ego implebo illud
multiplici dono ſpūs mei. Aīa v̾o de
uota que ſic a dño viſitat̃ habens ⁊ ↄti
nens illum in ſeip̄m intuet̃ ꝑ ↄtempla
tionem amplexat̃ ꝑ dilectionem de-
oſculat̃ per deuotionē. De hoc richar.
de ſancto victore in. iiij. libro contem-
plationum ſic ait. Deus auditur vide
licet ab anima per reuelationem videt̃
per ↄtemplationem deoſculat̃ per de-
uotionem aſtringit̃ per dulcedinis ſue
infuſionem. Audit̃ ꝑ reuelationem do
nec voce eius paulatim inualeſcēte to
ta ꝑſtrepentiū tumultuatio ſolaq̄ illi-
us vox audiat̃ donec oīs illa tandē tu-
multuantiū turba diſpeat. ſoluſq̄ cū
ſola remaneat ⁊ ſolū ſola ꝑ ↄtemplati
onem aſpiciat ⁊ ꝑ ↄtemplationē vide
at donec ad ſolite viſionis aſpectū pul-
critudinis admirationē paulatim aīa
incaleſcat. ac tandē aliq̄ñ tota incan-
deſcat. donec ad verā puritatē internā-
q̄ pulcritudinem tota reformet̃ ⁊ ille
interne habitationis thalamus vndi-
q̄ virtutibus adornetur. Tandem ali
quando adornato thalamo ⁊ intro ex-
iſtente dilecto fiducia iam inualeſcen-
te deſiderioq̄ perurgente. cū ſe vlteri-
us cohibere non valet. ſubito in oſcula
ruit ⁊ impreſſis labijs intime deuotio-
nis oſcula figat. ꝑ deuotionē ſepe ⁊ mul
tiformiter deoſculat̃. dum interim cu-
biculum ſternit̃. donec intimus anime
ſinus ad ſummā pacem ⁊ tranquillita
tem ↄponat̃. Donec tandē dilecto in-
ter vbera collocato ad ineffabilem quā
dam diuine dulcedinis infuſionem in
illius deſideriū liqueſcat. ⁊ ſpūs ille
qui domino adheret vnus ſpūs fiat. pu
to qꝛ experta tanta dulcedine cum in-
tima ſuauitate de cetero iam nō poſſit
aīa illa pulſanti dilecto aliquas mo-
leſtias innectere. vel illa expectatione
fatigare preſertim cum ſibi ip̄i omnis
mora nimis longa ſit ⁊ expectatio vide
tur oneroſa. Deinceps vt arbitror ad
habitationis ſue introitum libẽter ob
ſeruabit vt ad dilecti ſui ſuſceptionē
ſemper parata ſit. Sed q̄uis iam pa
rata ſit. tunc temporis huiuſmodi ad-
uenientem ſuſcipere neſcit ſi ⁊ eque pa
rata ſit ⁊ expedita vocanti occurrere.
Puto enim non eſſe eiuſdem facul-

tatis ſuſcipere venientem ⁊ ſequi vocā-
tem. Aliud eſt cū ipſo introire. atq; a
liud eſt exire ibi aīa ad ſeipſam rever-
tit̃ ⁊ cū dilecto ſuo vſq; ad intima cor
dis ſui penetralia ingredit̃. hic extra
ſemetipſam ⁊ ad ſublimia ꝯtemplan
da ſubleuat̃. Quid namq; eſt eius in-
troire niſi ſe totam in ſeipſam collige-
re. quid vero eſt eius exire. niſi ſeipſam
extra ſemetipſam totā effundere. Ni-
hil itaq; aliud eſt aīam cum dilcō ſuo
in cubiculū introire ⁊ ſolā cū ſolo mo
rari dulcedineq; ꝑfrui. niſi exteriorū
omniū obliuiſci ⁊ in eius dilcōne ſum
me ⁊ intime delectari. ſe ſolam cū dile
cto videt. qñ exterioꝝ omniū oblita ex
ꝓpria ꝯſideratōe in dilecti ſui dilcōez
deſideriū ſuum purget ⁊ ex his q̃ in in
timis ſuis ꝯſiderat aīm ſuum in eius
amorē affectū inflammat ⁊ tam ex ma
loꝝ q̃ȝ bonoꝝ ſuoꝝ ꝯſideratōe in grati
arum actōem aſſurgit. hinc ꝓ impenſa
gr̃a ⁊ hic ꝓ indulta venia intime deuo
tionis victimas exoluit. vſ; in intimū
dilectus perducit̃. ⁊ in optimo collo-
cat̃ qñ ex intimo affectu ⁊ ſuꝑ oīa dili
git̃. Cogita quid ſit qḋ in vita tua ar-
dentius dilexiſti. anxius ꝯcupiſti. qḋ
te iocundius afficiebat. ceteriſq; oīb;
ꝓfundius delectabat. Conſidera ergo
ſi eandē affectionis delectationiſq; a-
bundantiā ſentias. qñ in ſummi dile
ctoris deſideriū inardeſcis qñ in eius
dilectōe requieſcis. Cui dubiū ſit ꝙ
intimū illum affectionis tue ſinū nec-
dū teneat. ſi intime dilectionis acule
us animā tuam in diuinis affectibus
minus penetrat. tepidius exagitat q̃ȝ
in alienis affectib; aliqñ penetrare vel
exagitare ſolebat. Sed ſi tantā ꝓrſus
vel forſan validiorē dilectionis vel de
lectationis violentiaȝ in intimis tuis
circa diuina ꝓſenſeris q̃ȝ al's vnq̃ȝ exꝑ
tus fueris vide adhuc ſi forte aliquid
aliud ſit in quo delectari vel conſolari
poſſis. Certe q̃ȝdiu poſſumus ex aliēa
qualicunq; re ꝯſolatōem vel iocundi-
tatem ꝯcipere. nondū audeo dicere eū
intimū ardentiſſimi amoris ſinum te
nere. Satage. feſtina. trahe eū adhuc
ad īteriora tua ⁊ ſecretiora cordis tui
penetralia quecunq; eiuſmodi oīa es
Certe ſi alienā aliquam ꝯſolatōȝ que-
ris vel recipis. deū tuū q̃ȝuis fortaſſe
ſumme nondū al's tñ tam ſingulariter
diligis. Nondū ergo in intimū ꝑdu-
cit̃. nondū in optimo collocat̃. Si er
go non ſatagis introducere eū ad inti
ma tua. quō credā te poſſe ſequi eū ad
ſublimia ſua. Certum ergo ſignū tibi
ſit quecunq; es aīa ꝙ dilectum tuum
minus diligis. vel ab illo minus dili-
geris. ſi ad theoricos illos exceſſus nō
dū vocari vel vocantē ſequi nondū me-
rueris. hec rich. X Scd's modus
ſiue ſpecies ꝯtemplationis agit̃ men-
tis ſubleuatōe. mens enī ꝑñtia ſui cre-
atoris viſitata. ⁊ ex eius amore dilata
ta. ꝓpter feruentem caritatē dei quam
in ſe ſentit vltra non valens ſe ꝯtinere
interiori ac ſpūali intuitu ſurſum ſe li
brat. deſiderans illū videre a quo tam
dulciter viſitat̃ ac ꝯſolat̃. cū vero mēs
ſiue anima ſic ſurſum elevata per ferui
dum amorē chriſto inheſerit. incipit
inter brachia eius aliquo modo conſo
piri. vt non ſolum delectabiliter ſed ⁊
tenaciter deo inhereat. ⁊ q̃ſi vi abſtra-
hat̃ ab omnium viſibilium ſenſu ⁊ me
moria. ſic tñ vt non plene ſui met obli
ta. nec tm̃ vere ꝯpos ſit ſui. Juxta illud
canti. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat.
Eſt enī talis iſte ſomnus illoꝝ qui inci
piunt dormire. ⁊ tamen non vident̃ ſi
bi ea que circa ſe fiunt aliquo mō ſen-
tire ⁊ intelligere. ſed pre ſopore nō ad
uertunt. Sic amor dei cum intelligen
tia conditus inebriat mentē ⁊ ab exte

rioꝛibꝫ abſtractam ſua virtute deo con
glutinat ⁊ ꝯiūgit. ⁊ q̃to amoꝛ vehemē
tioꝛ ⁊ intelligentia lucidioꝛ. tanto va-
lidius mentē in ſe rapit quouſq; tādē
oīm que ſub deo ſunt abijcit. vt in ſolo
diuine ꝯtemplatōnis radio libere figa
tur. licet bꝛeuiter velut in quodam cho
ruſco lumine celitus emicantis Quia
coꝛpus qḋ coꝛrūpit̃ aggrauat aīam ⁊
depꝛimit terrena inhabitatio ſenſum
multa cogitantē. Senſus enī hoīs ꝑ ſe
pauca p̃t ⁊ vix tenuiter cogitare ſuble
uatus aūt a flatu ſupni luminis tanto
plura ſimul intuet̃. quāto ſupꝛa ſe ſub
limius eleuat̃. Sed coꝛruptio terreni
coꝛpis ⁊ cure huius vite occupatiōes
depꝛimūt aīas ⁊ reuocāt ad ſeipſuꝫ vt
gemens cogat̃ clamare cū aplo. Infe-
lix ego hō quis me liberabit de coꝛpe
moꝛtis huius. Quanto enī plus mēs
ꝯuerſa eſt ad iſta inferioꝛa ⁊ hūana co
gitanda ⁊ tractanda. tāto plus a ſupi-
oꝛibꝫ ⁊ celeſtibꝫ ꝑ deuotionis intima
elongat̃. ⁊ q̃to feruentius ab inferio-
ruꝫ memoꝛia affectu ⁊ intellectu ad ſu
perioꝛa ſuſtollit̃. tanto ꝑfectioꝛ eſt de-
uotio ⁊ purioꝛ ꝯtēplatio q2 ſimul ꝑfe-
cte nō poteſt vtriq; eſſe intenta. que ab
inuicē ſicut lux a tenebꝛis ſunt diuiſa
nam qui deo inheret in lumine verſat̃.
Qui vo inheret mūdo in tenebꝛis eſt.
Et notandū ꝓut dr beatus greg. v. mo
ral. ꝙ mens cū in ꝯtemplatione ſuſpē
ditur cū carnis anguſtias ſupans ꝑ ſpe
culationis vertā deliberate aliquid inti-
me ſecuritatis rimat̃. ſtare diu ſupꝛa
ſemetipſam nō p̃t q2 ⁊ ſi hanc ſpūs ad
ſumma euehit. caro tñ ipſa adhuc coꝛ-
ruptionis ſue pondere deoꝛſum p̃mit.
vnde in libꝛo iob dr. Et cum ſpūs me
pꝛeſente trāſiret qñ inuiſibilia cogno-
ſcimus ⁊ tñ hoc non ſolide ſed raptim
videmus. neq; enī in ſuauitate ꝯtem-
plationis intime diu mens figit̃. quia

ad ſemetipſam ipſa immenſitate lumi
nis reuerberata reuocat̃ Cūq; internā
dulcedinē guſtat amoꝛe eſtuat ire ſuꝑ
ſemetipſam nitit̃ ſed ad infirmitatis
ſue tenebꝛas fracta relabitur ⁊ magna
virtute ꝓficiens videt. q2 videre non
p̃t hoc qḋ ardenter diligit. nec tñ ardē
ter diligeret niſi aliquatinus videret.
Non ergo ſtat ſed tranſit ſpūs q2 ſup-
nam lucē nobis ꝯtemplatio inhianti-
bus aperit ⁊ mox infirmitatibꝫ abſcō
dit. De hoc iterū beatus greg. ſuꝑ eze-
chielem ſic ait. Sepe aīmus ita in di-
uina ꝯtemplatione ſuſpendit̃ vt iaꝫ ſe
ꝑcipere de eterna illa libertate quā ocu
lus nō vidit nec auris audiuit aliquid
ꝑ quandā ymaginē letet̃. ſꝫ cū moꝛta
litatis pondere reuerberatus ad yma
relabit̃ q̄ſi quibuſdā pene vinculis li-
gatus tenet̃. humana quippe mens cū
ſupioꝛa atq; celeſtia vtrūq; in enigma
te aſpicit. iam de clauſtro habitatōnis
coꝛpoꝛee ꝑ ſubleuatā cogitationē exit
atq; illum humiliter adoꝛat. cuius ⁊
videre ſubſtantiam non valet iam ta-
men eius potentiam per illuminatio-
nem ſpiritus rimatur. hec gregoꝛius.
Ubi ſciendū ꝙ ſancta aīa cū ad ſupio
ra ſubleuat̃. ꝑuula ibi facta moꝛa ſta-
tim ad inferioꝛa relabit̃. ⁊ poſtmoduꝫ
ex memoꝛia illoꝛuꝫ que vidit ſuauiter
paſcit̃. De hoc beatus bernardus Ani
ma q̄ pꝛius in ſcola hūilitatis ſub ma-
giſtro filio dei ad ſemetipſam intrare
⁊ ſe cognoſcere didicit ⁊ de ſcola hu-
militatis duce ſpū ꝑuenit ad cellaria
caritatis. deinde ſuffulta floꝛibꝫ ⁊ ſti-
pata malis. i. virtutibꝫ ⁊ bonis moꝛi-
bus ad regis tūc cubiculum digna ad-
mittitur. cuius amoꝛe languit ibi mo-
dicum quaſi hoꝛa media ſilentio fa-
cto in celo. inter deſideratos ample-
xus ſuauiter quieſcens ipſa quidē doꝛ
mit. ſꝫ coꝛ eiꝰ vigilat. quo vtiq; iterim

veritatis archana rimatur. quorũ poſt‑
modũ memoria ſtatim reditura paſca
tur. Felix enĩ iſta hora. ſed pua mora.
ibi videt ineffabilia. carpit inuiſibilia
hec bernardus. Uñ etiã deuoti viri quibus mẽte
contemplatiõe eleuati. de incircũſcrip‑
to lumine furtim aliquid et tenuiter attin
gunt. tñ ſtatim ad ſeipſos reuerſi. ab ea
luce quã viderunt ad ſuas tenebras ſu
ſpirando redeunt. Qđ beatus greg. tã
git. exponens illud Geneſ. Jacob in
via angelũ inuenit. et ecce vir luctabaẗ
cum eo. ſic dicit. Js qui certat in luctamine
aliqñ ſe ſuperiorem. aliqñ eũ cum quo
contendit inuenit inferiorẽ. Eſt enĩ contẽ‑
platiua vita magnanimitatis contentio
cũ ſe contemplator ad celeſtia erigit. cum
in rebus ſpũalibus aĩm tendit. cũ tranſ
gredi nitiẗ omne qđ corruptibile vide
tur. cũ ſeſe anguſtet vt dilateẗ aliqñ qȝ
vincat. et quidẽ reluctantes tenebras
ſue cecitatis erupat. vt de ĩcircũſcrip‑
to lumĩe quiddã furtim et tenuiter vide‑
at. ſed tñ ad ſeipſam protinus reuerbera
ta reuertiẗ ab ea luce a qua reſpirando
tranſit ad ſue cecitatis tenebras ſuſpi
rando redit. Quaſi ergo vinciẗ angelus
qñ intellectu intimo apprehendiẗ deus.
quia intelligendo et ſentiendo de incircũ
ſcripto lumĩe aliquid deguſtat. Quaſi
etiam deuinciẗ homo. qñ ſubtracta in
tima luce nolens remitenſqȝ ad aſſue‑
tas tenebras redit. Si igiẗ ad partes
alis pentes proprios. i. ad ſcõs in celo re
dire cupimus. teneamus in via ange‑
lũ vt ſuauitate intima apprehendamuſ
deũ. Tenentes vero angelum vno clau
dicamus pede. et fit nerui refractio. per
qđ intelligiẗ carnaliũ deſideriorum re‑
preſſio ſiue extinctio. Omnipotẽs enĩ
deus cũ iam per deſideriũ et intellectũ
cognoſciẗ oẽm in nobis voluptatẽ car
nis reſtringit. et qui prius qſi duobus
pedibus innitentes et deũ videbamur q̃

rere et ſeculum tenere. poſt agnitõnem
ſuauitatis dei vnus in nobis pes ſanus
manet. atqȝ alius claudicat. quia neceſſe
eſt vt debilitato in nobis amore ſeculi
ſolus conualeſcat amor dei. vno claudi‑
camus pede. quia dũ creſcit in nobis for
titudo amoris intimi. infirmaẗ procul
dubio carnis fortitudo. quia oĩs qui clau
dicat vno pede ſoli innitiẗ quem ſanum
habet. quia cui terrenũ deſideriũ iam areſa‑
ctum fuerit in ſolo pede amoris dei to
ta virtute ſe ſuſtinet et in ipſo ſtat. quia pe
dem amoris ſeculi quẽ ponere in terre
na conſueuerat. iam a terra ſuſpenſũ por
tat. hec grego. ¶ Et ſciendum quod
etiã diuerſe ſunt deuotionum ſpẽs qui
bus ſacra ſcriptura noĩa diuerſa impo
nit. vt ſunt. iubilus. ebrietas ſpũs. li‑
quefactio et ſpũalis iocunditas. Jubi
lus vero quid ſit oñdit beatus greg. xx
xiiij. moraľ. ſic dicens. Jubilus dicitur qñ
ineffabile gaudiũ mente concipitur. qđ
nec abſcondi poteſt. nec ſermonibus a‑
periri. et tñ quibuſdam moribus pditur
quamuis nullis proprietatibus exprimatur.
Unde dauid propheta intuens electorum
animas tantum gaudiũ mente concipere
quantum non valet ſermone apire ait
Beatus populus qui ſcit iubilatõnem
Non enim ait qui loquiẗ. ſed qui ſcit
iubilationem. quia ſciri quidem iubi
latio mente poteſt. ſed dictu exprimi
non poteſt. Sentiẗ per illam quippe qđ
vltra ſenſum eſt. et cum vix adhuc cõ‑
templandum ſufficiat conſcientia ſci
entis qñ ad hoc exprimendum nõ ſuf‑
ficeret et lingua dicentis. hec gregorius.
Jſte aũt iubilus naſci ſolet ex ſctã me
ditatione. deuota oratione. ac cordis
iocunditate. que de conſcientie procedit
puritate. De hoc beatus berñ. ſic dicit
Rennuat conſolari anima mea niſi in
deo viuo. Hec enim conſolatio eſt ſua
uiſſimus radius quo anima per cincin

num capitis eleuat̃ cũ meditatione ex
ardeſcente ⁊ oratione inualeſcente Ex
tali em̃ meditatiõe orõe ⁊ ꝯtemplatõe
naſcit̃ in corde iubilus quidã melliflu
us ⁊ cordis riſus. quem nemo ſcit niſi
qui ſentit. nemo ſentit niſi qui exꝑtus
eſt. qui cito trãſit. Felix hora ſ3 breuis
eſt mora Narrant exꝑti que dico qui
hec magis exꝑientia didicerunt q̃3 in
corde. q2 feruor orõis cũ admiſcet̃ ar-
dori meditationis erũpit ille ꝯtempla
tionis radius de media caritate q̃ſi ſpe
cies electri hoc eſt de medio ignis ſu-
ſpiriorũ. ſ. ꝯſcie iubilantis. hec bernar.
Ubi notandũ ꝙ ſancti viri ſcḋm dictu3
caſſiani. felicitatis ſue gaudia tam in
pñti accipiũt q̃3 in futuro In pñti qui
dem ꝑ iubilũ iocũditatis interne. In
futuro ṽo ꝑ plenitudinẽ beatitudinis
ſempiterne. hec caſſia. Hũc iubilũ ſua
uiſſimũ beatus ber. deſiderabat hẽre cũ
diceret O ſi veniat ſup cor meũ facies
illa que videt̃ in iubilo. quid dulcius
quid ſuauius. quid de iocũdius in me
epulare domine ieſu xp̃e ⁊ poſt epulas
reclina ſup aĩam ſerui tui. ſi ꝑmis nõ
grauor. ſi grauor non laſſor. iugu3 em̃
tuũ ſuaue eſt ⁊ onus tuũ leue. hec berñ.
B Ebrietas aũt ſpũs dici pt queli
bet amoris ⁊ magni gaudij deuotio. ex
qua q̃ſi ex vini fortitudĩe feruor ſpũs
intantu3 creſcit ꝙ ſe intra ſe cohibere
non valet. Uñ apl'i ſancti ſpũs feruo-
re eſtuantes muſto pleni dicebãt̃ De
hoc in libro iob dr̃. Uenter meus q̃ſi
muſtum abſq3 ſpiraculo qḋ languncu-
las nouas diſrũpit nouas dr̃ non vete
res. q2 veteribꝫ cordibꝫ non infundit̃
talis deuotio. ſed nouis. ſ. in nouitate
vite ambulãtibꝫ vel nouas dr̃ q2 talis
feruor ſpũs nouis. i. nondu3 exercita
tis mentibꝫ nuꝑ infuſis minus valet
ſe cohibere. quin erumpat in inuſita-
tos geſtus voces vel ſingultus ſicut vi-
num in vaſe ebulit. quod inueteratum
quieſcit Nec etiam mirum ſi ex mag-
na ſpiritus hylaritate quam ſpiritus
ſanctus cordi infundit. aliquando erũ
pit in aliqua apta hilaritatis indicia.
vel ſi qñq3 ſingultibꝫ ⁊ fletibꝫ apertis
imꝑare non valet ⁊ huiõi interne de-
uotionis motus abſcondere cũ videa-
mus aliquos ſepe ex ſtulta leuitate a ri
ſu ⁊ inſolentibꝫ cachinnis nõ poſſe co
hibere ſe etiã vbi pudor hũanus imꝑat
diſciplinã. Et aliqñ ex humana triſti
cia aborta fletui nõ poſſit homo q̃uis
libenter faceret imperare Cũ em̃ ſcrip
tum ſit. Deus ignis ꝯſumens eſt ⁊ de-
us caritas Ergo quid mirum ſi feruor
diuine caritatis cordi infuſus totum
hominem commouet. ſi vt ꝓdictu3 eſt
leuitas aut triſticia tantam vim in ho-
mine operari poteſt. nam cor diuini a
moris gaudio vel diuine fruitionis de-
ſiderio inflammatu3 in ſe dilatat̃ ⁊ ex
tendit̃ ⁊ q̃ſi inter anguſtias pectoris
ſe capere nõ ſufficiens ꝓpter ardoris
violentia3 extra ſe erumpit ⁊ amoris
magnitudinem quem in ſe ꝯtinet ꝑ ex
teriora indicia euaporat. Liquefactio
ṽo anime aliud non videt̃ eſſe niſi que
dam emollitio a ſua duricia per quam
flexibilis reddit̃ ⁊ voluntaria ad amã
dum deum ⁊ liqueſcens ad diuine vir
tutis recipiendã impreſſionem. vt ſi-
cut liquor liquori ita ſpũs dei ſpiritui
hominis influens miſceat̃. vt vnus ſi
at ſpũs anima cũ deo De hoc ſuꝑ cañ.
Oroſius ſic dicit. Anima viri dr̃ lique
facta. dũ in dulcedine celeſtis glĩe celi-
tus fuerit reſoluta ⁊ ſuo dño dilecto af
fixa ⁊ inſeꝑabiliter ãnexa. hec oroſius
Unde ſcḋm dictum origenis. Diui
ne contemplationis feliciſſimus effe-
ctus eſt liquefactio. liqueſcit em̃ mens
dum deuotione molleſcit. vt ſponſus
in ea ſuauiter cubet et nihil duri ei

obſiſtat. Liqueſcit dum deuotione ca-
leſcit. vt dilectus in ea calorem diuini
amoris inueniat ⁊ quaſi quidam ↄtra-
ctus ſpūalis fiat. qui maximā delecta-
tionem generat. Liqueſcit dū deuotō
ne ſupeffluit. vt deus ſolus ſolū domi-
niū ⁊ plenum in ea obtineat. tunc oīs
motus. omnis viſus. oīs impet⁹ eius
feliciter in eternitatē terminat̃ hec ori
ge. Vñ beatus berñ. ſup cantica expo-
nens illud. Aīa mea liquefacta eſt. ſic
ait. O dulcis ↄfabulatio dei in aīma.
cum aīa que ſine lingua ⁊ labiorū for-
mat̃ ſtrepitu. ⁊ ſine aure ꝑcipit̃ in ſilē
tio. ſolus qui loquit̃ ⁊ cui loquit̃ audi
unt ⁊ alienus excludit̃. quoꝝ virtute
⁊ auditu corda liqueſcūt. liqueſcendo
deficiunt ab eo qd̃ fuerunt. ⁊ deficien-
do perficiunt̃ in eo in quē fluunt. Hec
berñ. ¶ Spūalis aūt iocunditas
dici poteſt gaudium qd̃libet in ſpūſcō
qd̃ a ſpūſancto infundit̃ gaudet aīus
in deo ꝓ ꝑceptis bñficijs vel ꝓmiſſis.
Notandum ꝙ ſpūalis leticia dupliciter
ter accipit̃. generaliter ⁊ ſpecialiter.
Generaliter. qñ eſt generalis motus
gaudij in ſpūſancto ex intuitu benefi-
cioꝝ dei ⁊ future glorie ac bonitatis di
uine. Specialiter qñ eſt quedā mētis
hilaritas ⁊ ↄfidentia bona ad deum ⁊
de bono ↄſcie teſtimonio reddens ho-
minem beniuolū ⁊ deuotū. ⁊ ad omnia
agenda ⁊ ſufferenda ꝓ deo ⁊ omnia q̃
dei ſunt diligenda ⁊ ꝓmouenda. Ideo
bis dicit aplṡ. Gaudete in dño ſemꝑ
iteꝝ dico gaudete. primo generaliter.
ſcdo ſpecialiter. ¶ His ergo de-
curſis videndū eſt de tercio mō ↄtem-
plationis. Tercius modus ſiue ſpēs
ↄtemplationis agit̃ mentis alienatōe
Mentis aūt alienatō ex triplici cauſa
hꝫ ꝓceſſum. Aliqñ eñi pre magnitudi
ne deuotionis. nōnunꝗ̃ pre magnitu
dine admirationis. interdū etiam pre
magnitudine exultationis. Hos tres
modos rich. de ſcō victo. in. v. li. de cō
templatōe declarat ita dicens ¶
Tribꝰ de cauſis in mentis alienatōem
abducimur. nā mō pre magnitudīe de
uotionis. mō pre magnitudine admi-
rationis. mō pre magnitudīe exultati
onis vt ſemetipām mens oīno non ca
piat. ſed ſupra ſemetipām eleuata in
alienatōem tranſeat. Magnitudīe de
uotionis mens hūana ſupra ſemetip-
ſam eleuat̃ qñ toto celeſtis deſiderij ig
ne ſuccendit̃. vt amoris intimi flāma
vltra humanū modū excreſcat que aī
mam humanā ad cere ſiītudinem liq̃
factā a priſtino ſtatu penitus reſoluat.
⁊ inſtar fumi extenuata in ſuꝑna ele-
uet ⁊ ad ſumma emittat. Magnitudi-
ne admirationis aīa humana ſupra ſe
metipſam ducit̃ qñ diuino luīe irradi
ata ⁊ in ſumme pulcritudīs admiratō
ne ſuſpenſa tā vehementi ſtupore ↄcuti
tur. vt a ſuo ſtatu funditus excutiat̃. ⁊
in modū fulguris choru ſcātis quantū
ꝓfundius ꝑ deſpectū ſui immēſe pul-
critudīs reſpectu in yma deijcit̃. tanto
ſublimi⁹. tanto celerius ꝑ ſummoꝝ de
ſideriū reuerberatā ⁊ ſupra ſemetipāꝫ
rapta in ſublimia eleuat̃ Magnitudi
ne iocūditatis ⁊ exultatōis mēs hoīs
a ſeipā alienat̃ qñ in intīa illa interne
ſuauitatis abūdātia potata imo plene
inebriata q̇d ſit q̇d de fuerit penitus ob
liuiſcit̃ ⁊ ī alienatōis exceſſū tripudij
ſui nimietate traducit̃. ⁊ inſuꝑ ſupra
mundanū quendā affectū ſub quodaꝫ
mire felicitatis ſtatu rapti trāſformat̃
Quādiu igit̃ hmōi exceſſus in nobiſ-
metipſ̃ nō ſentimus q̇d aliꝰ de nobis
ſentire dēmus niſi qꝛ min⁹ diligimꝰ niſi
ꝙ minus diligimus Si ei qſq̇s eſple
ne pfcēqꝫ diligeres forte dilcōnis tue
nimietas eſtuāſqꝫ deſiderij āxietas ī e
iuſmōi rapiet exceſſ⁹ q̇les tibi expte ō

ſcripſimus iam ſane ſi diuina dilecti-
one plene dignus extitiſſes. ſi tāta di
gnatione te ydoneū exhiberes. forte
tanta luminis ſui claritate intelligētie
tue oculos irradiaret. tāta intime dul
cedinis ſue ſuauitate cordis tui deſide
riū inebriaret. que temetipm̄ ſuper te-
metipm̄ raperet. ꝛ ꝑ mentis exceſſum
in ſuperna eleuaret Hos aūt anagogi-
cos exceſſionis modos miſtice quidē
deſcriptos in canticis cāticoꝝ inueni-
mus. De primo quidē recte illud intel
ligit quod dr. Que eſt iſta q̄ aſcendit ꝑ
deſertū ſicut virgula fumi ex aro. mir.
ꝛ thur. ꝛ vni. pul. pig. De ſecūdo que
eſt iſta que ꝓgredit qͥ aurora ɔſurgēs
De tercio. que eſt iſta que aſcendit de
deſerto delicijs affluēs innixa ſup dile
ctū ſuum. hec ibi. ¶ Nūc de vno
modo ipſius exceſſus mētis dicendū
eſt in ſpāli. Et primus exceſſus mētis
vt dr ibi. in eodem libro. v. fit ex de
ſiderij anxietate ꝛ magnitudine deuo-
tionis fumus qui ſemꝑ ſurgit de igne
Quis aūt neget amorē ſpūalem ignē
eē. Recte itaqꝫ illa mētis in ſupna ele
uatio. q̄ ex feruore dilectionis orit fu-
mo ni fallar ɔpat. Quid aūt intelligi
mus ꝑ hmōi fumū niſi deuote mentis
deſideriū Quaſi ergo aīa in ſupna eleuat
ꝛ aſcēdit qñ dilectiōe feruēte ꝛ in hoc
ipm̄ vrgēte ſuū deſiderium per ſemet-
ipſum rapit. Eſt aūt virgula vt oēs no
uimus ꝛ gracilis ꝛ recta. vt ergo virgule ſi
militudinē in ſe trahat aſcēſio tua. ſit
anxiū ſit vnicū deſideriū tuū ꝛ ſurgēs
ex intentione recta Si aūt ꝑ mirram
carnis ɔtritionē. ꝑ thus vero cordis de
uotionē. ꝑ vniuerſum vero pigmentarij
puluerē virtutū oīm intelligimus cō-
ſummationis artē. de quo hec omnia
in eandem ſententiam ɔcurrunt. que
omnia ꝑ ſe facile intelligunt nam hoc
ſatis conſtat. qꝛ quiſquis caritate ple

nus eſt cetera virtutū inſignia non ha
bere non poteſt. Si enī apoſtolo credi
tur. conſummatio virtutis eſt caritas
Illud ſane notādum ꝙ anima ſancta
tunc veraciter quaſi fumus ꝛ per deſer
tum aſcendit. quando ſuum affectum
in celeſtis ſponſi deſideriū accendit.
Maior aūt ſed quantum ad meritum
ineſſe videt mentis eleuatio illa. que
fouente quidē gratia ſurgit ex intenſi
one ꝛ intentione ꝓpria q̄ꝫ illa que ſur-
git ex ſola reuelatione vel aliqua inſpi
ratione diuina. vt ergo digna inueni-
tur anima. oportet primo quaſi ꝑ deſer
tum aſcendere. Veruntamē vt eadē
ipſa velut virgula fumi fiat q̄libet ꝑ de-
ſertum fieri incipiat oportet vt ſupra
ipm̄ deſertum aſſurgat. alioquin mēs
ipſa in mentis exceſſum non rapit niſi
ſupra ſemetipſam eleuet. niſi ſemetip
ſam in ymo deſerat ꝛ ſeipſam deſeren
do deſertum faciat. que deſerta in mo-
rem fumi magis magiſqꝫ in ſublimia
tranſcendat. Solet tñ hmōi mētis ex
ceſſus fieri mō ex ſola deſiderij feruen
tis eſtuatione q̄ꝫ ex adiuncta ſibi diui
na reuelatiōe. ſic enī ſpūalis ille ignis
ꝛ incorporeus diuine dilectōis candē
vim nō obtineat in ſpūalibus. quā ille
ignis corporeus in rebus corꝑalibus hē
cōſueuit. Satis nouimus ꝙ ignis iſte
corporeus in vaſe q̄libet modico liquo
re perfuſo operari ſoleat. primum qui
dem incipit liquorem ipſum ab ymis
euertere. poſtea vero in hanc ꝑtem nūc
in illam nunc ſurſum nunc deorſum ia
ctare. ꝛ paulatim quidem ad ſuperio-
ra attollere. totūqꝫ vas ex modico quo
uis vſqꝫ ad ſummū replere. tandē aūt
ſupra illum attollere. ꝛ cum violen-
tiam quadam interiora euacuare ꝛ fo
ras effundere fortiterqꝫ eijcere. Sic
ſane animus humanus diuino igne
ſuccēſus vt ſeipſo in ſeipſo ɔtra ſeipm̄

feruens ⁊ fremens eſtuans ſibiipſi iraſcens ſeipm deſpiciens ſibiq; vehemēter indignans ſemetipm vehementer ꝯculcans ſūmis ihyans. ⁊ cū eiuſmōi eſtu diutius vrit̃ ꝑ inferioꝝ ꝯtemptū ab infimis repellit̃ ⁊ ꝑ ſupnoꝝ deſideriū ad ſupiora trahit̃. fit ſepe vt ipetu ſpūs impellente d̃ſiderio extra ſemet ipſū ⁊ ſupra ſemetipm erectus ſuiq; penitus intus oblitus ⁊ in extaſi ſubleuatus totus in ſuperiora rapitur. In hunc modū celeſtis deſiderij ardor cū vehementer exeſtuat animā hūanam diuino amore feruidā ſupˢ ſemetipā leuat. hec rich. Qui igit̃ diuino amore ſic accendūtur. ⁊ ſupra ſemetipos ad illa ſupiora rapiūt̃. hi pculdubio ab omnibꝫ vicijs ⁊ maculis moribus ſe exeunt. ſeculū cū mundi cupiditatibus ꝯtemnunt. ⁊ ſpe ad inuiſibilia ſe extendunt. De talibꝫ beatus greg. ſupˢ cañ. expoñes illa verba ſuperius pmiſſa vicȝ. Que eſt iſta que aſcendit per d̃ſertū ſicut virgula fumi. ſic ait. In deſerto itaq; aut eſt in hoc mundo eccl'ia ſiue queq; aīa ſancta viuit. dū a regno exul inter beſtias demones degit. hec ⁊ ſi omnino a ſponſo nō deſerit̃. tamē ꝙ diu in carne eſt nōdū ad certā eius viſionē admittit̃. dū ab eo ꝑ exilia ⁊ tēptatōes peregrinat̃. ⁊ qꝛ adhuc cum eo nō regnat deſeri ſibi ab eo videtur. Ob hoc ſemꝑ laborat vt aſcendat vt quē valde diligit magis ac magis ſenciat ⁊ quō pfecte eū in deſerto nō tȝ vel ab ipō eius deſiderio ſe reficiat. vt ſic in via roborata qñq; ad hoc qđ diu cōcupiuit pueniat. Sunt enim nōnulli qui dū oīa viſibilia faſtidiunt. mentē in celeſtia erigunt. ⁊ qꝛ in infimis nihil qđ eis dulceſcat ꝯcupiſcunt. totū cor ad ſupna ꝯuertunt. Hi ab oībus malis moribꝫ ſe exuunt cenſum mundi cū cupiditatibꝫ ꝯtemnūt. ſpe ad inuiſibilia tēdunt. ⁊ quo ampliori deſiderio illis iherēt. eo magis ac magis moleſte corruptōꝫ ferunt quaꝫ habēt hi nimiꝝ ꝑ deſertū deſcendunt qꝛ dūꝫ in hoc mūdo inter temptatōes viuūt quo amplius dū hic morāt̃ deſeri metuunt eo forcius iſta deſerunt. ⁊ ad ea gradiunt̃ in quibꝫ cū fuerit nihil amplius qđ eos amoueat iā timebūt. Bene aūt ſicut virgula fumi aſcendere dicunt̃ nō aūt quarūlibet reꝝ fumus eſſe iſte d̃r ſed ex aromatibꝫ mirre ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmentarij eſſe declarat̃. Mirra quippe mortuorūꝫ corpa cōdiunt̃. ne putreſcant Thura vero accēdunt̃ vt redoleāt. Per mirra ergo carnis mortificatio deſignatur ꝑ thus orōnū mundicia intelligitur. Sancta igit̃ aīa carnē ſuā a putredie viciōꝝ mortificat. dū omnes volupta tes mundi ꝑ ꝯtinenciā abnegat vt poſt iudiciū a corruptōe eterna libera permaneat. Cū vero ad celeſtia maiori ſe deſiderio accendit. ⁊ cū a cordis cubiculo omnes cogitatōes ſupfluas abijcit. quaſi thuribulū cor ſuū coram deo facit in quo cū dilectioneꝫ ⁊ virtutes ꝯgregat quaſi carbones in thuribulo coaptat quibꝫ ſeipāꝫ mens in ꝯſpectu dei igne caritatis accendat. Dūq; feruentes ⁊ mundas orōes ad deū emittit quaſi fumū aromatū ex thuribulo educit vt corā dilecto redoleat ſuauit̃ ⁊ proximos ad eius amorē ꝑ bona exēpla ꝯcitare nō deſinat. hec gre. De mētis etiā alienatōe ⁊ fructū quē tales aſſequūtur qui hmōi grā potiūt̃ Rich. de ſanc. vic. ſic ait. Qñ ꝑ ꝯtēplatiōis dulcedinem ſupra noſmetipos rapimur. quoddā quaſi ſuauitatis vinum ſumentes inebriamur ⁊ humanū qđā modo ſenſum excedentes in diuinūꝫ quēdā affectū a nobiſmetipſis alienamur. nihil in hac vita hac dulcedine

iocũdius ſentitur. nihil ſic animũ ab
amoꝛe mundi elongat. nihil ita men
tem contra temptatões roboꝛat que3
talis guſtus iebꝛiauerit ad omne opꝰ
⁊ ad omnẽ laboꝛẽ hilareſcit laboꝛat
nec laceſſit. feſtinat nec deficit. dolet
nec ſentit. laceratᷣ ⁊ neſcit. irridetᷣ nec
aduertit. hec rich. Et hec de mentis a-
lienatõe que ſurgit ex deuotõis mag-
nitudine. ⸿ Scdõ videndum ẽ
in ſpẽali de mentis exceſſu que eueni
re ſolet ex admiratõis magnitudine.
De hoc rich. idem in. v. li. de ꝯtẽpla-
tõe ſic ait. Quis neſciat inde admira
tionẽ fieri cũ aliquid cernimus pꝛeter
ſpeciẽ ⁊ ſupꝛa eſtimatõ3. Nouitas ita
q3 rei ⁊ viſionis vix credibilis adduce
re ſolet admiratõ3 mentis qñ aliquid
icepꝛit videri qđ vix poſſit credi. hic
mentis exceſſus bene deſcribitᷣ i eo ꝙ
dꝛ. Que eſt iſta que pgreditᷣ quaſi au-
roꝛa ꝯſurgens. Auroꝛa ſiquidẽ paula
tim eleuatur eleuando dilatatᷣ. dilatã
do clarificatᷣ. Sed miꝛo modo dũ tan
dem in diem deſinit ꝑ pmotõis ſue in
crementa ad defectu3 venit. vt iñ acci
piat vt maioꝛ ſit tãdem q3 etiã accipit
vt omnino non ſit. Hic itaq3 hũana
intelligencia diuino lumine irradia-
ta. dum intelligibiliũ ꝯtemplatiõe ſu
ſpenditᷣ dũ in eoꝝ admiratõe diſtẽdi
tur. quanto ſemper ad altioꝛa ⁊ mira-
bilioꝛa ducitᷣ. tanto amplius tanto co
pioſiꝰ dilatatur ⁊ vñ ĩfimis remotioꝛ ĩ
de ĩ ſemetipã purioꝛ ⁊ ad ſublima ſub
tilioꝛ inuenitur. Sed. in eiuſmodi ſub
leuatione dũ mens hũana ſemper ad
altioꝛa creſcit dum diu creſcendo tan
dem aliqñ hũane metas tranſcendit.
Fit demũ vt a ſemetipã ſic penitus de-
ficiat. ⁊ inſuper mundanũ quendã af
fectũ trãſfoꝛmata tota ſupꝛa ſemetip-
ſam eat. Et ſic matutina lux creſcẽdo
deſinit nõ quidem eſſe lux ſed eſſe lux
matutina vt ipſa auroꝛa iã non ſit au-
roꝛa. ita humana intelligencia ex di-
latatiõis ſue magnitudine qñq3 acci-
pit vt ipã iam nõ ſit ipã nõ quidem vt
non ſit intelligentia ſed vt iam nõ ſit
humana. Dũmodo mirabiliter mu-
tatõe q3 incõpꝛehẽnſibili efficitᷣ pluſq3
humana dũ gloꝛiam dñi ſpeculando
in eandẽ ymaginẽ traſfoꝛmatur a cla
ritate in claritatem tãq3 a dñi ſpũ. Et
notãdũ ꝙ ſi vas aque, ſolis radio ſup-
ponas ipãm mox aquam videbis lũi-
nis ſplẽdoꝛẽ ex ſe in ſuperioꝛa trãſfũ-
dere ⁊ claritatẽ quide3 abſq3 caloꝛe tñ
in ſumma leuare Et quid eſt aqua ni-
ſi cogitatõ humana que ſemper ad in
ferioꝛa labitu3 niſi ſub diſcꝛetõis mag
ne moderamine cohibeatᷣ. Aqua iva
ſe collecta cogitatio meditatõi inten
ta ⁊ ꝑ intentõ3 defixa. Aque collectõ
coꝛdis meditatio. Eiuſmodi aque ſo-
lis radius ſe infundit. qñ diuina reue
latio meditatõi occurrit. Sed cu3 aq̃
radiũ in ſe ſupni luminis accipit ful-
goꝛem quoq3 luminis ⁊ ipſa ad ſuperi
oꝛa emittit ⁊ mirũ ĩ modũ illic vterq3
radiũ luminis ex ſe leuat. quo ipſa per
ſe nullo modo aſcendere valet. Et cũ
tanta ſit differentia aque ⁊ luminis ta
diũ ei tñ quẽ de ſe luminis emittit. nõ
nihil ſue ſimilitudĩs inpꝛimit. ita vt
tremula tremulũ. quieta quietum. pu
rioꝛ purioꝛẽ. diffuſioꝛ diffuſioꝛẽ effici
at. Iuxta hanc ſane ſimilitudinẽ tñ ĩ
acceſſibilis illius ⁊ eterne luminis in
humanũ coꝛ reuelatio irradiat huma
nam intelligentia3 ſupꝛa ſemetipãm
ymmo ſupꝛa omnẽ humanũ modum
leuat ⁊ illuc intelligentie radius diui
ne luminis infuſione admiratõiſq3 re
uerberatione de ymis ad ſumma reſi-
lit. vbi nulla ingenÿ perſpicacitas.
nulla artis induſtria. aut humana ra
ciocinatio aſcẽdere ſufficit. ⁊ quo me

lius mentem hoīs diuine claritatis
ſplēdoꝛ ꝓfundius penetrat. eo alcius
ſtupoꝛis ſui magnitudīe excuſſa ⁊ ꝑ ex
taſim ſubleuata in diuinoꝝ archanoꝝ
ſublimitatib9 ſublimius reſultat. illō
autē omnino ꝯſtare dicit̄. q2 q̄nto ple
nius atq3 ꝑfectius ad intimā animus
pacē ⁊ trāq̄llitatē ꝯponere ſe preua
luerit. tāto firmius tantoq3 tenacius
in hac ſubleuatōe ſumme luci ꝑ ꝯtem
plationez adherebit. Et proculdubio
quāto purioꝛ ad integritatez q̄nto diſ
fuſioꝛ ad caritatem. tāto ꝑſpicatioꝛ tā
to capacioꝛ inuenit̄ ad ſupmūdano2ū
⁊ ſupcelestium ꝯtēplatōnez. hec rich.
Iſta vero taz excellens ꝯtēplatio quē
in extaſim ⁊ in exceſſuz mētis ꝑducit
requirit coꝛ mūdū ⁊ bn̄ purgatū. Qō
affirmat bea. ber. ita dicens Precipua
⁊ maxima ꝯtēplatio eſt āmiratio ma
ieſtatis. hec requirit coꝛ purgatū a vi
cijs liberatū atq3 exoꝛnatū a pctīs. vt
ſe facile poſſit ad ſupna leuare vt inf-
dum ꝑ aliquas maculas ſtupoꝛe ⁊ ex-
taſi ſuſpenſum teneat admirātem hec
ber. Qui etiā ſic a ſemetipſo alienatur
ea que interim in ſpū cernit verbis ex-
primere nō valet. De hoc bea. gre. ſic
dicit. Tunc dei maxime maieſtatē mi
ramur cū in ꝯtēplatōe eius obſtupeſcē
do obmuteſcimus plus inuſitare cupi
entes q̄3 verbis exprimere valeam9 nō
inueniētes verba ydonea ad taz ſubli
mia exprimēda hec gre. Hic etiam ex
ceſſus mentis ſiue alienatio figuratur
per reginā Saba. que videns ſapiām
ſalomonis nō habebat vltra ſpm̄. Qō
exponens rich. de ſancto vict. de aīa de
uota ac ꝯtēplatiua in vno libro ꝯtem
plationū ſic ait Regina auſtri a finib9
terre venit audire ſapientiā Salomo
nis Que eſt iſta regia niſi quelibz aīa
ſancta ſenſib9 ⁊ appetitib9 carnis co-
gitatōib9 ⁊ affectōnibus mentis forti
ter preſidēs ⁊ ſummi regis veriq3 ꝓ-
ſus Salomonis dilectōe feruens. vn
diq3 deſiderio ardēs huiuſmōi regīa
ſumme ſapīe regez ꝓpoſitis enigmati
bus ⁊ frequentib9 īterrogatōibus im
petit. qn̄ quelibz aīa deuota de diuino
adiutoꝛio preſumēs inueſtigādeveri-
tatis ſtudio vehemēter īſiſtit audit qō
querit. qn̄ ⁊ illa que ex ꝓpria induſtria
nō ſufficit habere ſepe inter orōnū ſuſ
piria ex diuina reuelatione ꝯgnoſcit
videam9 adhuc q̄d ō hac regia dicat̄
Vidēs āt regina ſaba oēz ſapiāz Sa
lomonis ⁊ domū quā edificauerit ⁊c.
nō habebat vltra ſpm̄. pꝛius querit ⁊
audit. poſtea videt ⁊ intelligit. tandez
autez obſtupeſcit ⁊ deficit Interrogat
quod diſcat. ꝯtemplatur qō miretur.
ſtupet vt mente excedat mentēq3 exce
dat. Primū eſt meditatōis. Secūdū
eſt ꝯtemplationis. Terciū eſt extaſis
Ecce quib9 gradib9 ſubleuat̄ animus
humanus. Meditatōne ꝑfecto ſurgi
tur in ꝯtemplatōnem. ꝯtēplatione in
admirationez. Admiratōne in mētis
alienatōnem Manifeſtū eſt ergo ꝙ ex
magnitudīe admiratōis īcidat homo
in exceſſuz mentis. Quid ei aliō illi
fuit ſpiritū non habere niſi mente ex-
cedere vl' vn̄ ei hoc accidit niſi ex mul
ta admiratione. Quomodo queſo re-
gīa ſine ſpiritu fuit niſi quia ſpiritus
eius a ſemetipo alienat9 fuit. Ez illō
hoc loco in memoꝛiā venit. qō iohan
nes dicit. Ego inquit iohānes fui in
ſpiritu Ecce iohannes in ſpiritu ſe eē
teſtatur ⁊ regina auſtri ſpiritum non
habere aſſeritur. ¶ Ubi notan
dū ꝙ hoc eſt ſpirituz in ſpiritu eſſe ſe
metipſuz intra ſemetipſum totū colli
gere ⁊ ea que circa carnē ſeu etiam in
carne geruntur interim penitus igno
rare. ſpiritum aūt ſine ſpiritu eſſe in
ſemetipſum extra ſemetipſuz ⁊ ſupra

ſemetipm totū effundere ꝛ que ſub ip
ſo vel in ipo fiunt omnino interī igno
rare ꝛ illud diuinitatis archanū totuꝫ
intrare. nōne in ſpū ſpūs eſſe tunc rec
te aſſerit̄. qn̄ exterioꝝ oīm obliuiſcit̄
pariter ꝛ ignarus eoꝝ omniū que ī coꝛ
poꝛe coꝛpaliter agunt̄ ꝛ in illis ſolis
intereſt p memoꝛiā vel intellectuꝫ que
in ſpū vel circa ſpūm actitant̄. Cur n̄
recte dicat̄ ſpūm ſemetipꝫ nō habere
qn̄ incipit a ſemetipo deficere ꝛ a ſuo
eſſe in ſupmundanū quēdā ꝛ vere pl9
qꝫ humanū ſtatum tranſire. ꝛ mirabi
li trāſfiguratōe ſpūs ille ab humano
videat̄ ī diuinū deficere ita qḋ ipe iā
non ſit ipe eo dumtaxat tpe quo domi
no incipit altius inherere. Qui em̄ ad
heret dn̄o vnus ſpūs eſt cū eo ꝛ pſalle
re pōt qui huiuſmodi eſt. Defecit ī ſa
lutare tuū aīa mea. In ſpū itaqꝫ eſt q
ſummū mentis aſcendit ꝛ quaſi a ſuo
ſpū deficit qui ſummū mentis trāſcē
dit. hec rich. I Tercio vidēdū
eſt de mentis exceſſu qui euenire ſolet
ex magnitudine exultatiōis. De quo
idem richar. in eodem. v. libꝛo ſic ait
Reſtat tercio loco oſtēdere quomodo
ex iocunditatis ꝛ exultatōis magnitu
dine mens humana ſolcat in extaſim
cadere ꝛ ſemetipam excedere. hic ſa
ne exceſſionis modus videt̄ mihi ſa
tis ꝯuenienter expꝛeſſus in illis ꝟbis
Que eſt iſta que aſcendit ð deſerto de
licijs affluens innixa ſup dilectum ſu
um. Si p deſertum recte intelligitur
coꝛ humanuꝫ. quis erit iſte de deſerto
aſcenſus niſi mētis humane exceſſus
qn̄ de deſerto humanus animus aſcen
dit. qn̄ ſupra ſemetipm mentis aliena
tōe tranſcendit qn̄ ſemetipm in yma
deſerens ꝛ ad celuꝫ vſqꝫ pertranſiens
ſolis diuinis ſe totū ꝯtemplationeꝫ
ꝛ deuotōꝫ immergit. Sed huius aſcē
ſionis cauſa ꝯſequenter annectit̄ ī eo

ꝙ hec que aſcendit delicijs affluere ðr
R Quid eſt affluere delicijs niſi ſpi
ritualiuꝫ gaudioꝝ plenitudine afflue
re. Quid inqꝫ eſt hec deliciaꝝ affluen
cia niſi vere ꝛ interne ſuauitatis habū
dancia celituſqꝫ data vbertim īfuſa le
ticia haꝝ deliciaꝝ copiam ſicut nec ve
rum gaudiuꝫ fallaces diuicie exhibe
re vnqꝫ poſſunt alioquin fallaces non
eſſent ſi veras delicias ꝛ eaꝝ affluenci
as veraciter exhiberent. Has ſane ex
terioꝛes fallaceſqꝫ diuiciaſ etiā impij
habere poſſunt. qui veꝝ tamen gaudiū
omnino habere non poſſunt niſi foꝛte
mendacem eum facimus queꝫ in ꝓphe
ta veraciter ꝓteſtantem audimus Nō
eſt impijs gaudere dicit dn̄s. Quoci
ens itaqꝫ internis veriſqꝫ delicijs ca
res etiam ſi exterioꝛibus diuicijs ha
bundas cum ꝓpheta veraciter pſallere
potes. quoniā inops ꝛ pauper ſuꝫ ego
hanc itaqꝫ deliciaꝝ affluēciam verorū
qꝫ gaudioꝛum habundantiā non ēvn̄
ſperare debeas. non ē vnde habere va
leas. niſi ex intima illa animi iocūdi
tate diuinituſqꝫ īfuſa dulcedīe. Que
ē iſta inquit q̄ aſcēdit ð deſꝛto delicijs
affluens non dicit delicias hn̄s ſꝫ deli
cijs afflnēs eo ꝙ non q̄libet deliciaruꝫ
harum experiētia ſꝫ earum affluētia
etiam huiuſmodi aſcēſus qui de dſer
to ſit gignit atqꝫ perficiat. Conſtat āt
ꝙ quantumcūqꝫ ꝓficimus. has deli
cias in hac dumtaxat vita ꝯtinuas ha
bere non poſſumus. Eo itaqꝫ tpe quo
huiuſmodi affluētia anima caret. ad
hunc de quo modo loquimur aſcēſuꝫ
ſurgere vel aſſurgere delicijs affluere
opoꝛtet. Puto autē quia aliud ſit af
fluentē aſcēdere ꝛ aſcendentē afflue
re ſicut aliud eſt affluentiam eſſe cau
ſam affluendi. Deliciarum itaqꝫ af
fluentia aſcenſionis tunc cauſa exiſtit
qn̄ ex illa diuine dulcedinis infuſiōe

quam in intimis ſentit ſeipām anima
ſancta pre gaudio ⁊ exultatōe non ca
pit. intm̄ vt exultatōis ⁊ iocunditatis
ſue magnitudo eam extra ſemetipſaꝫ
effundat. ⁊ ſupra ſemetipām rapiat.
Et ſane ſic vehemēs īmēſaqꝫ leticia dū
ſup̄ hūanū moduꝫ excreſcit hoīeꝫ ſup̄
hoīem extollit ⁊ ſupra humana ſuble
uata in ſublimibus ſuſpendit. Huius
ſane rei formā in piſcibus videmus.
nam piſces dū in aquis ludunt ſupra
aquas exiliunt ⁊ nature illius al's na-
tiue habitatōis ſue terminos excedūt
dū ſeipōs vel ad modicū ꝑ aera ſuſpē-
dunt. Sic ꝓculdubio aīa ſancta dum
interno quodā tripudīj ſui applauſu a
ſemetipā excutit. dum ſupra ſemetip
ſam ire mentis alienatōe vrget. dū ce
leſtibꝫ tota ſuſpendit. dum angelicis
ſpectacul's tota īmergit. natiue al's na
ture poſſibilitatis termīos ſupgreſſa
videt. nemo aūt tantam cordis exal-
tacionē vel ſubleuationeꝫ de ſuis viri
bus p̄ſumat vel ſuis meritis aſcribat.
Conſtat ſane nō meriti hūani ſed mu
neris eſſe diuini. Vn̄ ⁊ illa quecūqꝫ ē
aīa que de deſerto aſcendiſſe deſcribi
tur dilecto ſuo innixa ꝑhibet. Quid
eſt enī dilecto ſuo inniti. niſi virtute il-
lius nō ꝓprijs viribꝫ ꝓmoueri. Quid
inqꝫ eſt illi dilecto ſuo incūbere qꝫ de
ꝓpria virtute ꝓ hac ꝑte nihil omnino
p̄ſumere. Quantū mihi videt nihil d̄
ꝓpria induſtria nihil de ꝓpria ꝓuiden-
cia recte p̄ſumitur. preſerti in eo loco
vbi de deſerto aſcenditur ſed nec in de
ſerto quidē qn̄ ꝑ deſertum itur. Scit
hoc ſane ipē dilectus eius ⁊ idcirco d̄
ducit eā in nube diei ⁊ tota nocte in il
luminatōe ignis. Quo enī modo ſu-
ſtineret pondus diei ⁊ eſtꝰ niſi ſub vm
bra illius quem diligit aīa ſua ſederet
vel quis ei locus tutus a timore noc-
turno p̄ſertim in loco horroris et va-

ſte ſolitudīs niſi ipē emittat lucē ſuaꝫ
⁊ veritatē ſuā. Deniqꝫ ñ hēet quo eſtꝰ
ꝯcupiſcēcie temptaret. virtus ſibi al-
tiſſimi obumbraret illi nihilominus d̄
eſſet vn̄ ignorantie ſue tenebras illūi-
naret. niſi in lumine illius videret lu-
men. Vn̄ eſt qđ ille dt̄. Qm̄ tu illumi
nas lucernā dn̄e deus meus illu. te. m.
Accipit itaqꝫ dilecta ex munere dilec
ti ſui ⁊ bn̄ficio ſponſi ſuo duo rmedia
ꝯtra duo principalia mala. refrigerīj
nubem ꝯtra ꝯcupiſcenciā carnis. ⁊ re
uelatōis nubem ꝯtra ignorantiā men-
tis. Et notādū qꝫuis ſponſi dilecta ſp
⁊ vbiqꝫ dilecti ſui adiutorio egeat. ita
tur habere ſponſaꝫ. Si viderit ī te ma
culam ſiue rugā ſtatim auertit oculos
nullā eīn poteſt īmundiciaꝫ ſuſtinere.
Eſto ergo caſta eſto verecūda ⁊ humi-
lis vt ſic a ſponſo tuo frequenter viſi-
tari merearis. hec bernardus

Filius

Deſidero etiā ſcire q̄uō deꝰ loqua
tur angel' ⁊ aīabꝫ ſanctis ac dya
bolo ⁊ econuerſo. Et de viſionibꝫ que

ꝯplexis ſolēt apparere ⁊ cū gratia ꝯtē
platōis vel deuotōis defuerit. quō dbe
at ſe homo tunc habere ⁊ de his cupio
informari.

Capitulum XII Pater ❡

Scire debes fili
ꝙ primo queſito ꝙ talis locu
cio non fit corporaliter ſed ſpūaliter.
Vñ beatus gre. ij. mor. de huiuſmodi
ſpūali colloquio ſic dr. Sciendum ꝙ
ipſa natura icorporea cū loquit̃ eius lo-
cutio nequaq̄ vna ⁊ eadem qualitate
format̃. Aliter eñ loquit̃ de⁹ angelis.
aliter angeli ad deū. aliter deus ad ſan
ctorꝫ aīas. aliter ſanctorꝫ aīe ad deum.
Aliter deus ad dyabolū. aliter dyabo-
lus ad deū. nā q2 ſpūali nature ex cor-
porea oppoſitōe nil obſtat. Loquit̃ de⁹
ad angelos ſanctos eo tp̄e quo eorum
cordibus occulta ſua inuiſibilia oſten
dit ⁊ quicquid agere debeant in ipa cō
templatōe veritatis legunt. vt velut q̄-
dam precepta ſint vocis ipa gaudia cō
templatōis. Quaſi eñ audientibꝫ dr
qd videntibꝫ inſpirat̃. vñ cū cordibꝫ
eorꝫ deus ꝯtra humanā ſupbiā aīadu-
ſionē vlciōnis infunderet. dr venite et
deſcendamus ⁊ ꝯfundamus ibi ling-
uam eorū. Aſcendunt angeli in eo ꝙ
creatorē aſpiciunt. Deſcendunt ange
li in eo ꝙ creaturā ſeſe in illicitis eri
gentem examine diſtrictōis premūt
Dicere ergo dei eſt deſcendam⁹ ⁊ ꝯfū
damus linguas eorꝫ. in ſeipo. eis hoc
qd recte agat̃ oſtendere ⁊ p vim inter
ne viſionis eorꝫ mēribꝫ exhibenda iudi
cia occltis motibꝫ iſpirare. ❡ Ali
ter loquuntur angeli ad deū ſicut p io
hānem in apocl. dicūt. Dignus eſt ag
nus qui occiſus eſt accipe virtutē ⁊ di
uinitatem ⁊ ſapiām. Vox nāq̄ ange-
lorꝫ eſt in laudem ꝯditoris ipa admira
tio intime ꝯtemplatōis. quibꝫ virtu
tis diuine miraculo obſtupuiſſe dixiſ
ſe eſt q2 excitatus cum reuerencia mo-
tus cordis magnus eſt ad aures incir-
cumſcripti ſpūs clamor vocis. que ve
ſe quaſi p diſtincta verba explicat dū
ſeſe p innumeros modos ādmiratōis
format. Deus ergo angelis loquit̃ cū
eis voluntas eius intima videnda ma
nifeſtat̃. Angeli aūt tunc loquūt̃ dño
cū p hoc ꝙ ſupra ſemetipos reſpiciūt
in motū admiratōis ſurgant. Alit̃ de⁹
ad ſanctorꝫ aīas loquit̃. Aliter ſancto
rum aīe loquuntur ad deū. Vñ i iohā-
rurſū apocl. dr. Vidi ſubter altare dei
aīas interfectorꝫ ꝓpter verbuꝫ dei ⁊ cla
mabant voce magna dicētes vſq̄ quo
domine ſanctus ⁊ verus non vindicas
ſanguinē noſtrꝫ. Quid eſt eñ animas
vindicte petitionem dicere niſi diem
extreme iudicij ⁊ reſurrectōis extinc-
torꝫ corpum deſiderare. Magnus q̄p-
pe eorꝫ clamor magnū eſt deſideriū. tā-
to eñ quiſq̄ minus clamat quāto mi
nus deſiderat ⁊ tanto maiorē vocem i
aurē incircūſcripti ſpūs exprimit. q̄-
to ſe in eius deſideriū plenius infūdit
Animarꝫ igit̃ verba ipa ſunt deſideria.
nā ſi deſideriū ſermo nō eſſet ꝓpheta n̄
diceret. Deſideriū cordiū eorꝫ audiuit
auris tua. De ipo ergo bibunt qd ab
ipſo ſitiunt ⁊ mō nobis adhuc incon-
prehenſibili in hoc ꝙ petendo eſuriūt
preſciendo ſatiantur. Diſcordarēt er
go a volūtate ꝯditoris ſi q̄ eū vident
velle nō peterent eiq̄ minus inhererēt
ſi volentē dare deſiderio pigriori pul-
ſarent. Quibꝫ preſponſum dñi dicit̃
Requieſcite adhuc modicū donec cō
pleatur numerus fratrꝫ veſtrorū. Deſi
derantibus aīabus adhuc requieſcere
modicū dicere eſt inter ardorē ex ipa
pñcia ſolatia aſpirare vt ⁊ animarum
vox ſit hoc qd amantes deſiderant. et
reſpondentis dei ſermo ſit hoc qd eas

retributõis certitudinē īter deſideria ꝯfirmat. ¶ Aliter loquitur de⁹ ad dyabolū. aliter dyabolus ad deum Sed ſciendum ꝙ quattuor modis loquitur deus ad dyabolū tribus modiſ dyabolus ad deū. Quattuor modis loquitur deus ad dyabolum. qꝛ ⁊ iniuſtas vias eius arguit ⁊ electoꝝ ſuorū iuſtitiā ꝯtra illā ꝑponit ⁊ temptandā eoꝝ innocenciā ei ꝯcedendo permittit ⁊ aliqñ eū ne temptare audeat ꝓhibet Iniuſtas eñ vias ſuas redarguit cum dicit. vnde venis Electoꝝ ſuoꝝ contra illū iuſticiam ꝑponit cū ait. Conſiderasti ſeruū meū Job ꝙ non ſit ei ſimilis ſuꝑ terram. Temptandam eorum innocentiam ꝯcedendo ꝑmittit quādo dicit. Ecce vniuerſa que habꝫ ī manu tua ſunt. Rurſumq̧ a temptatiōe ꝓhibet cum ait tñ in eum ne extēdas manum tuā. ¶ Tribus autē modis loquit̄ dyabolus ad deum cum vel vias ſuas inſinuat vel electoꝝ innocentiā fictis criminibus accuſat. vel temptandā eandē innocentiā poſtulat. Vias ſuas q̄ ipē īſinuat q̄ ait Circuiuī terram ⁊ ꝑambulaui eam. Electoꝝ innocentiā accuſat qui ait. Nunquid iob fruſtra timet deū. Temptandam eandem innocentiā poſtulat cū dī Extēde manum tuā ⁊ tange cuncta q̄ poſſidet hec gre. ¶ Et notandum ꝓut idem bea. gre. xxviij. mo. dicit. ꝙ duobus modis diuina locutio diſtinguit̄ aut eñ ꝑ ſemetipm dñs loquit̄ aut ꝑ creaturā angelicā eius ad nos verba formant̄ ſed cū ꝑ ſemetipm loquitur ſola nobis vis interne īſpiratōis apꝑitur cū ꝑ creaturam angelicā loquit̄ de verbo eius ſine verbis ⁊ ſillabis cognoſcit̄. qꝛ virtus eius intima quadam ſubleuatōe ꝯgnoſcit̄. ad que mēs plena ſuſpenditur. vacua grauatur. Pondus eñ quoddā eſt qđ omnē aīā quā replet leuat incorporeū lum̄ eſt ⁊ qđ interiora repleat ⁊ repleta exterius circumſcribat. ſine ſtrepitu ſermo eſt q̄ ⁊ auditū apit ⁊ habere ſonitū neſcit. hec gre. ¶ De viſionibus ⁊ reuelatiombus que facte ſunt ꝓphetis vel etiā aliis ꝑfectis viris. Sciendū primo ꝙ miſteria dei ſiue ſecreta nemo ſcire poteſt niſi cui ſpūs dei reuelauerit. qꝛ ipē ſolus illa nouit. hec autē reuelatio fit diuerſis modis vel ꝑ ſenſibilē apparicionē ⁊ allocutionē ſicut olī fiebat patribꝫ vt legitur de abrahā geñ. xij. Dixit dñs ad abraham Egredere de terra ⁊ ꝯgnatōe tua. vel ꝑ ymaginariā viſionē exterius cū inſinuatōe interi⁹ intelligencie. ſic reuelatio facta fuit ꝓphetis. vñ dꝛ dañ. x. Inviſiōe opus ē intelligencia. vel ꝑ ſolā intimā īſpirationē ſicut dꝛ iob. xxxij. Inſpiratio omnipotentis dat intelligenciā. vel per inſpiratōē ⁊ reuelatiōē cū raptu a ſenſibus ſicut de Paulo legit̄. ij. ad coꝛ. xij ¶ Signanter tñ tres ſunt viſionū ſpēs ſcꝫ corꝑea ymaginaria ⁊ ītellectualis. Corporalis eſt cū quedā corporaliter videntur dī munere que alij videre nequeūt vt balthaſar vidit manum ſcribentis in piete. dañ. v. Ymaginaria eſt qñ aliquis ī extaſi vel ſomno videt non corꝑa ſed ymagines rerum dei reuelatōe vt petrus ſuper quē cecidit mētis exceſſus vidit celū apertum. Actuū. x. Intellectualis eſt quādo nec corpora nec ymagines rerū videntur ſed in ſubſtantiis incorporeis intuitus mentis mira dei potēria figitur. talis fuit viſio beati pauli Et notādum ſicut dicit glo. ſuper libro đ diuinis noībꝫ ꝙ q̄to magis noſtra mens ad ꝯtemplanda ſpūalia eleuatur. tāto magis abſtrahit̄ a ſenſibilibus.

¶ Ultimus autē terminus quo ꝯtemplatio ꝯtingere poteſt eſt diuina

ſubſtantia. Vñ oportet mentē que diuinam ſubſtantiā videt totaliter a corporalibus ſenſibꝫ eſſe abſolutā vel per mortē vel ꝑ aliquē raptū. Hic eſt qḋ ḋr ex ꝑſona dei. Exodi. xxxiij. Nō videbit me homo ⁊ viuet. ꝙ aūt in ſacra ſcriptura aliqui deum vidiſſe dicunt̃ oportet ītelligi hoc fuiſſe ꝑ aliq̄ ymaginariā viſionē ſeu etiā per corꝑalem ſcʒ per aliquas corꝑeas ſpēs vel exterius apparentes vel interius formatas per quas ymaginarie diuine virtutis ꝑñcia demonſtrabat̃. ¶ Et ſciendum ꝙ duplex eſt modꝰ apparitiōis ſiue manifeſtatōis diuine reuelatiōis theologoꝝ ⁊ ꝯplexaꝝ mentibꝫ infuſus per viſiōes ⁊ demonſtratōes quas greci theophanias appellāt ideſt diuinas apparitōes. Qm̃ aliqñ per ſigna ſenſibus ſimilia demonſtrant̃ inuiſibilia. aliqñ per ſolā anagogen ideſt mentis aſcenſum in ſuꝑna pure cōtemplata. Ex his duobꝫ generibꝫ viſionū duo ḋ ſcriptōis genera in ſacra pagina ſunt formata. vnū quo formis ⁊ figuris ⁊ ſimilitudibꝫ reꝝ occultaꝝ veritas obumbrat̃. aliud quo nude ⁊ pure ſicut eſt abſq̄ tegimento exprimit̃. Cū ita q̄ formis ⁊ figuris ac ſilitudinibꝫ manifeſtatur qḋ occultū eſt vel qḋ manifeſtum deſcribit̃. ſimbolica demonſtracio eſt. Cū vero pura ⁊ nuda reuelatōe vel plana ⁊ aperta narratiōe oſtendit̃ ⁊ docetur anagogica. hec glo. ¶ A

Deinde etiā ꝯſiderandū cū homo priuatur vel caret gratia ꝯtemplatōis ſeu deuotiōis. q̄ṁo tunc ſe habere debeat. De hoc ſciendū primo ꝙ cū animus ꝑſenſerit ſe ꝯtemplatōis gratiā nō habere. debet ſeipm̄ cū aliqua ſalubri meditatōe occupare ⁊ impenſa ſibi diuinoꝝ bñficioꝝ munera añ recordatōis ſue oculos reuocare. ⁊ ex tali recordatōe ſeipſum ad deuotā gratiaꝝ actionē inſtigare. hec ⁊ ſimilia valent ad gratiam ꝯtemplatōis ꝑ negligenciā amiſſam reformare. De hoc rich. de ſanc. vict. ſic dicit. Notandū ꝙ ille qui ad gratiā ꝯtemplatōis ꝓficit cum eas ſibi vltra ſolitū ſubtrahi ſentit ⁊ quid facere debeat. Vñ ad eā recuꝑandam multū ꝑ omnē modū adiuuari valeat ⁊ vñ aīm ſuū in id negocij q̄tū in ſe ē ydoneū efficiat. Debet itaq̄ animus qui hmōi eſt, ꝓprijs meditatōibus cordis in ſe exultatōꝫ reꝑare. ⁊ impenſa ſibi diuinoꝝ bñficioꝝ munera añ rcordatōis ſue oculos reuocare. ⁊ ex huiꝰ modi recordatōe ſeipm̄ ad ꝓfundam ⁊ deuotā grāꝝ actōꝫ inſtigare. ⁊ aliqñ illud internū tandem ſpūalis armonie organū ex ītimo affectu in diuīas laudes relaxare. Dū itaq̄ hmōi ſtudio intima cordis affectio ī diuine cōfeſſionis magnificentia plena deuotōne reſoluitur quid aliud q̄ quoddam vt ita dicā ſpiraculū aꝑitur ꝑ quod in illud cordis noſtri vaſculū celeſtis dulcedinis emanatō diuineq̄ ſuauitatis habundancia infunditur. Hinc eſt ꝙ heliſeus ꝓphēta verba dñi requiſitꝰ cū ſenſiſſet ſpm̄ ꝓphecie tunc tꝑis nō habere. fecit ſibi pſalten adducere quo ꝑſente atq̄ pſallente ſtatim ſpm̄ ꝓphēticū hauſit. oſq̄ ſuū ad v̄ba ꝓphētica relaxauit. Audita q̄ melodia ꝓphēte ſancti quid aliud q̄ quandā ſcalā facit q̄ eū ad ꝯſueta gaudia leuauit. ⁊ que carnalibus cauſa ruine eſſe ſolet huic occaſio aſcenſiōis extitit. Sed ⁊ tu quecūq̄ es o aīa que ſoles hmōi ſpiritalibus delicijs affluere ⁊ delectatiōe ſepe ad theoricos quoſdam exceſſus ſubitaneo quodā ⁊ inopinato gaudiorum tripudio ſubleuari. ⁊ quaſi quibuſdā ꝓphēticis reuelationibꝫ diuinitus ſubleuari. ꝓphētico diſce exēplo. q̄d tu facere debeas. vt ſub neceſſitatis articu

lo quaſi ad manũ habeas quo aĩm tuũ
ad aſſuetas dlitias repare valeas forte
non erit inutile ⁊ te ſub ſimili neceſſi-
tate pſaltẽ adducere. Sed quid al id
dicimus pſalten iſtũ ꝙ exultationem
cordis in deũ. Eiuſmõi pſalten pñtez
habere nos voluit. qui dixit Letamini
in dño ⁊ exultate iuſti. Quid eſt autez
huiuſmõi pſaltẽ adducere niſi ꝓuida
meditatõe cordis exultatõz reparare
⁊ ex diuinoꝝ recordatione cordis de-
uotõez excitare. Hunc tũc ꝓculdubio
pſalten pſallere facimus. qñ ex mag-
no tripudio cordis ĩ diuina precoma
iubilamus. ⁊ in grãꝝ actionẽ aſſurgẽ
tes ex intimis viſceribꝰ in diuĩas lau
des, cũ magno cordis clamore reſona
mus Hec itaqꝫ agentes quid aliud ꝙ
viam ſternimus. ꝑ quã veniẽtez viſitã
temqꝫ nos dñm excipiamus. Sacriſi
ciũ ĩquit laudis honorificabit me. ⁊
illic iter parabo quo oſtendã illi ſalu
tare dĩ. Pſallẽdo itaqꝫ ⁊ laudãdo iter
domĩo paraẽ ꝑ quod ad nos venire ⁊
miris quibuſdã miſteriorũ ſuoꝝ reue
latõibꝰ reuelare digneẽ Studeamus
ergo cũ magna mẽtis alacritate ĩ dño
gaudere. Satagamus corã ipſo cũ in
tima deuotõne pſallere Ad huiuſmõi
pſalmodiã ſpiritualẽqꝫ armoniã aĩa
ↄtẽplatiua ſpiritalibꝰ theorijs aſſue-
ta incipit tripudiare. ⁊ ꝓ gaudij nimi
etate ſe a terra terreniſqꝫ oĩbꝰ ſuſpen
dere ⁊ ad celeſtiũ ↄtemplatõz tota mẽ
tis alienatione tranſire. Hoc igitur ẽ
vt diximus quod ad mentis eleuatõz
valet hoc eſt qđ ad amiſſe gracie recu
ꝑatõnem maxĩe valere ſolz. Hec rich

B Eſt ⁊ alius modus ꝑ quẽ grã
amiſſa recuꝑari poteſt vicz ↄpũctio q
de deuoto corde ꝓcedit. nam ſancti ⁊
deuoti viri cũ dulcedinez ſpiritalem.
quã ex viſitatione ⁊ preſencia domini
ĩ ſuis cordibus ꝑceperũt ꝑdunt ⁊ poſt

modũ eadem grã ⁊ ↄſolatõe priuatos
eſſe ꝑſenſerint ꝑ lacrimoſaz ↄpũctio-
nem criſtũ dñm ⁊ ſuũ dilectũ ad ſe itu
rũm viſitãdum reuocare ſtudẽt. Hec
ↄmemorat beatus ber. ſuꝑ cantica ita
dicens. Si cui veſtrũ cũ ſancto ꝓphe-
ta adherere deo bonum eſt ⁊ vt loquar
manifeſtius. ſi quis in vobis ita eſt de-
ſiderij vir vt cupiat diſſolui ⁊ eſſe cum
criſto. cupiat aũt vehemẽter. ardenter
ſitiat. aſſidue meditetur Js ꝓfecto nõ
ſecus ꝙ in forma ſponſi ſuſcipiet ver-
bum in tꝑe viſitationis hora videlicet
qua ſe aſtringi intus qbuſdã brachijs
ſapiencie atqꝫ inde ſibi infundi ſenſe
rit ſancti ſuauitatez amoris. Si quid
deſideriũ cordis eius tribueẽ ei. ⁊ ſi
adhuc ꝑegrinãti in corꝑe ex parte tñ
idqꝫ ad tempus ⁊ tẽpus modicũ. naz
cũ vigilijs ⁊ obſeruatõibꝰ ⁊ multo ym
bre lacrimarũ queſitus fuerit. ſubito
cũ teneri putaẽ elabitur ⁊ rurſuz lacri
manti ⁊ inſectanti al's affectãti occur
rens ↄprehẽdi patiẽ. ſed minĩe tene-
ri Dum ſubito iterũ quaſi e manibus
euolat ⁊ dũ inſteterit precibꝰ ⁊ fletibꝰ
deuota anima. denuo reuerteẽ. ⁊ volũ-
tate labiorũ eius non fraudabit eũ. ⁊
rurſum mox diſparebit ⁊ nõ videbiẽ
niſi iterũ toto deſiderio requiraẽ. Jta
ergo ⁊ ĩ hoc corꝑe poteſt eſſe de pñcia
ſponſi frequens leticia. ſed non copia
que ⁊ ſi viſitatõ letificat. ſꝫ moleſtat vi
ciſſitudo ⁊ hoc tãdiu neceſſe ẽ pati di
lectionez donec ſemel depoſita corꝑee
ſarcine molis euolet ⁊ ipſa leuata pen
nis deſideriorũ ſuoꝝ libere iter carpẽs
ꝑ campos ↄtẽplatõis ⁊ mẽte ſequẽs
expedita dilectuz quocũqꝫ ierit. Nec
tamẽ vel in trãſitu preſto erit ſic omni
anime niſi illi dumtaxat quã ingeris
deuotio ⁊ deſiderium vehemens ⁊ pre
dulcis affectus ſponſaz ꝓbat ⁊ dignã
ad quam graciã viſitandi acceſſurum

verbum decorē induat. formā ſponſi
accipiens. Qui em̄ nondum inuenit
ita affectus ⁊ ꝯpunctus magis actuū
ſuoꝝ recordatōe loquens in amaritu-
dine anime ſue dic deo noli me ꝯdem
nare. At etiā forte adhuc ꝑiculoſe tē-
ptatur. aut ꝓꝑria ꝯcupiſcentia abſtrac
tus ⁊ illectus. Hic talis ſponſum nō
requirit ſed medicū ⁊ ꝑ hoc nō oſcula
quidē non amplexus ſed tm̄ remedia
vulneribꝰ accipiet ſuis ī oleo vtiqꝫ vn
guentis. hec ber. ¶ Notandum
etiā ꝙ grā ꝯtemplatōis ſeu deuotiōis
vel alia quecūqꝫ ſine labore ⁊ ſollicitu
dine haberi nō poteſt. teſte beato aug.
qui ſic dt. Impoſſibile eſt ad grām ꝑ-
uenire ſine ſollicitudine ⁊ labore. vn̄
qui vult deo ꝑ ꝯtemplatōꝫ ſeu deuotō
nem ac oratione deuotā adherere. o-
portet vt cum labore mentis euagacō
nes reprimat ⁊ ad deum colligat ⁊ de
inceps ex ſtudio ⁊ vſu tali ac ꝯſuetudi
ne facilius cor ſuū iā cohibere ⁊ ſecū
habitare diſcit. intm̄ ꝙ non ſolum fa-
ciliter ⁊ delectabiliter valet deo adhe-
rere vt auulſus ab hmōi q̇ete fit ei de
ſolatio non modica. ſed ſemper vellet
ſi poſſet talibus delicijs habundare.

D Sed ⁊ hoc notandū ꝙ. iiij. ſunt
que impediunt ꝯtemplationē. Vn̄ dt
bea. ber. ſuꝑ can̄. In hoc archanū ꝯtem
platōis ⁊ in hoc ſanctuariū dei ſi quē
noſtꝝ aliqua hora ſic rapi ⁊ ſic abſcon-
di ꝯtigerit. vt minime auocet aut per-
turbet vel ſenſus egens vel cura pūgēs
vel culpa mordēs vel certe ea que dif
ficilius amouent͛ irruentia ymaginū
corporeaꝝ fantaſmata. poterit quidem
hic cū ad nos redierit gloriari ⁊ dice
re. Introduxit me rex in cubiculū ſu-
um. Vt aūt hec impedimenta melius
intelligamus de hoc videamus. Pri-
mum igit͛ impedimentū dt qd̄ eſt ſen
ſus egens ſcꝫ corꝑis in tm̄ anima ad
corpus afficit͛ ꝙ eo in aliqua ſui parte
vel ſenſuum defectū notabilē patien-
te ꝯtemplari non delectat. tꝑe em̄ īfir-
mitatis non eſt locus ꝯtemplatōis niſi
ſi dn̄s hoc fecerit de gratia ſpēali. Si
mile ꝯtingit cū valida fames vel ſitis
vel frigus īminet vel aliud corꝑis im
pedimentū. Secundū impedimentū
dt ꝙ eſt cura pungens id eſt ſollicitu-
do curaꝝ ⁊ occupatōnū. Vn̄ idem bea
tus bernardus dicit. Sicut puluis in
iectus in oculum corꝑalē impedit vi-
ſum eius. ſic cura terrenoꝝ actuū ocu
lū intelligencie ꝯfundit. ac ꝯtempla
tionē veri luminis excludit. Tercium
impedimentū dicit ꝙ eſt culpa mor-
dens id eſt peccatū. Et hoc duobꝰ mo-
dis ꝯtingere poteſt. Primum cū pec
catū eſt in aīa. Secundo cū fuit ⁊ de-
letum eſt ꝑ ꝯtritionē ⁊ ꝯfeſſionē ſed ī
memoriā reuocat͛ vtrūqꝫ em̄ impedit
ꝯtemplationē. qꝛ ſicut tenebre impe-
diunt viſum corꝑalē. ſic peccatū cū eſt
in aīa impedit ipſam. qꝛ ſic tenebroſa
eſt ſed ad ꝯtemplationē requirit͛ puri
tas ⁊ pulchritudo aīe ⁊ ſic tunc nō eſt
locus ꝯtemplatōis. Similiter ſic ſan
guis ⁊ humor ꝯtentus fluens in oculū
impedit viſum eius. ſic peccatū nō ſi
redit in meōriā influit in aīam ⁊ im-
pedit viſuꝫ eius Et ꝓpterea cauere de
bemus tꝑe ꝯtēplatōis cogitare ſuper
peccatis. oī quideꝫ tꝑe nos debemus
nos reputare peccatores. ſed ſpālit͛
nō debemus cogitatōnē nrām reflecte
re ſuper aliquo peccato. tempore quo
volumus ꝯtemplari. Quartuꝫ impe
dimentū dicit ꝙ ſunt fantaſmata cor
poralium ymaginum ⁊ hoc eſt diffici-
lius ſupradictis alijs. Et ꝓpterea ꝯmē
datur in hoc ſtatu ſolitudo. Oportet
em̄ ꝯtemplantem eſſe mutū ſurdum ⁊
cecum vt videns nō videat audiens nō
intelligat nec loqui delectet͛. niſi quā

do neceſſitas ad hoc cogit. non ſecum
reportet ymagines q̄ ꝑ has feneſtras
intrant ad animā noſtrā Vñ nō ſic in
hereas exteriorib rebus volūtate vel
dilectōe. vt inde reportes ymagines.
ne poſtea vacans deo impediaris.

E Et ſciendū ꝙ ꝯtemplator q̄uis
ſoli deo vacare debeat ac cetera obmit
tere hoc ſcire debemus ver esse nō ſem
per. nā trib ex cauſis iocunda ꝯtēpla
tione ſe ad tps ſepat ⁊ ſe recipit in vi
tam actiuā. Vna cauſa eſt ꝓpter lucrū
animaꝝ. Vñ beatus bern. Sciens bo-
na ſponſa voluntatē ſponſi zelantis a-
nimaꝝ ſalutē exit ad tps vicꝫ cū eſt ne
ceſſariū ad ipam opandā ⁊ poſtea re-
dit ad ꝯtemplationē. Secunda cau-
ſa intermittende ꝯtemplatōis eſt cum
talis intermiſſio agit rōe īminentis
officij. nam cū prelatus ſubditorū ne-
ceſſitatib intendere habet. obmittit
tunc ꝯtemplatōꝫ. ſimiliter ⁊ ſubditus
cū ꝑ prelatum ſuū iubetur in aliquib
tranſitorijs rebus occupari. ꝓpter quē
bona debet ꝓpter obedienciam illo tpe
poſtponere ꝯtemplationē. Tercia cau
ſa intermittende ꝯtemplatōis eſt quā
do more ſuo recedente ſponſo non ſen
tit anima ſolitas ꝯſolatōes. vadit eñ
⁊ redit ſponſus ꝓ ſuo velle. cū eñ re-
cedit aīa languet ex deſiderio ipius ⁊
toto conatu reuocat eum dicens. Re
uertere dilecte mi nec tunc redit inuo
cat angelos in auxiliuꝫ ſuum ⁊ dicit.
Adiuro vos filie ieruſalē vt annuncie
tis dilecto. qꝛ amore langueo. Sidō
nec ſic redire dignat aīa ſciens volū-
tatem ſponſi reducit ſe in actiuā vitaꝫ
vt vel ſic fructificet ſponſo. Non eniꝫ
decet ꝯtemplatorem eſſe deſidioſum.
Vnde religioſus quiſqꝫ cum gratiam
ꝯtemplatōis vl' deuotōis ſenſerit ſibi
deeſſe in bonis opib actiue vite ſe ex
erceat ac pſeueret tam diu quouſqꝫ do

mino viſitante gratia cōtemplatiōis
iterum ad mentem redeat. De hoc be
atus ber. ſuper canti. ſic ait. Ex bonis
opib recipit ꝯſolatōnē mens aſſueta
quietis. quotiens ſibi lux vt aſſolet cō
templatois ſubtrahitur. Quis eñ nō
dico ꝯtinue ſed vel diu dū in corpe ma
net lumine contemplationis fruatur.
Ac quotiēs corruit ꝯtēplatiua. totiēs
in actiuam ſe recipit inde nimirū tan
q̄ꝫ e vicino familiaris reditura ī id ip
ſum quoniam ſunt inuicem ꝯtuberna-
les ⁊ cohabitant hee due pariter. Eſt ꝗp
pe ſoror marie martha. Neqꝫ enim et
ſi a ꝯtemplatōis lumine cadit patitur
tamē vllatenus ſe incidere in tenebras
peccati ſeu ignauiam ocij ſane in lumī
ne opationis ſe retinens. Hec bern.
Beatus etiā gre. x. libro mora. de hoc
ſic dicit. Sciendū eſt qꝛ nonnulla bo
na ſunt ad que indefeſſe ꝓficiſcimur ⁊
rurſum nonnulla ſunt a quibus quo-
tidie deficientes labimur. atqꝫ ad hoc
magnis conatib ꝑ interualla tempo-
rum reformamur. In actiua etenim
vita defectu mens figitur. a ꝯtempla-
tiua autēꝫ infirmitatis ſue pondere vi
ta laſſatur. Quod bene ezechiel īſinu
at narrans motus animalium ſic di-
cens Non reuertebantur cum incede
rent. Et paulo poſt aīmalia ibant ⁊ re
uertebantur. Sancta quippe animalia
aliquando vadunt ⁊ minime redeūt ⁊
aliquando vadunt ⁊ protinus reuertū
tur. qꝛ electorum mentes per oblatam
ſibi actiue gratiam erroris viam deſe
runt. Cum vero per ꝯtemplatōis acieꝫ
⁊ ab hac ſe eadem vita actiua ſuſpen-
dunt eunt ⁊ redeunt. qꝛ per hoc ꝙ diu
perſiſtere minime ī ꝯtemplatione ſuf
ficiunt. ſe iterum ad operationem fun
dunt vt in his que ſibi iuxta ſunt ſe ex
ercenda refoueant. ⁊ ſuper ſe ſurgere
iterum contemplando conualeſcunt.

Sed dū hec eadem ɔtēplatio more de
bito poſt tempoꝝ interualla reperit̄ in
deſinēter,pculdubio in eius ſoliditate
pficiſcit̄.qꝛ ⁊ ſi infirmitatis ſue pon-
dere ſupata mens deficit.hanc tamē
iterū ɔtinuis conatibꝰ repata ɔprehē
dit nec ſtabilitatē in ea pdidiſſe dicē-
da eſt a qua ⁊ ſi ſemp deficit hanc ⁊ cū
pdiderit ſemp inquirit.hec Gregoriꝰ
F Debet ergo quilibꝫ religioſus
nūq̄ꝫ vacare ocio ſed ſemper in bonis
opibus ſe exercere videlicet ɔtēplādo
aut orando meditādo legendo ſtuden
do vel ſcribendo vel aliquē laborē fruc-
tuoſuꝫ exercēdo.Sed ſunt nōnulli in
ſancta religione.qui poſtq̄ꝫ horas ad
quas tenēt̄ ɔpleuerit.q̄s eē ſatis neg
ligēter ⁊ diſtracta mente pficiunt reſi
duam ptē diei totā inutiliter expēdūt
vacando colloquijs ocioſis ⁊ ſcurrili
bus aut alijs leuitatibꝰ aut ſeculi vani
tatibus.hy tales multū ſunt reprehē
ſibiles.Unde bea.ber.vnūquēq̄ꝫ fide
lem ac ſeruū xp̄i hortatur ad ſpiritua
lia exercicia ita dicens.Nulluꝫ vnq̄ꝫ
ſeruū dei inueniat nō dico dies ſꝫ nec
hora niſi vl' ī exercicij laboꝛe occupatū
vel pficiendi ſtudio vel ī expiencie dul
cedine vel fruendi gaudio.hec bernaꝛ.
Et ſic habemus de ɔtemplatōe q̄ virtꝰ
nobiliſſima ptinet tercio loco ad vi-
ros pfectos vt ſupius pmiſſuꝫ eſt.Nā
q̄ꝫto quiſq̄ꝫ in vita religioſa ac virtuo
ſa fuerit pfectioꝛ.tāto magis ɔtēplati
onis erit feruētioꝛ ⁊ ad ſpeculādūꝫ di
uina abilioꝛ ⁊ expeditioꝛ. G Et
notādum,put dicit thomas de aquino
ꝙ triplex eſt pfectio.vna aſoluta que
attendit̄ ſcd̄m totalitatem diligentis
⁊ diligibilis ⁊ pfectō hec nō eſt poſſi-
bilis alicui creature pure Un̄ hec pfec
tio ɔpetit ſoli deo qui ſe totū totus di-
ligit.Secūda pfectio attendit̄ ſecun
dum totalitatē ex pte ſolius diligētis
ſm̄ totuꝫ ſuū poſſe ſemp actualiter tē
dit in pium deū.⁊ talis pfectio nō eſt
poſſibilis in via ſed habetur in patria
Tercia pfectō eſt q̄ n̄ attēdit̄ ſꝫ totali
tatē diligētis nec ſm̄ totalitateꝫ dili
gibilis q̄ꝫtuꝫ ad hoc ꝙ ſemper actu fe
ratur in deum.ſed quantū ad hoc ꝙ ex
cludantur ea que repugnant motui di
lectōis in deuꝫ ſicut dicit beatus aug.
ꝙ venenū caritatis eſt cupiditas ⁊ tal'
pfectio poteſt haberi in via ⁊ vita iſta.
⁊ hoc dupliciter.Uno modo quantū
ab affectu hominis excluditur oīē id
quod cōtrariatur caritati ſicut eſt pec
catum moꝛtale ſine tali perfectōe cari
tas eſſe non poteſt.Unde talis pfectō
eſt de neceſſitate ſalutis.Alio mō po-
teſt haberi perfectio in quantum ab af
fectu hominis excluditur non ſolum
id quod eſt caritati ɔtrarium ſed etiā
omne id quod impedit ne affectꝰ mē-
tis totaliter dirigatur in deuꝫ.hec tho-
mas.Unde pfecti viri vt ſuuꝫ amorē
⁊ affectum poſſint expedicius dirige
re in deum etiā a peccatis leuibus ſeu
venialibꝰ q̄ꝫtum poſſibilitas admitte-
bat ſeipōs retrahebāt.De hac pfectōe
in q̄dā glo.ſic dr̄.Perfectō vtutū ē ad
hūc ſtatū aī ɔſcendere.ꝙ gratiā ɔdito
ris vel ī modico timeamus offendere
nihil eius memoꝛie pponētes.pfectō
igit̄ vtutū eſt in hac vita vt caſte time
amus deū.finis vtutū erit in futuro vt
diuicias pmiſſas hereditatis ⁊ regni
celeſtis gloꝛiā ⁊ vitā pcipiamus.hec
glo.Un̄ ſm̄ dictū bea.ambꝛo.Nihil a
liud q̄rit pfectus niſi ſolū ⁊ pfectū bo
nū qd̄ eſt deus.Et pfectus criſti ſuus
vt dr̄ bea.iheroni.nihil pter criſtū ha-
bet.ac ſi q̄d pter criſtū hꝫ n̄ ē pfectus
cū ſe pfectū deo pollicitus ſit mētitus
ē.hec ihe.Et qꝛ q̄libꝫ r̄ligioſꝰ ſub obe
diētia p̄lati ɔſtitutꝰ tenet̄ iq̄ꝫtū vꝫ la
boꝛare ad pfectōꝫ iō noſq̄ ad hoc habi

tuꝫ religionis accepimus ad hoc toto
conamine tēdamus. vt ſic ꝑſoluam⁹
vota noſtra que diſtinxerunt labia no
ſtra. nō eñ ꝑfectionē ſed conatum ad
perfectōꝫ ꝓmiſimus ⁊ ideo qui ad co-
natum fecerit qđ potuerit videtur voti
ſui tranſgreſſionē euaſiſſe. Cū autē co
natus que ꝓmiſimus tēdat ad perfec
tionē videamus in quo ꝯſiſtat ꝑfectio
vt ⁊ ſic ꝯgnoſcamus in quo ſtatu no-
ſter conat⁹ ſit ꝯpletus. ¶ Prop
ter hoc ſciendū ꝙ iuxta diuiſionē aliā
duplex eſt ꝑfectio. vna intentōis ſiue
ꝓgreſſionis. alia eſt termini ꝑuencio
nis. Prima eſt ꝗ̄ ꝑfectio cū auida de-
uotione ſemꝑ vlterius ꝓcedimus nō
contenti ꝗ̄tumcūq̄ iā ꝓfecimus. Ta
lis conatus ꝓficiendi quantum eſt de
affectōe ⁊ itentōe ⁊ cū poterit ab opa-
cione nunq̄ ceſſat nobis ꝓ ꝑfectiōe
reputatur. Et hoc innuit nobis ī geñ.
cū đr. Ambula corā me ⁊ eſto ꝑfectus
Ac ſi dicat deus. Ambula corā me id
eſt ꝓfice ⁊ hoc tibi ꝓ ꝑfectione reputa
tur. Ambulare ꝓut đr beatus berñ. ꝓfi
cere eſt. hīc apl'us dicit. Nō arbitror
me ꝯp̄rehendiſſe ſcꝫ ꝑfectōꝫ. Sed q̄d
vnum eſt neceſſariū que retro ſunt ob
litus ad ea que priora ſunt me exten-
dens. Ac ſi dicat licet nō iudicē me ꝑ-
fectū ꝑfectōe termini ad eandē tñ per
fectionē conabor ⁊ talis conatus ꝑfec
tio iudicat̄. Et ideo ſequit̄ quotquot
aūt perfecti ſumus id ipſū ſenciamus
Ecce in hoc verbo ſumus alijs ſe cōnu
merans đt ſe iā perfectuꝫ ergo ſolo co
natu que iā non longe ſupra ponit̄ ar-
bitratus eſt ſe perfectōnē nōdū appre-
hendiſſe. Quod exponens beatus ber.
dicit. In verbo iſto manifeſte ap'lo di-
cente declarat̄ ꝙ perfecta eoꝝ que ꝗ̄ro
ſunt obliuio ⁊ perfecta in anteriora ex
tenſio ip̄a eſt iuſti hoīs in hac vita per
fectio. Hinc iterꝫ beatus ber. đt. Inde-

feſſum ꝓficiendi ſtudiū iugis conatuſ
ꝑfectō iudicatur. De hoc etiā leo pa-
pa ſic ait. Hec ē ꝑfectoꝝ vera iuſticia
vt nunq̄ preſumant ſe eſſe perfectos
nedum ab itineris nonduꝫ finiti iten
tione ceſſantes ibi incidant deficien-
di periculū. vbi ꝓficiendi depoſuerūt
appetitum quia nemo taꝫ ꝑfectus aut
ſanctus eſt vt perfectior ſanctiorq̄ eē
non poſſit ideo omnes ſimul ſine diſ-
ferentia graduum ſine diſcretōne me
ritoꝝ ab hīs in quem ꝑuenimus ad ea
que nondum apprehendimus pia aui-
ditate curramus. Hec leo pap̄. Nam
ꝗ̄tumcunq̄ ac vbicūq̄ laſſati vel atte
diati deſiſtimus proficere. ibi neceſſa
rio deficimus. Unde dicit beatus ber
nardus. O monache non vis profice
re ergo vis deficere. Dicit etiam beat⁹
auguſt. Semper diſpliceat tibi qđ es
ſi vis ꝑuenire ad id quod nōdum es
nam vbi tibi placuiſti remanſiſti. Si
autem dixeris ſufficit periſti. Semper
adde. ſemper ambula. ſemper profice
noli in via remanere. noli retro redire
noli deuiare. Remanet qui non ꝓficit
retro redit q̄ ad ea reuoluit̄ vñ iā ꝗ̄ceſ
ſerat deuiat q̄ apoſtatat. hec aug. Unō
iacob patriarcha vidit ſcalā attingē-
tē celos ⁊ in ea angelos đſcendentes
⁊ aſcendentes nullūq̄ ibi ſubſiſtentē
vel etiā reſidentē q̄ūs palā dat̄ itel
ligi inter ꝓfectū ⁊ defectū in hac vita
nullū mediū īueniri. Sed q̄ūo corp⁹
nr̄m creſcere ꝯſtat aut deficere ſic opor
tet ſpm̄ nr̄m ſi̇̄t aut ꝓficere aut defice-
re ¶ Et iō ne deficiam⁹ oportet nos
ꝯtinue ad bonū conari. Cur āt tal' co-
nat⁹ ad ꝑfectōꝫ ꝯſequēdā ꝓ ꝑfectōe im
mo ꝑfectō reputet̄ rō eſt. q2 tal' conat⁹
maximi deſiderij iudiciuꝫ eſt. nullus
eñ tam indefeſſo labore ꝯtinuo poſſet
conari niſi maximū deſiderium ipſuꝫ
impelleret ad conanduꝫ. Qui āt vehe

menti deſiderio ad habendū aliquid
eſtuat hoc iaȝ habet. hec ꝓbari poſſūt
ꝑ auctoritates ſanctoꝝ. De primo eſt
bea. aug. ſic dr. Non quid ſis ſed quid
eſſe deſideras attendit deus ſi tñ inq̄
tum potes ſatagis vt qđ nōdū es me-
rearis. Et ait bea. bern̄. Sunt multi q̄
tota vita tendunt ad ꝑfectōȝ ſed nūq̄
tñ ꝑtendunt quibꝫ tñ ſi pie ꝑſeuerauē
rit ſtati cum de corꝑe exeunt redditur
qđ in hac vita diſpenſatōe eſt negatū
illuc ꝑducēte eos ſola gratia quo prius
tendebant ipſi cum gratia. hec bernar.
Ex quibꝫ verbis colligere poſſumus
ꝙ ꝯtinuus conatus ad ꝑfectōȝ reputa
tur hoī perfectio ¶ Conſideran-
dum etiā ꝙ ꝑfecti viri vt dñm ſeqꝛa-
leant viam artā ⁊ anguſtam ſequunt̄.
De qua veritas in euange. dr. Angu-
ſta eſt via que ducit ad vitam. Quod
beatus gre. exponens. xxv. mo. ſic dic̄
An non quaſi quedam anguſta via eſt
itineris in hoc quideȝ mundo viuere
ſed de huius mundi ꝯcupiſcētia nihil
habere aliena non appetere ꝓpria non
tenere laudes mundi deſpicere ⁊ ꝓ deo
obprobrium amare. gloriā fugere. de
ſpectum ſequi. adulātes deſpicere. ho
norare deſpicientes mala nocentium
ex corde dimittere. ⁊ erga eos dilec-
tionis gratiā immobilem in corde re
tinere. Que vie ꝗtū in pñti vita ꝑ ipſa
viuendi cuſtodia anguſte ſunt. tanto
amplius in eterna retributōe dilatan
tur. hec greg. Et ſm beatum augu. An
guſtam ⁊ artā criſtianoꝝ viā due res
faciunt. ꝯtemptus voluptatū ⁊ tolerā
cia paſſionuȝ. Quiſquis ꝯfligerit hec
duo vincat ⁊ vicit mundum. Si vis in-
trare ꝑ anguſtam portā claude portaȝ
cupiditatis ⁊ timoris Vñ duplicem
aciem ꝓducit mūdus ꝯtra milites cri
ſti. blandit̄ eñi vt decipiat terret vt frā
gat. Non nos teneat voluntas ꝓpria nō
nos terreat crudelitas aliena ⁊ victus
eſt mundus. hec aug. Et ꝗuis hec via
que dr arta laborioſa eſſe videat̄ tñ ve-
ris ꝑfectis ⁊ in amore dei feruentibꝫ
nō eſt difficilis ſed pocius deſidioſis.
Vñ criſ. ſuꝑ illo verbo Arta eſt via ſic
dicit. Si quis viam que ducit ad vitā
laborioſam exiſtimet ſue deſidie ipu-
tet nō vie. Si tñ tempeſtas pelagi nau-
tis. vulnera militibꝫ. frigora ⁊ glaci
es agricol' leuia ⁊ portabilia ſūt. ꝓp̄
ſpem premij temporalis. multo magis
cui celū placet nullum debet ſentiri pi
culum. Nullus ergo aſpiciat in viam
ꝙ arta ſit. ſed quo ducit ideſt ad celuȝ
nec aliā aſpiciat ꝙ lata ſit ſed quo du
cit ideſt ad infernū. hec Criſ. Debet ḡ
quilibet homo deuotus ⁊ religioſus in
ꝗtū valet dei adiutorio conari ad per
fectionē ⁊ vt hanc aſſequi poſſit ſtude
at vicia ſubicere dñio rōis ⁊ corpus ani
mo aīȝ vero deo. ꝑ hāc āt viā obtine
tur ꝑfectio. De hoc proſper ſic dicit.
Homine vicijs ratio ſubiciatur cor-
pus aīo ⁊ animus deo ⁊ impleta eſt ho
minis ꝑfectio. hec proſper. ¶ Sȝ
⁊ hoc notandū ꝙ ad culmen ꝑfectōis
nemo peruenire poteſt niſi per virtutes
ac bonā opacōȝ. neceſſe eſt vt virtutes
ipſe ſi efficaciter ad ſtatū ꝑfectū hoīeȝ
debeant ꝑducere ꝙ ꝯtineantur ⁊ habe
ant in ſe q̄ttuor ex ꝑte hoīs viȝ forti-
tudinē. rectā intentōȝ. diſcretionē ac
ꝑſeuerāciā finalē Dȝ nāq̄ hō ꝓficiēs
ī virtutibꝫ ⁊ volēs ꝑuenire ad ꝑfectōȝ ꝑ
mo hēre fortitudinē. fortit̄ eñi oportet
eū aggredi viaȝ ſalutis viriliter ſe in
operibꝫ bonis ⁊ virtuoſis exercendo ⁊
nō per negligenciam ſeu accidiaȝ tor
peſcendo. Ad hoc hortatur ps dicens
Viriliter age ⁊ ꝯfortet̄ cor tuū ⁊ ſuſti
ne dñm. Scdo homo ꝓficiens in vir-
tutibꝫ hēre debet intencionem rectam.
vt videlicet bona que facit nō propter

vanaȝ gloriā faciat aut aliquod commodū corꝑale ſed ſimpliciter ad gloriam dei ꝓpter ſalutē aīe ſue ac etiā cū cordis humilitate illa ꝑficere ſtudeat Vñ aplꝰs. Omnia in gloriā dei facite. Tercio homo totaliter in virtutibꝫ ꝓficiens habere debet diſcretionē vt ñ excedat mēſurā viriū ſuaꝝ nimis agēdo nec etiā minus q̃ꝫ vt facultas ſuppetit virtuoſa opa exercendo. Vñ aplus rōnabile ſit obſequium veſtꝝ. Quarto habere debet ꝑſeuerancia finalē vt nō ꝓpter aliq̃ꝫ temptatōȝ aut tribulatiōȝ vitā derelinquat virtuoſam ſed ꝯſtanter in opibꝫ bonis vſqꝫ ī finē vite deo coopāre ꝑſeueret. Vñ ipe dñs dicit. Qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſaluus erit. hec igit̃. iiij. vicȝ fortitudo. ītencio recta. diſcretio. ac finalis ꝑſeuerancia hoīem virtuoſuȝ ad ſtatū ꝑfectuȝ ꝑducere ſolent ⁊ eterna gloria cū omnibꝫ ſanctis remunerari. Et ſic habemus de ſtatu ꝑfectoꝝ ac de virtutibus ad eoſdeȝ ꝑtinentibꝫ vicȝ cordis puritate caritate ac ꝯtemplatione expoſitum atqꝫ explanatū Filius

Poſtq̃ꝫ inſtructus ſum a te O pater de ſtatibꝫ incipientiū ꝓficiētium ⁊ ꝑfectoꝝ nunc ergo finaliter de morte. ad cuius debitū ꝑſoluendū nō ſolum ꝑfecti ſed omnes hoīes obligari noſcuntur cupio edoceri.

Capitulū XIII Pater

Scire debes fili q̄ triplex eſt mors. Eſt itaqꝫ mors aīe quā ipſa incurrit ꝑ peccatuȝ mortale. Et eſt mors cū quis moritur peccato ⁊ viuit̃ deo. Tercia vo ē mors vicȝ ſeparatio aīe a corꝑe ad quaȝ omnes generaliter tenentur. ſed paucos delectat. Et defectus iſte ñ eſt ex vicio mortis ſed ex fragilitate humane cōdictōis. qꝛ homo diligens corꝑis voluptatē curſum hꝰ vite formidat finire. in qua plus eſt amaritudinis q̃ꝫ voluptatis. De hac triplice moꝛ e ſic dicit beatus ambroſi. Tria ſunt mortis genera. Una mors peccati eſt que precio damnatiōis infertur. De q̃ dꝛ Anima que peccauerit ipa morietur ⁊ hec eſt mala. Secūda eſt q̃ quis peccato moritur ⁊ deo viuit ⁊ hec eſt bona Tercia mors eſt media naȝ ⁊ bona iuſtis videt̃ ⁊ pleriſqꝫ metuēda paucos q̃ꝫ delectat ſed nō hoc mortis eſt viciū ſed noſtre infirmitatis. qui voluptate corꝑis ⁊ delectatōe vite huius rapimꝛ ⁊ curſum hunc ꝯſūmare trepidamus in quo plus amaritudīs q̃ꝫ voluptatis eſt. Quid eſt enī hec vita que delectat plena erumnarū ⁊ ſollicitudinū in q̃ innumere ſunt calumpnie ⁊ moleſtie multe ⁊ lacrime infinite eoꝝ que affliguntur moleſtijs. nā ī hac vita homo in vmbra viuit nec expleri poteſt cupiditatibꝰ ſuis ⁊ ſi expleat̃ diuicijs fructum quietis amittit. qꝛ cogitur amittere qđ auiditate miſera queſierat. hec ambro. De morte etiam corꝑis q̃ꝫ ſit fructuoſa iuſtis per quendā ſic dicitur Mors nihil aliud eſt q̃ꝫ exitus de carcere. finis exilij. laboris ꝯſūmatio. ad portum applicatō. peregrinatōis finis oneris grauiſſimi ideſt corꝑis depoſitio. de furioſo equo ideſt carne deſcenſio. de domo ruinoſa liberatio. omniū egritudinū terminatio. oīm ꝑiculoꝝ euaſio. oīm maloꝝ ꝯſūmatio. omniuȝ vinculorum diruptio. debilis nature diſſolutio. reditus ad patriam. ingreſſus ad gloriam. hec ille. Unde conſiderandum prout dicit Beda. q̄ mortem carnis timet omnis homo et mortē aīe pauci formidant. ⁊ laborāt homines. ne moriantur. exterior homo morit̃ ⁊ non vt non moriatur homo īterior ſemꝑ victurus. Dicit eciā hoc

beatus aug. Uera mors eſt quã hoĩes
nõ timent ⁊ hec eſt ſepatõ aĩe a deo. q̃
beata vita eſt animarũ. Debet aũt qui
libet fidelis hanc duplicem mortem
ante oculos mentis frequẽter habere.
q2 multũ valet talis meditatio ad reꝑ
mẽda vicia ⁊ ad terrena deſideria cõ-
tẽnẽda. De hoc bea. gre. xiiij. lib. mor.
ſic dr. Qui ꝯſiderat qualis erit ĩ mor-
te ſꝑ ſit pauidus in oꝑatõe atq3 bene ĩ
oculis ſui ꝯditoris viuit nil qđ tranſit
appetit cunctis pñtis vite dſiderijs cõ
tradicit ⁊ pene mortuũ ſe ꝯſiderat. q2
morituꝝ ſe minime ignorat. Perfec-
ta enĩ vita eſt mortis ymitatio. quã dũ
iuſti ſolicite ꝑagunt. culpaꝝ laqueos
euadunt. De hoc etiã caſſia. ſic dicit.
Si id qđ futurus es ſedula cogitatõe
cogitaueris penſaueris ruminatus fu
eris. credo raro aut nũq3 peccabis hec
caſſia. Ad hanc vero fructuoſa3 medi
tatõ3 mortis hortat̃ beatus ber. ita di.
Filioli mei memoreñi nouiſſima nr̃a
ne peccemus. Nimiꝝ hec recordatõ fa
cit timoratũ. timor expellit peccatum
negligenciã nõ admittit. Nouiſſima
noſtra ſunt. mors. iudiciũ. gehẽna et
gloria. Quid horribili9 morte. Quid
iudicio terribilius. ⁊ gehenna nihil
poteſt intolerabilius cogitari. Quid
metuet ſi quis ad iſta nõ trepidat. nõ
expaueſcat. nõ timore ꝯcutit̃. hec ber.
Mortis etiã memoria facit hoĩe3 ꝯtẽ-
nere oĩa tranſitoria ⁊ ſollicitũ facit eẽ
in boni oꝑis executõe Unñ beatus iſi-
dorus. Facile ꝯtemnit oĩa qui ſem
per ſe cogitat morituꝝ. Bea. etiã gre.
de hoc ſic dr. Ualde ſe ſollicitat in bo-
no oꝑe. q̃ ſꝑ cogitat de extremo fine.
Notandũ etiã ꝙ deus horam mortis
voluit nobis eẽ incognita3 vt ſꝑ poſſit
eſſe ſuſpecta. Unñ beatus grego. ſic ait
Ad hoc ꝯditor noſter latere voluit finẽ
noſtꝝ vt dum incerti ſumus qñ moria
mur ſꝑ pati ad morte3 inueniri debea
mus. beatus aug. de hoc ſic ait. Latet
vltimus dies vt obſuet̃ omnis dies.
Ideo nãq3 dñs noſter xp̃s exitus ſui v
nicuiq3 noſtꝝ voluit eſſe incertũ vt ma
iori diligencia ſimus erga noſmetip-
ſos in vita noſtra ſolliciti quouſq3 eſt
in noſtra poteſtate quatenus ad diem
exitus noſtri in bonis nos oꝑib9 dño
nos vocanti occurrere ꝑparemus. vt
penduli expectatõis incerto ſꝑ creda
mus eũ eſſe ventuꝝ quem ignoramus
qua hora vel tꝑe ad nos vocãdos ſit ip
ſe venturus. hec augu. ¶ Cum ꝗ̃
mors iſta ſit certa oĩb9 ⁊ hora mortis
incerta debet vnuſquiſq3 ſic viuere. vt
illã intrepidus poſſit expectare. Unõ
dicit ſeneca. Certũ q2 morieris ſed in
certũ qñ. vbi. qũo. q2 mors vbiq3 te
expectat. ⁊ tu ſi ſapiens fueris vbiq3
eam expectabis. hec ſeneca. Unñ ſtultũ
eſt in tali ſtatu viuere in quo quis non
audet mori. Sed proch dolor ſunt plu
res qui cũ ſani ſunt tꝑs pñs in vanita-
tib9 ⁊ peccatis expendunt. Si v° egri
tudo aliqua mortẽ vicinã eſſe denunci
ans eos pulſauerit. cum magno deſide
rio ſuꝑuiuere ꝯcupiſcũt vt peccata ſua
defleant ac peniteant. qui tañ tꝑs vite
modo acceptũ ꝓ nihilo reputant. De
hoc bea. gregorius Semper fratres ca
riſſimi. extremũ diem debemus expa-
ueſcere. quẽ nunq3 poſſumus preuide
re. Ecce ipm̃ hunc diem in quo loqui
mur ad īducias ꝯuerſionis accepim9
et tamen mala que fecimus flere recu-
ſamus. Non ſolum ꝯmiſſa non plan
gimus ſed etiam que defleantur auge
mus. At ſi aliqua corporis nos corri-
piat ſi ſigna egritudinis vicina3 mor
te3 denunciant inducias viuendi que
rimus. vt peccata noſtra defleamus ⁊
eas cu3 magno eſtu deſiderij petimus
quas acceptas mõ ꝓ nihilo habemus

Nunc ergo cariſſimi. ſolicite cogite-
mus. ne nobis in vanū tp̄a p̄eant vn̄
tunc queramus ad bene agendum vere
cū iā cogimur d̄ corꝑe exire. q2 igitur
momentis ſuis hore fugiunt agite fra
tres vt in bona opis mercede teneañ-
tur. Qui igit̃ ⁊ venture mortis temp⁹
ignoramus. ⁊ poſt mortē opari ñ poſ-
ſumus. ſupeſt vt ante mortē tp̄a ĩdul-
ta rapiamus. Sic em̄ mors ip̄a cū ve-
nerit vincit̃ ſi prius ſꝙ veniat ſp̄ timeat̃
Sed ſunt nōnulli qui ĩ peccatis mor-
talibus iacere nō formidant. ⁊ tp̄s pe
nitentie differūt vſqꝫ ad horā mortis
quod valde p̄iculoſum eſt. quō em̄ ta-
les poſſunt agere pn̄iam. cū omnes po
tentie ⁊ virtutes aĩe in illa hora per
mortis dolorē grauiter ſunt occupate
De hoc bea. Aug. ſic dicit. Plane nō
inueneris mortis ĩ tp̄e te aliq̄lē pn̄iaꝫ
poſſe facere tunc em̄ omnes potētie a-
nime ⁊ virtutes mortis ſunt vehemētia
occupate. deſtitute quoqꝫ ſunt oĩmo-
da libertate. hec Aug. Vn̄ valde timē-
dū eſt q2 mala vita hoĩs raro ſortit̃ bo
nū finē in extremis. Qḋ affirmat bea
tus Jhero. ita dicens. Qui dū ſanus
eſt ⁊ iuuenis deū offendere non formi
dat. in morte nō meretur diuinā obti
nere indulgenciā. Que dilectiſſimi fi
lij eſt pn̄ia. quā nō ſolū quis accipit q2
ſe viuere amplius nō poſſe cernit. q2 ſi
ex infirmitate ꝯualeſceret peior ꝙ pri
us fieret hoc teneo hoc veruꝫ puto hoc
multiplici exꝑiencia didici. quod ei
ñ bonus eſt finis cuius ſemꝑ mala vi-
ta fuit q2 peccare nō timuit ſed mun-
di vanitatibꝫ ſemꝑ vixit. Vn̄ pſalmi.
Mors peccatoꝝ peſſima. hec Jheroni.
Sicut igit̃ malam vitam ſequit̃ mala
mors. Jta qui bene vixerit nō p̄t male
mori. ¶ Feſtinandum eſt ergo
nobis ad penitenciā agendā ⁊ ad bene
viuendū. q2 vnūquēqꝫ in quo inuene-
rit ſuus noniſſimus dies cū de hoc ſe-
culo migrauerit talis ĩ nouiſſimo die
iudicabitur. De hoc beatus aug. dicit
ſic. O homo vide ꝯdicōꝫ tuā vides vti
qꝫ ſed non times. Nō eſt inquis ſic ſꝫ
timeo. O miſer mentiris plane. Si
times quare nō caues. illud pocius ti-
me qḋ ſi nobis nō erit quid peccare ti
me quod ſi amaueris peccare ĩ alterā
p̄tem irrues. quā poſſes non inuenire
ſi nō amaſſes peccare. Jgit̃ mori ma-
le times. viuere male non times. vix
bene moritur. qui male vixerit. Corri-
ge ergo male viuere. time mali mori.
cum em̄ correxeris male viuere noli ti
mere. Nō poteſt male mori qui bene
vixerit. hoc age vt bonā vitaꝫ habeas
⁊ quecūqꝫ occaſio venerit. vt exeas de
corpore hoc exis ad requiē exis ad bea
titudinē. que ñ habet timorē nec fineꝫ
Merces em̄ bone vite eterna vita eſt.
Jgitur quiſquis futuꝝ iudicē times p̄
ſentem ꝯſciam corrige. Vn̄ quottidie
ad penitentiā feſtinemus ſemper an-
te oculos noſtros v̄ſet̃ vltimus dies
⁊ cū diluculo ſurrexerimus d̄ lucis ñ
preſumamus aduentu. nihil em̄ ſic re
uocat a peccato ꝙ frequens mortis
meditatio. Vn̄ g̃ vnuſquiſqꝫ de die no
uiſſimo formidare debet. qualē em̄ v-
nūquēqꝫ inuenerit ſuus nouiſſimus
dies cum de ſeculo hoc egredit̃. tal̃ in
nouiſſimo die iudicat̃ veruntñ bonuꝫ
opus fiat non timore pene ſed amore
iuſticie. iſpa enim vera ⁊ ſumma liber
tas eſt. Et quidem ſignū profectus eſt
caritatis al̃s ꝓfectus ĩminucio timo
ris ſignum ꝑfectōis nullus timor. Cō
ſummata enim caritas foras mittit ti
morē. hec auguſtinus. Hugo d̄ ſancto
victo. exponens illud Beati mortui
qui in domino moriuntur. de hoc ſic
ait. Jn domino moriuntur qui in car-
ne quidem morientes in domino tam̄

viuentes inueniunť. Quid eſt in dño
viuere niſi in fide ſpe ⁊ caritate. Per
iſta eñi viuiť in illa vita qua viuitur in
dño. Eſt quedã vita qua corpus viuit
ex aĩa. ⁊ eſt quedã vita qua aĩa viuit
ex deo. nũc quidẽ fide ſpe ⁊ dilectiõe
Poſtea vo ꝑ fide ⁊ ſpe ↄtẽplatõne re
manente ⁊ dilectõe. Nõ eĩ nocere po
teſt aĩe ſi corpus vitã ſuã ꝑdit qñ ipa
vitã ſuã in fide ſpe ⁊ caritate ꝑſiſtens
nõ amittit. Sed dr̃ quiſquis ſecurus
poteſt eſſe poſt hanc vitã in incertũ ꝑ-
gens. hoc aũt ſolũ incertũ eſſe non dꝫ
qꝛ bonã vitã mala mors ſequi nõ põt
Qui ergo vult bene mori bene viuat.
hec hugo. Cũ igiť vita bona ⁊ v̄tuoſa
nõ poſſit recipe finẽ malũ. neceſſe eſt
vt hõ ſtudeat virtuoſe ⁊ ſancte viuere
vt cũ fiducia ⁊ hylaritate poſſit extre-
mũ diẽ expectare. qꝛ nemo mortẽ gau
denter ſuſcipit. niſi qui ſe ad illã dum
adhuc viuerꝫ ꝑvite meritũ diligẽter
ꝑparauit. De hoc be. ber. ſic dr̃. Intel
lige ꝙ veniẽtẽ mortẽ nullus letus et
hylaris ſuſcipit niſi qui ſe ad ipam dũ
viueret bonis operibꝰ ꝑparauit. bona
eñi eſt mors iuſti ꝓpter requiẽ. melior
ꝓpter nouitatẽ. optĩa ꝓpter ſecuritatẽ
E contra mors peccatoꝝ peſſima. Ma
la in amiſſione mũdi. peior in carnis
⁊ aĩe ſepatiõe. peſſima in vermis ⁊ ig
nis ↄtritõe. ⁊ qd̃ oĩm peſſimũ eſt in di
uine ↄtemplatõis amiſſione. hec berñ.
Etiã de hoc ꝑ quendã dr̃. Sic inq̃ꝫ vi
ta iugiter diſponať vt mors tibi nõ a-
mara ſed adoptabilis videať Vñ ſꝫ
dictũ bea. gre. Qui de ſua ſpẽ ⁊ opaci
one ſecurus eſt dño pulſanti ↄfeſtĩ ap
it. qꝛ letus iudicẽ ſuſtinet. ⁊ cũ tps ꝓ-
pinque mortis aduenerit. de gloria re
tributõis hylareſcit hec gre. Nã qui ⁊
ſãcte vixerit mors illũ ñ terrebit. Vñ
dicit yſidorꝰ. Nec mors te terrebit ſi-
bene ⁊ pie vixeris. nõ ſolum aũt talis

mortem nõ formidabit ſed etiã vene-
niat exoptabit. Vñ beatus ber. O vita
ſecura in pura ↄſcia vbi abſq; formi-
dine mors expectatur ymmo exoptať
cũ dl̃cedine ſuſcipiť ⁊ excipiť cũ dño
tõe. hec ber. Vñ ꝑfecti viri qui vitã ꝑ-
ſentẽ pacienter ſuſtinent. mortẽ vero
in deſiderio hñt. Vñ beatus gre. Per
fectoꝝ eſt vitã hẽe in paciencia ⁊ mor
tem in deſiderio. Sed peccatrices a-
nime ꝑcognoſcentes cauſam ſue dam
natõis ꝓpter peccata prius ↄtracta de
corpe exire trepidant ac primeſcunt.
Vñ dr̃ bea. Jero. in extremo mortis ar
ticulo prenoſcit aĩa cauſam damnaci
onis ſue. quã ꝑuidẽs a carne exire for-
midat. Nec mirꝫ qꝛ vt dr̃ hyamo. Nul
la maior acerbitas cuiuſcũq; amaritu
dis ⁊ dolor q̃ꝫ mors ipa hois in pecca
to tam miſerabiliter morientis. Etiã
de hoc egiſippus ſic dicit. Nulla ratio
apprehendere nulla quoq; lingua exꝑ
mere poterit. quãtus horror ⁊ miſeria
peccatoribus poſt hanc vitã iminebit
Nã ſm beatũ ber. Malum triplex ſuꝑ
peccatores manet. manet eñi ſuꝑ eos
horror in exitu. dolor in trãſitu. pudor
in cõſpectu glorie magni dei. hec ber.
Ex dictis igiť colligere poſſumus ꝙ
illi mortẽ timẽt qui in peccatis iacẽt
⁊ nullum bonum in futuro ſpant pre
ſentibuſq; radicitus inherent. Illi vo
qui mundũ ⁊ ſeculi vanitates ac volup
tates ꝓ criſto contemnunt nec timent
mortem nec pñcia diligũt. ſed potius
futura deſiderant. Nec mirꝫ qꝛ ſm cri
ſo. ſuꝑ mathe. Nil doloroſius morte ĩ-
pioꝝ. Sed econtrario nil dulciꝰ mor-
te obituq; iuſtoꝝ. mors nãq; a malis
nimium formidať. a iuſtis autem vix
expectatur. hec criſoſtomus. Unde ꝑ-
fecti viri non ſolum non timent mori
ſed deſiderantur diſſolui ⁊ eſſe cũ cri-
ſto. ex qbꝰ vicꝫ bea. Jero. ſic dr̃. Nihil

mihi iam foret dulcius q̄ꝫ mori in cor
pore. vt in ſuo ſic anima mea ſaliat cre
atore eiuſqꝫ foueat̃ ſolacio ⁊ dulcore.
atqꝫ iocundet̃ eius beatiſſima viſione.
hec ihero. Nec immerito ſancti gau
dent de mortis aduentu ⁊ mali pertur
bant̃. q2 vt dr̃ beatus grego. bonis exi-
turis de corpore occurrit odor celeſtis
patrie. malis vero fetor gehenne eter-
ne. Unde beatus eſt qui in hoc ſeculo
ſic viuit vt poſt curſum huius vite cuꝫ
fiducia ⁊ gaudenter coraꝫ deo ſummo
poſſit aſſiſtere. ac in eius viſione eter-
naliter delectari ac gaudere. De hoc
effrem ſic dr̃. Beatus qui mente habu
erit dieꝫ exitus ſui ante oculos. ⁊ feſti
nauerit in illa patus eſſe ⁊ ſine aliquo
timore peccati vel praue ꝯſcīe inueniri
Beatus qui inuenerit fiduciaꝫ in hora
exitus ſui qn̄ anima ſepatur a corpore
Cum magnis fletibꝫ ac doloribꝫ ſepa-
tur. veniunt eīn angeli aſſumere eā ⁊ ſe
pabunt eam a corpe ⁊ pducent eaꝫ an
te tribunal immortalis ⁊ metuēdi iu-
dicis. at illa ꝯmemorans opa ſua mi-
ſerabiliter ꝯtremiſcit Grandis timor
eſt frēs in illa hora mortis ⁊ ſepatōis
anime a corpe. Aſſiſtent eīꝫ tunc ipſi
anīe opera eius que die noctuqꝫ bona
vel mala egiſſet. ac illa audiens actus
ſuos egredi ptimeſcit. q2 peccatrices
anime cū metu magno ⁊ timore horrē
do ſeparant̃ a corporibꝫ. ⁊ trementes
pgunt ad eternum iudiciū Ea ergo ho
ra cum aīa diuidit̃ a corpe videns vni
uerſa opa ſua dicit eis. donate mihi v
mīus hore ſpaciū donec egrediar. Et re
ſpondentes oēs actus eius dicēt ei. tu
nos egiſti. tua opa ſumus. tecū ſemp
ibimus. tecumqꝫ pgemus ad iudicē.
Sancta vero anima a corpe nō timet
exire. nec metuit. ſed magis gaudens
cum fiducia pergit ad deū euecta offi-
cijs angeloꝝ. hec effrem abbas. P

Ubi notandum q̄ꝫ quilibet deuotus ac
vtuoſus q̄ꝫdiu in hac peregrinatione
ꝯſtitutus eſt deſiderare debet introituꝫ
celeſtis patrie. q2 hec vita tota tribula-
tio ⁊ temptatio eſt. Unde beatus aug.
in glo. ſuper ps̄. ſic ait. Uita iſta tribu
latio eſt. ⁊ ſi tibi tribulatio non eſt aut
paruꝫ patriam diligis. aut ſine dubio
tribularis Qui enim non tribulat̃ nō
ſe eſſe ſciat de eo qd̄ deſiderat. vnde ti
bi videt̃ vita iſta tribulatio nō eſſe qd̄
non amas. Ama alteram vitam. ⁊ vi-
debis q2 iſta tribulatio eſt quacunqꝫ ꝓ
ſperitate fulgeat. quibuſlibet delicijs
abundet circūfloreat. qm̄ nondum eſt
illud gaudiū ſine vlla temptatōne cer
tiſſimū. qd̄ nobis in fine ſeruat deus.
ſine dubio tribulatio eſt. hec aug. Nō
enim in iſta miſera vita in qua peregri
namur poteſt eſſe felicitas vel gaudiū
veꝝ. Qd̄ teſtat̃ Maximus ita dicens
Nemo ſe credat aliquaꝫ felicitatē aut
aliquod veꝝ gaudium in hoc ſc̄lo poſſi
dere. beatitudo hic prepari poteſt poſſi
deri non pt̄ Q Duo ſibi tempora
ordine ſuo ſuccedunt. tempus. ſ. flen-
di. ⁊ tempus ridendi. nemo ſe circū-
ueniat. non eſt in mundo hoc tps ridē
di Scimus aūt q̄ꝫ omnis homo gaude
re deſiderat. ſed non omnes ibi q̄runt
gaudium vbi oportet inquiri. Veꝝ in
hoc mundo gaudium non fuit. nec eſt.
nec eſſe poterit. hec maximus R
Unde ſancti viri vt liberius peruenire
poſſint ad celeſtem patriam in hac pe
grinatione in labore ⁊ gemitu fuerūt
⁊ ad illam ꝯſpiciendam ſuſpirauerūt
De hoc beatus aug. in quadā ome. ſic
ait. Non deſiderat patriam peregrina
tio ſine lacrima. ſed deſideras qd̄ non
habes funde lacrimas. Quis iuſtus n̄
habuit iſtas lacrimas. qui non habu-
it peregrinum ſe eſſe non doluit. Qua
fronte ad patriam venit qui nō abſens

ſuſpirauit. hec augu. Et inde eſt qđ đt
beatus bern̄. Deſideremus ꝗ̄to poſſu-
mus deſiderio celeſtē patriā. cū mag-
no rubore nāqꝫ ⁊ ꝯfuſione ad illam ꝑ-
